Bibliothèque numérique
medic@

Van der Linden, Jan Antonides / Mercklin, Georgs Abraham. Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis libri duo

Norimbergae : impensis Johannis Georgii Endteri, 1686.
Cote : 27597

BIUM

(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?27597

©BIUM


GEORG·ABRAHAM·MERCKLIN
LINDENIUS RENOVATUS
DE
SCRIPTIS MEDICIS.
G:J Lang inv.
I.I.de.Sandrart fec.

pour l'explication des signes ☉ et ☽ voy. p. 12 de l'introduction

LINDENIUS RENOVATUS,

SIVE,

JOHANNIS ANTONIDÆ van der LINDEN

DE

SCRIPTIS MEDICIS

LIBRI DUO:

QUORUM PRIOR, OMNIUM, TAM Veterum, quàm Recentiorum, Latino idiomate, typis unquam expressorum Scriptorum Medicorum, consummatissimum Catalogum continet; quo indicatur, quid singuli Authores scripserint: nec non ubi, quâ formâ, & quo tempore, omnes eorum Scriptorum Editiones excusæ prostent:

Posterior verò Cynosuram Medicam, sive, Rerum & Materiarum Indicem, omnium Titulorum vel Thematum Medicorum potiorum Loca Communia Alphabetico hâcque novâ demum Editione primùm adornato ordine suis loculis ita comprehendentem exhibet, ut inquirenti, quicquid desideraverit, velut digito, in multiplicem usum, clarissimè monstretur:

NOVITER PRÆTER HÆC ADDITA PLURIMORUM AUTHORUM, quotquot nempe habere licuit, Vitæ Curriculorum succinctâ Descriptione:

Adscitâ undique ab exteris Medicis subsidiariâ ope, propriâque ultra decennium adhibitâ singulari operâ atque curâ à postremæ Editionis Anno M. DC. LXII. usque ad præsentem.

Continuati, dimidio penè amplificati, per plurimùm interpolati, & ab extantioribus mendis purgati.

27597

27597

à

GEORGIO ABRAHAMO MERCKLINO, D. Reipubl. Norimberg. Domûsque Teutonic. ibidem Med. Ord. & Academic. Curios. dict. Chiron.

Cum Gratia & Privilegio S. C. Majest.

NORIMBERGÆ,
Impensis JOHANNIS GEORGII ENDTERI.
ANNO CHRISTI M. DC. LXXXVI.

27597

FACULTÉ DE MÉDECINE DE PARIS



©BIUM

LINDENIUS RENOVATUS,

SIVE,

JOHANNIS ANTONIDÆ van der LINDEN

DE

SCRIPTIS MEDICIS

LIBRI DUO:

Quorum Prior, omnium, tàm Veterum, quàm Recentiorum, Latino idiomate, typis unquam expressorum Scriptorum Medicorum, consummatissimum Catalogum continet; quo indicatur, quid singuli Authores scripserint: nec non ubi, quâ formâ, & quo tempore, omnes eorum Scriptorum Editiones excusæ prostent:

Posterior verò Cynosuram Medicam, sive, Rerum & Materiarum Indicem, omnium Titulorum vel Thematum Medicorum potiorum Loca Communia Alphabetico hâcque novâ demum Editione primùm adornato ordine suis loculis ita comprehendentem exhibet, ut inquirenti, quicquid desideraverit, velut digito, in multiplicem usum, clarissimè monstretur:

Noviter præter hæc additâ plurimorum Authorum, quotquot nempe habere licuit, Vitæ Curriculorum succinctâ Descriptione:

Adscitâ undique ab exteris Medicis subsidiariâ ope, propriâq; ultra decennium adhibitâ singulari operâ atque curâ à postremæ Editionis Anno M. DC. LXII. usque ad præsentem

continuati, dimidio penè amplificati, perplurimùm interpolati, & ab extantioribus mendis purgati

à

GEORG. ABRAH. MERCKLINO, D.
Reipubl. Norimberg. Domûsque Teutonic. ibidem Med.
Ord. & Academic. Curios. dict. Chiron.

NORIMBERGÆ,
Impensis JOHANNIS GEORGII ENDTERI
ANNO CHRISTI M. DC. LXXXVI.

©BIUM



©BIUM

REVERENDISSIMO

ET

SERENISSIMO

PRINCIPI

AC

DOMINO, DOMINO

LUDOVICO ANTONIO,

GENERALI MILITIÆ HIEROSOLYMITANÆ ORDINIS B. MARIÆ TEUTONICORUM, PRUSSIÆ ADMINISTRATORI, AC EJUSDEM PER GERMANIAM, ITALIAM, PARTESQUE TRANSMARINAS SUPREMO MAGISTRO, COMITI PALATINO RHENI, BAVARIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, ET MONTIUM DUCI, COMITI VELDENTIÆ, SPONHEMII, MARCHIÆ, RAVENSPERGÆ, ET MÖRSÆ, DYNASTÆ IN RAVENSTEIN, FREUDENTHAL, ET EULENBERG &c. &c.

PRINCIPI ET DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

VITAM ET FELICITATEM.

©BIUM

REVERENDISSIME AC SERENISSIME PRINCEPS,

DOMINE, DOMINE CLEMENTISSIME!

NON nova est, sed ab antiquissimis temporibus eundo ad nos quasi per traducem illa serpit consuetudo, quâ Librorum frontibus Magni Patroni, velut Tutelaris Numinis nomen præscribi solet. Hocque tantum abest, ut Ipsi etiam Imperatores, Reges, Electores, Principes, jam olim inclementer tulerint, ut potiùs id ausos haud rarò vultu respexerint sereniſſimo. Quo quidem honore quanquam me dignum æstimare nec velim, nec possim; tantò tamen confidentiùs, horum exemplis animatus, idem tentare vadum & ego conor; quantò notius est, Serenitatis T. splendorem sæpiùs infra augustale culmen ad vilia etiam radios diffundere. Quæ virtus ut Incluti & Christiano orbe Celeberrimi Ordinis Teutonici Magistris Supremis propria & familiarissima est; ita, devolutâ quasi à Majoribus hæreditate, TIBI, Sereniſſime Princeps! prorsus innata. Certè Serenitatis T. Glorioſisſimus Anteceſſor, JOHANNES CASPARUS, piisſimæ memoriæ, tantâ comitatis lenita-

©BIUM

lenitatisque gratiâ Parentem meum, non incelebrem Medicum, piè defunctum, nec minus me quoq; immerentisſimum dignatus eſt; ut, nî fatum votum invertisſet, Ipſius Celſisſimo Nomini idem dicare auſus fuiſſem, quod jam nunc, Illo in cœlum recepto, Meritisſimo Succeſſori ſacrum eſſe & volo & debeo. Equidem parum aberat, quin à concepto conſilio abſterreri paſſus fuiſſem, veritus, ne inter ſtrenuisſima armorum officia, quæ, Invictisſimo Cæſare jubente, induis, ad proletarias chartas parum ſis animum attenturus. At enim verò compertum vicisſim habetur, TE tantâ temperaturâ miſcere negotia, ut & in ipſis caſtris publicæ rei curam geras, & domi non minus, quò Ægide Pallas & Pallade Ægis tuta ſit, de caſtris cogites, ſimillimus Homerico iſti Pelidæ, qui inter ipſa arma fides & citharam interpoſuit. Statui iccirco, quod diu trepido deliberavi animo, & Reverendisſimum Ordinis Caput hoc ipſo, per gradus tentato aſcenſu, mihi propitiare molior; poſtquam Generoſisſimis aliquot Illius Membris meâ qualicunque Arte Medicâ hactenus aliquantùm innoteſcere mihi licuit.

Suſcipe igitur, Serenisſime Princeps! ſerenâ fronte, quod humillimâ manu, flexoq; genu, ad pedes Tuos depono, vile hocce Opus, ceu in ævum duraturum pignus ſubmisſisſimæ venerationis, fideiq;, cultus, atq; æterni obſequii: pio cum voto ſociatum, quod inter

 con-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 8 sur 1339

©BIUM

congratulantium de felici regimine Applauſorum multitudinem poſtremus quidem fortè, non tamen, det DEUS, vanus, pro vitâ, ſalute & perenni incolumitate calido pectore fundo: Supremum inſimul Numen devotisſimâ mente venerans, ut, quemadmodum Excelſiſſimi Ordinis Teutonici clavum bono fato & optatis auſpiciis ipſo ætatis flore, quo, (Majorum exemplo) ætatem Tuam antevertis, regere haud ita pridem cœpiſti; ſic felix fauſtusq; in ſeros ſuperes annos, quò Eidem pari animi magnitudine, fortitudine & prudentiâ præeſſe poſſis, quoad ipſe perſtabit, hoc eſt, usq; ad illum diem, qui hoc hauriet univerſum, idq; tantâ virium integritate, & proſperrimæ valetudinis conſtantiâ, ut cum Hygeia in gratiam redire nunquam opus habeas; quod à tenui licèt Medico, bono tamen omine, fuſum votum irritum ne ſinat eſſe DEUS.

SERENITATI T.

Dabam Noribergæ
IX. Id. Martii
M. DC. LXXXVI.

devotiſſimus

GEORG. ABRAHAM. MERCKLINUS, D.
Reipubl. Norimberg. Domûsq; Teutonic.
ibidem Medicus ord. & Academ. Curios,
dict. Chiron.

LECTORI
BENEVOLO
SALUTEM ET OFFICIA.

NEQUE novi exempli Liber iſte, neque pœnitendi laboris, aut fructus contemnendi eſt. Exemplo fuere nobis (ut Veteres taceam, & πολυγράφων Geſnerum, & qui præterea per omne genus Scriptorum ſeſe è Recentioribus diffuderunt) Johannes Georg. Schenkius, Iſrael Spachius, & Paſchalis Gallus. Nam hi ferè ſoli meruere, quidquid hinc in re Medica laudis. Cujus præconem velle me, non prædonem eſſe, teſtatus ſum hoc ipſo olim Opere, & iterum iterumq; teſtor. Quod cùm è paterna primùm Bibliotheca privatim mihi conſcriberem, animadverteremque in quantum numerum excreviſſent Auctores, quorum monumenta nec viderant illi, nec vidiſſe poterant, cœpi conſilium, eandem his conciliandi lucem, quam prioribus alii. Quo autem majore id cum fructu efficerem, non putavi ſatis referre, quid quiſque in Medicina ediderit, ubi, apud quem, quando, quâ formâ: ſed expedire ſtudiis promovendis, quam ſinguli materiam aut plures tractaverint, oſtendi. Feci igitur altero Libro. In quo præmitto, quæ ad Medicinam ac Medicum in genere: mox quæ ad ſingulas partes: Theoretica ſemper primùm, inde Practica, ut uſus eſt vocare, & diſtinguere. Eſt tamen, ubi altera in alteris requiras. Videtur id moleſtiæ nonnihil habere, & potui vitare titulorum repetitione. Sed quid opus? cum è præcedente Libro & Librorum ibi inſcriptionibus expedire ſe poſſit, quiſquis in hoc hæret. Illius ordinem Abecedarium feci & pluſquam obvium, ne vel Tyrones hæreant. Quibus cùm ſæpe prænomina ſint incognita, ne & heic ipſis mora fiat, ſubjunxi illius è cognomine Indicem. Hæc forma Operis. Cujus quàm me pœnitere non debeat, videtur exemplarium, ſat bono numero primâ, iterumque, & majore, ſecundâ vice editorum, diſtractio teſtari. Ea certe Typographum movit, ut, quamvis Reipubulicæ cura, Senatu, Scabinatu, alia occupatiſſimus, voluerit tamen ſtudio ſuo erga rem literariam deeſſe, neque quem carere Libro communi velut applauſu totiens approbato. Ego verò, poſteaquam vidi, laborem meum publico gratum, debui neque ingratus erga alios, neque in memet-

):(ipſum

ipſum injurius eſſe. Hic futurus eram, ſi vivus alteri facerem curam, augendi & ſupplendi hoc Opus. Ille, ſi non pari promptitudine ac propenſione orbi ſucceſſorum merita exponerem, quâ ſuperiorum jam propoſuiſſem. Quo animo cùm ſim non poſſum non ægre habere, etiam hac editione non paucos prætermitti, quos inſeri vel nunc oportuit. Quamvis enim haud parvam continuò diligentiam adhibuerim, nequivi tamen omnium, quos deſideravi, titulos nanciſci, etiam in ampliſſimam urbem & celeberrimam Academiam interque medios atque inſtructiſſimos Bibliopolas translatus. Qua in re non parum me mea ſpes fefellit. Neque tamen refert, cauſſas referre, quas aut ſcire puto, aut ex facili poſſe, quotquot frequentare illos ſolent. Quamobrem denuo rogo Viros omnes doctos, & quos amplificandæ rei Medicæ tenet amor, ut haut gravate velint ſuo me auxilio & publica commoda adjuvare, ac ſignificare, quaqua ratione, ſi quid, quod ad Artem noſtram pertineat, mihi quidem, ſed dolenti prætèritum, noverint in lucem exiviſſe. Secundam editionem quam luculentis tunc Catalogis, & quidem ſuapte ſponte ad me transmiſſis auctum iverint Viri Clariſſimi, D. Claudius Doreſmieux, Inſulis, D. Robert. Farvacius, Bruxellis, D. Petrus Neurat, Matriti, D. Nicolaus de Witte, Rigæ Livonorum, Medicinam quisque ſumma cum laude factitantes, ibi expoſui, animique grati ſignificationem edidi, certe edere omnino volui. Quod exemplum ſi vel unus quiſpiam fuiſſet in quaque natione imitatus, jam non modò, quod olim volui ac vovi, fuiſſet hoc

πλείων δὲ τοι ἔργον ἄμεινον,

ſed abſolutum, adeoque omnium benè de Arte Medica meritorum memoriâ, atque laude inſtructiſſimum, omnibusque ſuis numeris tantum non perfectum. Interea etiam hæc editio non deſtituitur, quibus acceptum cùm ſupplementa, tum adjumenta referat quàm maxima. Et ſupplementa quidem habet ab Excellentiſſimo D. Guidone Patino, Doctore Medico Pariſienſi ac Profeſſore Regio, Viro, ſupra quàm aut dici queat aut quis, niſi experiens credat, nato ad fovendum bonos & Artes bonas, ac mihi præter modum & meritum Amico. *Habet itidem ab Celeberrimo Viro, D. Iohanne van Horne, Medicinæ Doctore & Anatomes ac Chirurgices Profeſſore Eximio, Collegâ conjunctiſſimo. Habet ab Eruditiſſimo D. Carolo Offredo, Doctore Medico Patavino. Habet denique ab Experientiſſimo D. Gabriele Claudero, Doctore Medico Altenburgenſi. Adjumenta verò ab Præſtantiſſimis Medicinæ Myſtis D. Theodoro Colbio, Regiomontano, & D. Conrado van Hæven, Bremenſi. Quibus omnibus pro ſuo ſtudio atque labore, quo Opus hoc tam liberaliter locupletare atque exornare ſunt dignati, plurimum debere & nos profitemur, & quotquot uſui hic Liber erit. Hoc habebam, Lector amice! Vale, mihique fave, qui faveo omnibus, meque bonis & animitus voveo, commendoque cunctis. Dixi.*

GEORG.

©BIUM

GEORG. ABRAHAM. MERCKLINI

Præfatio
ad
Lectorem.

Instituti nostri & præmonendorum rationem potissimùm comprehendens.

Benevole Lector!

BIs novem quasi processére anni, ex quo Polyhistoriæ Medicæ amor animum incesit meum; cùm nempe in Archi-Gymnasio Patavino Nationis Germanicæ Artistarum, ut vocant, Bibliothecarii munere per biennium fere functus, studium istud excolendi largissimam nactus fuissem ansam.

Hinc factum, ut post aliquot annorum decursum de ipsâ Lindenii Librorum duorum de Scriptis Medicis auctione cogitare cœperim, ratus, fore, ut, si non publico, saltim meo privatim usui operâ illâ inserviretur.

Jactâ igitur aleâ, ante hæc quinque propemodum lustra rem aggressus, ipsique Operi manum admovere occepi.

His auspiciis intra paucorum annorum spatium, factâ subinde novâ accessione, adeo feliciter crevit Opus nostrum, ut, quamvis fando acceperim, esse Medicum Bremensem Doctissimum, Dn. Cont. van Höven, vel quendam Eliam Pillulandum, *Danum*, vel Dn. Dr. Becherum, *Saxonem*, vel alium quendam Belgicum Medicum, qui eandem Renovationem moliatur; tamen nequicquam ab instituto deterreri, calamumq; manibus extorqueri passus fuerim, sed idem negotium nihilo segnius institerim, certus, quòd, etiamsi alius, & fortasis dignior, hanc diligentiæ palmam mihi præripuisset, tamen me satis uber inde carptus fructus mansurus, nec ulla quasi frustra adhibiti laboris

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 12 sur 1339

boris pœnitentia animum meum maceratura esset, maximè, cùm non nisi succisivas horas hîc impendere, necesse habuerim, & necessariæ Praxis amarorem nullo magis, quàm hoc ipso studio, velut quâdam dulcedinis mixturâ, temperare licuerit.

Nec malè me habuit illud, quòd nonnemo Amicorum à cœptis me dehortari tentaverit, opinatus, indigniorem hunc esse laborem, & jam novissimè similem actum à Cornel. à Beughem. Quemadmodum enim paulo supra nominatos Clarissimos Viros, ipsumq; famâ super æthera notum Georg. Hieronym. Velschium (Veteres ut silentio præteream) ejusdem laboris minimè puduit, sic nec nos illius unquam puduit, nec hactenus pœnituit. Beughemii verò Bibliographiam Med. & Phys. quod concernit, quivis unus, qui scit, quantum distent æra lupinis, institutâ collatione, etiam me tacente, facilè cognoscet, quantum illa ab isthac mea Lindenianâ differat interpolatione.

Immò quemadmodum olim Robertus Constantinus, Joh. Neander, Paschalis Gallus, Israel Spachius, Joh. Georg. Schenckius, ipseque Lindenius noster, & si qui fortè sunt alii, non levem gratiam suis Librorum Med. descriptionibus ab Æsculapii Filiis iniverunt: ita quin hi nostri qualescunque labores, si quidem publicam aspexerint lucem, hominibus gratis grati sint futuri, nulli dubitavimus.

Eccur dubitaverimus? Cùm non solum utilitas, sed & jucunditas luculenter inde speranda sit. Constat namq;, ut Joh. Georg. Schenckii Præfat. in Bibliothec. Med. verba mea faciam, nihil æque usibus Medicis prodesse, quàm Bibliothecas, Elenchos, & Locorum Communium receptacula. In tanta enim, pergit ille, Artis Medicæ fœcunditate & amplitudine, futuro & existenti Medico res esse gratissima debet, tot numero Auctores & Philiatros, eosque omnes & singulos, ad certas Indicum & Elenchorum Classes fuisse relatos: unde pro occasione studiorum, & incidente necessitate, hunc vel illum, sæpe diversos, certo utique ordine omnes, commodissimè comprehendat. Addo ego, hoc imprimis scribacissimo tempore, quo docta, & ad magna nata ingenia, subinde ultrà progrediendo, inaudito scriptionis novæq; inventionis genere laudem & nominis sui famam aucupantur, quo Scriptorum Med. fertilitas ita augetur, ut hodiè non tàm de Libris ipsis, quoquo etiam Medicinæ loco vel parte, quàm de prudenti eorum delectu, laborandum videatur; ne multitudine, ut sæpe fit, confunda-

fundamur potius, quàm proficiamus. Ut taceam, hac Scriptorum Med. recitatione alios etiam allici posse, ut, eorum exemplo, ipsi quoque suorum ingeniorum nervos intendant, &, si quid luce digni excogitaverint, publico Scripto prodant.

Et quid prætereà jucundius, quàm omnes Scriptores Medicos, omniaque eorum Scripta eleganti ordine locata, unoque Libro comprehensa intueri, & exinde discere, quæ, & qualia singuli publicæ luci dederint, nec non quo loco, quo tempore, quaq; formâ typis exscripta, & quæ planè nova, quæve duntaxat recusa sint, sine labore, sineque tædiosa inquisitione, velut in tabula, perspicere? Ne quid dicam de illa jucunditate, quam illi inde concipient, qui adhuc vitali aurâ fruentes sua edita Scripta hîc recensita, suorumq; ingeniorum fœtus posteritati tàm studiosè commendatos, procul dubio gaudebunt.

Quare filum, quod exorsus sum, sedulò pertexere perrexi, idq; eò alacrius, quo confidentiùs Amicorum præcipui persvadere mihi conati sunt, hos meos labores non solùm neutiquam fruſtra à me susceptum iri, sed & olim acceptissimos esse futuros.

Nec prima statim spes fefellit, dum confectoOpere, plures Librarii certatim id sibi imprimendum dari petierunt, animo sine dubio confisi, fore, ut, quemadmodum Exemplaria primæ editionis Anni M.DC.XXXVII. itemq; secundæ M.DC. LI. & tertiæ M. DC.LXII. intra pauciores illos annos lucroso fœnore distracta atq; divendita sunt; sic multò magis quarta hæc desideratissima, & intra hos viginti quatuor Scriptorum Med. fertilissimos annos, plurimâ accessione locupletata editio suos amatores emptoresq; brevi redundanter inveniat.

Visum autem est, præ aliis, rem committere Præstantissimo & Nominatissimo Dn. Joh Georg. Endtero, Viro Honestissimo, Librario celebri, & digno, cui omnes boni bene cupiant.

Jam quid in hac Renovatione præstiterim: quæ submonenda circa eam veniant: quibusq; subsidiis usus fuerim, Præfationis loco, indicare juvabit.

Suspicor, fore, qui cavillaturi sint, minimum esse, quod hoc loco fecerim. Equidem fateor, neq; singulari judicio, neq; multâ eruditione opus hîc fuisse; plurimo autem contrà labore, ii facilè agnoscent, qui non solùm sua, sed & aliorum facta æstimare norunt. Certè Librorum omnis generis Catalogos, eosq;, præfiscini dixerim, ultra tre-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 14 sur 1339

©BIUM

centos, ex disitorum etiam locorum angulis curiosè conquisivi, ex iis in Lindenio meo nondum existentes Libros titulo tenus excerpsi, & suis locis studiosè inserui; vel, ubi Librorum titulos paucis saltem verbis indigitatos deprehendi, omnem operam renavavi, quò vel ipsorum Librorum, vel, si nec hoc fuit integrum, saltem pleniorum eorum titulorum, quantum possibile, particeps fierem. Qua de causa omnes diversarum Bibliothecarum, & quidem cùm publicarum, tum privatarum loculos diligenter excussi, & ex iis, ad meam quæ videbantur rem facere, extraxi: institutâ quin etiam eàpropter frequentiori cum plurimis Celeberrimis Viris literarii commercii reciprocatione.

Unde factum, ut non pauca nunquam antè à Lindenio visa Scripta noviter demum accesserint, nempe, ni computatione erravero, circiter M. DCC. LXXI. præter illa denuo tantummodo semel iterumve recusa, numero præter propter DCC. LXXXVI. inter quæ planè novi, vel certè huic editioni primùm admoti Authores numerantur DCC. XLII. Ne quid dicam de succinctâ quidem, sed non minus laboriosa CC. XXII Celebrium Authorum Vitæ curriculorum planè novâ, aliorumque LXXIV, paulò prolixiori, &, ut nobis videbatur, accuratiori descriptione; quam quidem omitti potuisse, ceu inutilem, & hîc loci incongruam, in nusq; necessariam, aliqui fortassis censebunt. Verùm enim verò ut taceam, mihi, ut in aliis, ita etiam hîc Antecessoris nostri, qui similiter aliquot Authorum brevia Vitæ curricula apposuit, vestigia pressè legere, placuisse; non videtur præterea abs re factum hoc fuisse. Nam primò haud rarò non parum refert, scire, ubi vixerit Author, qui de hac vel illa scripsit materia. Sic v. g. confidentiùs credo illi, qui ibi Praxin Med. per plures annos exercuit, ubi morbus ille, quem pertractat, endemius est, ut, Anglo, qui de Sudore Anglico, aut Borusso, qui de Succino, unde propullulat &c. ex professo egit, quàm extraneo, qui alibi vixit. Deinde cur non aptus hîc sit agendi de hac re locus? Nonne dum Authoris edita Scripta recensentur, commodissimè ejusdem vitæ cursus simul describi potest? Et postremò quid jucundius, quid dulcius, quid amœnius literato homini, quàm suæ Professionis Authores levi penicillo adumbratos, velut in tabella, intueri posse? prout ita Medicos Scriptores datâ operâ delinearunt Sambucus, Petrus Castellus, Thomasinus, alii, quos nos hac scriptionis parte maximam partem imitati sumus.

Hoc

Hoc amplius non licet reticere, me, ut factâ collatione patebit, tot Authores, totq; Scripta vel alieno loco adducta, vel bis posita, vel falso acq; corrupto nomine insignita, vel Authori, cui non debent, adscripta, vel non Medica, suis locis inseruisse, expunxisse, correxisse, restituisse, ut, si hæc omnia sigillatim in medium producenda essent, plures chartæ solâ recensione insumerentur. E perplurimis, ut aliquot saltem nominatim indigitentur, hujus commatis erant: Albanus Botto: Alexander Albertinius: Alphonsus Torreus: Alzarius Crucius, legendus Vincentius Alsar. à Cruce: Andr. Baccii Magna Bestia Alce & Cornu Monocerotis: Andreas Knevselius: Andreas Krugius: Annibal Albertinus: Antonius Albanesius, legendus Guido Anton. Albanesius: Antoninus Cælius: Bartholomæus Traficchetus, cujus Scriptum totum Italicum est: Benedict. Figulus, cujus Scriptum Germanicum est: Bernardus Gomesius: Bernardus Trevisanus: Carolus Battus, legendus Conrad. Battus: Gaspar. de Gabrielis: Gaspar. Hoffmanni, Gothani, Thermæ Hirsbergenses, itemq; Consilia & Epistolæ Medicæ, ad Caspar. Hoffmann. Brandenb. referenda: Christophor. Heinicus: Christophor. Soterus: Conrad. van Roel: Constantinus Lucas, primus: Domitius Meara: Evardus Leichnerus: Ewaldi Vogelii Historiæ Transmutationis Metallic. Ficinus Marsilius, qui legendus Marsil. Ficinus: Franciscus Alexanderi: Franciſc. Caserta, legendus Franc. Anton. Caserta: Franciscus Rossetus, legendus Franciſc. Rousetus: Georg. Loysius: Georg. Oethæus: Gilbert. Limburgius: Giustinianus Arcella, leg. Justinian. Arcella: Guidus Anton. Albanesius, leg. Guido Ant. Albanesius: Guilhelmus du Val, leg. Guilielmus Duvallius: Guilhelmus van der Bosch: Henricus Ernstius, non Medicus: Henric. Neuhusius, non Medicus: Joann. Waslæus, leg. Johann. Walæus: Joan. Walter. Viring. Triplex Cœna, non Medicum Scriptum: Jordan. Brunus: Isaac. Casaubonus, non Medicus: Lazari Riverii Institutiones Medic. bis positæ: Magnus G. Phædro: Melchior Sebisius, Junior: Michael Meldenarius, leg. Christian. Moldenarius: Stephani Roderici Castrensis Universa Muliebrium morborũ Medicina, referanda ad Rodericum à Castro: Syracus: Theophil. Neubergerus, non Medicus: Theophil. de Pege, non Medicus: Thomæ Aquinatis Motus Cordis, non Medic. Thomas Browne, non Medicus. Thom. Corrachin. leg. Thom. Cornachin. & his similia penè innumera.

Nec tantopere nobis placemus, ut credamus, nos omnia emandasse errata;

©BIUM

errata; quin potius ipsi veremur, ne plura adhuc supersint, quorum nonnulla inter dubia relata paulo infra exhibere visum est. Tantum autem abest, ut hâc in prioribus Editionibus commissarum hallucinationum notatione doctissimum Lindenium nostrum fugillare, ut potius de Republica Medicâ Meritissimum Virum omnibus modis excusatum habere velimus, probe gnari, quàm plures mendas Amanuensium, Collaboratorum, Typographorum, aliorumq; hominum haud rarò nos potius seducere, quàm juvare solitorum culpâ, sæpeq; nobis ipsis insciis, & cum bono Homero dormitantibus irrepere posse; id quod me ipsum in hac novâ auctione expertum esse, fateri, hinq; veniam, siquidem ipse erravero, aut errata reliquero, exorare cogor, ne humani quid alienum à me esse putem.

Supereſt, ut dicamus, præsenti hac quartâ Editione nos demum in Indice, quo Cognomina præponuntur, & Prænomina postponuntur, singulis Authoribus paginarum numeros addidisse, ut inquirentium studium redderetur facilius, & aliis simul occurreretur difficultatibus. Atq; hæc potissimùm sunt, quæ in hac Renovatione præstare potuimus, quæq; voluimus.

Pergimus ad illa, quæ circa eam submonenda videntur; ubi ante omnia explicandum, quid sibi velit signum ☉, quidq; illud ☽, nempe nihil aliud, quàm ut constet, illum Authorem, illudq; Scriptum, cui præfixum est signum ☉, planè novum esse, & hac demum Editione primùm illatum; quod verò Scriptum præ se fert signum ☽, illi tantùm aliquid noviter accessisse, sive sit nova editio, sive plenior tituli descriptio, sive aliud quicquam.

Deinde sciendum, nos Scripta Authorum incertorum & variorum, eorumque cùm Chymicorum, tum Medicorum, & quidem tam veterum, quam recentiorum, quos Lindenius ad Literam A. retulit, sub finem in Appendicem, pristino servato ordine, non sine ratione rejecisse, & sub horum censu omnia illa comprehensa voluisse, quibus in frontispiciis certum Authoris nomen non est præfixum. Unde nemo ægre feret, si Scriptum suum, cujus quidem Authorem se profitetur in Dedicatoria Epistola, aut Præfatione, non autem ipso Titulo, inter Scripta Authorum incertorum invenerit. Sic veniam nobis dabit v.g. D. Volckamerus, & D. Schröckius, quòd, etiamsi certum sit, illum Cordi Dispensatorium quartùm emaculatius & auctius

ctius edidisse; & hunc unicum esse Authorem Pharmacopœjæ Augustanæ renovatæ & auctæ, tamen & illius, & hujus nominatum Scriptum inter Authores incertos relatum sit; quod ideo factum, quia nec ibi, nec hîc in frontispicio, sive, titulo Libri Author expressus est.

Spicilegium verò ea tantummodo complectitur Scripta, quæ, vel, quia typis nostris jam positis postliminiò prodierunt, vel, quia seriùs nobis obvenerunt, vel deniq; quia incuriâ omissi sunt, suis loculis inserere, non amplius fuit integrum.

Omnes Authores, quibus prænomen est Gaspar, quippe quod Belgicum potius, quàm Latinum idioma sapere videtur, ex Litera G. ad Literam C. retulimus, formato ex Gaspare Caspar. Sic etiam Wilhelmos omnes delevimus, eosq; Guilielmis immiscuimus. Et pro Guilhelm. Guilielm. proq; Joannes Johannes, pro Oth. Otto, & pro Silvest. scribere maluimus Sylvester.

Cæterùm eidem Lindenii ordini Alphabetico & nos insistere oportuit, quo Authorum prænomina perpetuò præmittuntur; non quidem, quòd hunc ordinem illi, quo in aliis hujusmodi Catalogis Authorum cognomina præmitti solent, præferamus, sed quòd aliter hîc fieri non potuit, nisi ingenti labore totum Lindenium describere, & penè invertere, planeq; novum Opus ex eo efformare voluissemus.

Disputationes, quamvis Antecessor nonnullas hinc inde insperserit, nos tamen nullas de novo adjecimus, nisi fortè quædam incautè irrepserint, pro Tractatibus habitæ, idq; cùm quòd publicis Nundinis, inq; Librariis rarò divendi, adeoq; difficulter haberi soleant, tum etiam quòd verendum fuisset, ne Opus immane quantum earum accessione excresceret. Unde non ægrè ferent Spectatissimi Universitatum Medicinæ Professores, interq; eos Vir Excellentissimus Dn. D. Mauricius Hoffmannus, Prof. Altdorph. primar. nec non diversor. S. R. I. Principum, ipsiusq; Noribergæ Medicus, Dominus & Collega noster Honoratissimus, quòd Disputationes raras certè illas, & quas habuit, ipseq; in gratiam Sanguinis concinnavit, doctissimas intexere non licuit, quales sunt: De Motu Cordis & Cerebri, Sanguinisq; ac Spirituum Animalium perpetuò pro Vitæ continuatione per corpus Commeatu:

De Transitu Sanguinis per medium Cordis septum impossibili, contra Galenum & Riolanum, ejus defensorem:

De Transitu Sanguinis per medios Pulmones facili, contra Riolanum, ejus osorem:

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 18 sur 1339

©BIUM

De Sanguine, ejusq; obſervatione:

De Sanguinis miſſionis, ſive Venæſectionis neceſſitate, contra Eraſiſtratum, & Helmontium, ejus Oſores, &c.

Nec minus nobis ignoſcet idem prælaudatus Vir Celeberr. quod ejus nondum quidem edita, typis tamen & digna & parata limatiſſima Scripta, ut ſunt omnia, ſuis locis inferre nequivimus. Sunt autem illa, quæ poſſidet hæc ipſa:

Commentarius in omnes Hippocratis Aphoriſmos ex natura & circulatione Sangvinis:

Obſervationes rariores Medico-Chirurgicæ & Anatomicæ:

Obſervationes & Delineationes de Juventute Plantarum è terra ex ſeminibus reſurgentium:

Cura poſteritatis, ſeu, Tractatus de recto Rerũ non-naturalium uſu:

Enumeratio Plantarum in Monte Mauriciano occurrentium:

Diſſertatio de Corde, corporis famulo, olim principe:

Diſſertatio de Venæſectione Purgationi ſemper præmittendâ, utroq; præſidio ſi opus fuerit:

Diſſertatio de Sudatione, præſidiorum univerſaliũ optimo, maximo:

Diſſertatio de Delectu generoſorum præſidiorum:

Thomæ Eraſti Commentar. in omnes Hippocratis Aphoriſmos manu Philippi Scherbii except.

Erneſti Soneri Modus diſcendi Artem Medicam, & faciendi Locos Communes, quem propriâ manu conſcripſit poſt Caniculares & viginti octo Lectionibus abſolvit A. C. 1609:

Caſpari Hoffmanni, Anteceſſoris ſui, Tractatus de Humoribus Corporis humani.

Non enim inſtituti noſtri ratio permiſit, ut manu tantùm & inedita Scripta inſereremus, cùm nec Lindenius noſter iis (exceptis paucissimis in ſua Bibliotheca aſſervatis) inter Scripta Medica locum conceſſerit, nec poſſibile fuiſſet, arcana & inacceſſa Doctorum ſcrinia, impetrandorum eorum titulorum gratiâ, perveſtigare. Unius autem præſtantiſſimi illius Manuſcripti Magni Caſp. Hoffmanni non poſſumus non mentionem facere, intellige Ejus exaſciatiſſimum, & omnium, quotquot hactenus unquam literatus vidit Orbis, accuratiſſimum in omnia Galeni Volumina Commentarium Græco-Latinum, typis jam dudum digniſſimum, quem omni perenniorem ære, ære magno à vivo adhuc Authore redemptum Venerandus Collegii noſtri Senior, Dn.

Dr.

Dr. Joh. Georg. Volckamerus, velut pretiosum thesaurum possidet, promptus utiq; cuicunq; Librario, necessarios impressionis sumptus facere audenti, certo pretio offerre. Cæterorum verò Manuscriptorum & adhuc edendorum Codicum satis locupletem Syllabum licet, si libet, videre in Georg. Hieronym. Velschii Sylloge Curation. & Observationum Medicinal. post Præfationem p. m. 11. seqq.

Sed cur singulos Authores earum Observationum, quæ Miscellan. Curios. Medico-Physic. Academ. Naturæ Curios. sive, Ephemerid. Medico-Physic. Germanic. exhibentur, nostris Scriptis Medicis hâc demum Editione inneximus? Hoc primò factum exemplô Antesignani nostri, qui similiter singulos Authores Consultationum, Observationum, & Epistolarum, cum earum Authoribus à Wittichio, Scholtzio, Horstio, aliis, uno Volumine comprehensarum singulatim suis locis indidit; deinde ut & his benè meritis Viris suus apud posteros constet honos, ulteriusq; incitamentum præbeatur, in hâc palæstra eâdem diligentiâ procurrendi, & deniq; eò, quòd Observationes illæ dictis Miscellan. Curios. comprehensæ in publicis Scriptis sæpius allegantur, quàm vel Disputationes, vel Manuscripta inedita.

Reliquum est, ut, quæ submonenda restant, ordine tumultuarie persequamur.

Sunt aliqui Authores, bis, nî fallimur, cum Scriptis suis occurrentes, quorum alteruter delendus videtur, ut: Alchindus & Jacob. Alkindus: Ambrosius Leo & Petr. Leo: Apitius Cælius & Cælius Apitius: Claudius de la Courvee & Joan. Claud. de la Courvee: Daniel Milius & Joh. Dan. Mylius: Eckerdius Heideneccius & Erhard. Hedeneccius: Franciscus Duratius & Joh. Francisc. Duratius: Frideric. Chrisogonus & Federic. Chrysogonus: Gybert. Longolius & Gisbert. Longolius: Jacob à Brunn & Joh. Jacob à Brunn: Joh. Anton. Phrygius & Jac. Anton. Phrygius: Joh. Chicotius & Joh. Schicotius: Joh. Stubendorfius & Joseph. Stubendorfius: Joh. Stullius & Joh. Sullius: Mich. Venetus & Mich. Uranius: Petrus de Abbano & Petr. de Apono: Petr. Jacob. Esteve & Petr. Jac. Steve: Petr. Paul. Galeo & Petrus Galea: Jodoc. Harchius & Philip. Hartzius: Tobias Coberus & Tobias Koberus: Vendelinus Hök de Brackenau & Wendelinus Hock.

Ter occurrit Erasmus: primò nomine univoco Erasmi: secundò Desiderii Erasmi, tertiò Erasmi Roterodami, quæ tamen trina nomina unum eundemq; Authorem significare videntur, nempe Desiderium

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 20 sur 1339

©BIUM

Eraſmum.(hoc enim hujus Authoris verum nomen eſt) Quare Eraſmus p.261. & Eraſmus Roterodamus p.262 cum *Scriptis* ſuis expungendus, eaq; ad Deſiderium Eraſmum p.244. ſi videbitur, referenda.

An Franc. Ulmus, *Pictavienſis*, p.304. & Joh. Franc. Ulmus, *Brixianus*, reverà differant, non caret dubio, nec nobis licuit hâc vice, mutuâ collatione ex eo nos extricare. Sic nondum liquidò conſtat, & in dubio adhuc relinquitur, an Ambroſii Leonis Interpretatio Græca de Urinis à Petri Leonis Tractatu de Urinis differat, an verò unum ſit idemq; *Scriptum*? It. an illud Scriptũ de Plantis Abſinthii nomina habentibus, Caſp. Bauhino p.51. an verò Joh. Bauhino p.540. verius debeatur? Item, an Joh. Jacob. Manlii de Boſco Libellus Medicus variorum Experimentorum p.614. ab illo Joh. Manlii Libello p.633. differat, nec ne? Item, an illud Opuſculum de Morbis Puerorum p.894. col.b. ad Petrum Jacob. Toletum, an verò potius ad Petrum Toletum p.907. pertineat? Item, an illa Oeconomia Medic. p.313.col.b. & p.947.col.a. allata ad Gabrielem Fonſecam, an ad Rodericum à Fonſeca pertineat? Item, an illius Orationis de Podagræ Laudibus p.504. col.a. & p.549. col.a. citatæ Author ſit Janus Cornarius, an verò Johannes Carnarius?

Certius autem eſt, illam Obſervationem de Monſtroſis Vermibus p.60. col.b. eandemq; repetitam p.73.col.b. ibi delendam, & non inter Scripta Antonii Antonidis van der Linden, Nepotis, ſed inter Scripta Antonii van der Linden, *Nerdeni*, illius Avi, referendam eſſe. Delenda quoq; p.229.col.a. lin.28. & 29. hæc verba: videtur idem eſſe cum priori Tractatu. Non enim, ut factâ poſtliminiò accuratâ collatione deprehendimus, idem hic, cum priori, eſt Tractatus, ſed revera diverſus. Certum etiam & hoc, Opera Medica Chirurgica p.699. Joh. Vigirio adſcripta, huic non, ſed Joh. Vigierio p.698. deberi, propterea q; delenda eſſe. Et illud Scriptum Michael. Sendivogii p.622. de vero Sale ſecreto Philoſophorum &c. quia ab Authore Gallicè ſcriptum, ideo hîc expungendum, & ejus translatori, Ludovico Combachio unicè relinquendum. Illudq; Syſtema Paraſcevaſticum, & Scriptum de Febre purpurata p.901.col.a. malè repetitur; cùm illud idem ſit cum ejusdem Petri Morelli Methodo præſcribendi Formulas &c. p.900. col.b. paulo alio tantùm Titulo ſuperbiens; & hoc non Petrus Morellus, ſed Johann. Morellus, (quem cum eodem hoc Scripto ſuo reperire licet p.644.) ediderit. Ita etiam bis ponitur illud Scriptum p.1077. col.b. cui titulus: Opuſcula Illuſtr. Med. de Doſibus. Repetitur enim paulò

pòſt

©BIUM

poſt p. 1081, pleniori titulo: Illud ergo delendum. Delendum & illud *Scriptum* p. 180. col. b. cui titulus: Conſilia Variorum de Arthritidis &c. Nam quia Henricus Garetius collegit, ei, tanquam Authori p. 394. adſcriptum, ibi omitti poteſt. Expungendi præterea ſequentes Authores cum ſuis Scriptis: Dominus de Nùyſement p. 248. ceu Gallicus: Franciſc. Rivettus p. 337. ceu Italicus: & Joh. Baptiſt. Birellus p. 524. ceu Germanicus *Scriptor*: item Julius Cæſar Bulengerus p. 719: Otto *Sperling*. & Otto Werdmüller p. 863: nec non Paſcas. Juſtus p. 865, ceu non Medici. Inter delenda præterea numerari debent ſigna ⊙, Adamo Lonicero p. 8. itemque Henrici à Möinichen Obſervationi de Ganglio p. 397. & Caroli Drelincurtii quatuor illis ſingularibus Tractatulis, perperam præfixa. Ille enim Author non novus eſt, & horum duorum Scripta non opus eſt, ut habeant ſignum ⊙, cùm ipſi jam habeant Authores, ceu novi, quorum *Scripta* non poſſunt non ſimiliter eſſe nova. Et hæc ſunt, quorum quædam ſuperflua adhuc delenda videntur.

Omiſſa addenda quod concernit, ſunt ea hæc ferè: & quidem potiſſimùm ſigna illa ⊙, quæ neſcio cujus culpâ omiſſa ſequentibus Authoribus præfixa eſſe deberent: ut, Franciſco de le boe *Sylvio*: Gabrieli Claudero: Henrico à Möinichen: Henrico Mundio: Henrico van der Port: Hieronymo Marafioto: Hyacintho Claverono: Johann. Jacob. *Stæhelino*: *Salomon*. Reiſelio: Johanni Pilas: *Simon*. Aloyſ. Tudecio: *Simon*. *Scholtzio*: Jacob. *Sponio*: & E. G. H. quò conſtaret, hos omnes Authores Lindenio noſtro ignotos fuiſſe, & hac demum Editione, ceu novos, accesſiſſe. Eadem ſigna ⊙ etiam aliquot Vitæ curriculis præponenda ſunt, quibus ſimiliter palam fiat, ea à nobis demum adjecta fuiſſe: *Suntque* Vitæ curricula: Adami Loniceri: Caroli Cluſii: Caſpari Bartholini: Caſpari Hoffmanni: Chriſtophori de Barziziis: Chriſtophori Meureri: Eraſmi *Stellæ*: Erneſti *Soneri*: Franciſci de le boe *Sylvii*: Franciſci Ulmi: Friderici Greiffii: & Johannis Caji. Præfigendum poſt hæc idem ſignum ⊙ etiam Johannis van Horne Prodromo Obſervationum, Ejusdemq; Obſervationibus Anatomico-Medicis p. 610: nec non p. 1085. col. 6, Exercitationibus ad Galeni doctrinam de Oſſibus; ut ſciatur, nova hæc eſſe *Scripta*. Unicum ſignum ☽ in Chriſtophori Guarinonii vitæ deſcriptione omiſſum notavimus, quod ei præfigendum, indicio, noviter aliquid in ea accesſiſſe.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 22 sur 1339

©BIUM

Sub omiſſorum cenſum veniunt etiam quædam quorundam Authorum Scripta; qualia ſunt: Joh. Daniel. Majoris Conſideratio Ferri Radiantis, quâ in naturam ignei aut lucidi Spiritus utcunq; inquiritur: & incidenter quædam de Thermis novo artificio parandis adduntur. Sleswigæ, apud Joh. Holwein, 1679. in 4. Ejusdem Conſideratio Phyſiologic. occurrent. in Epiſtol. Burrhi de Cerebro & Oculi. Ejusdem Scriptum de Vivacitate Patriarcharum. Ejusdemq; Aloe. Andreæ Cnœffelii Faſciculus II. Medicamentorum ſingularium, ſive, Arcana & Experimenta ſpecifica à Martino Bernhardi edita. Extans cum Miſcellan. Academ. Natur. Curioſ. Ann. VI. & VII. Lipſiæ, apud Joh. Fritſchium, 1677, in 4. Olaus Magnus de Alcibus, ſeu, Onagris, & Siti eorum. Extans cum Apollonii Menabeni Tractatu de Alce. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1581, in 8. Remberti Dodonæi Epiſtola de Alce. Extans ibid. apud Eundem, anno & formâ eâdem.

Inſuper ſubmonenda adhuc duo videntur: primò Thomam Parre p. 1022. col. a. novum, & quidem ipſius illius ſub eo locatæ Anatomiæ Authorem, & propterea majuſculis literis ſcribendum eſſe. Et deinde in Indice, quo Authorum Cognomina præponuntur, ſæpe unum eundemq; Authorem duobus, ſæpe etiam tribus cognominibus ex hac ratione efferri, ut, ſive hoc, ſive illo, ſive iſto quæratur, inveniri queat.

Atq; hæc omnia poſtliminiò & tum demum deprehendimus, cùm in tempore ſuisq; locis ea emendare, atq; reſtituere, non amplius eſſet integrum. Unde hæc in Præfatione ſubmonere viſum eſt.

Nunc deniq;, his ſuperatis, tertium & ultimum perſtringemus membrum, quo, quibus ſubſidiis uſi fuerimus, candidè impertiemus, memores, ingenui hominis indicium haberi, palam fateri, per quos profecerit. Nominabimus autem eos, quibus mutuâ operâ aliquantulùm adjuti ſumus, ſine ordine, ſineq; dignitatis aut officiorum prærogativâ, prout memoria nobis ſuggeret; quos inter non poſſumus non hoc nomine publicè deprædicare D. Lucam Schröckium, Jun. Medicum Auguſt. Vindelic. Felicisſimum, & Academ. Natur. Curioſ. dictum Celſum, Virum ſtupendæ diligentiæ, nec hebetioris ingenii, &, ad promovenda Apollineæ Artis, eorumq; Alumnorum commoda, natum. Hic amicisſimo, quo in nos propendet affectu, jam ante hos pluſculos annos, rogatu noſtro, nobis usq; ad præſentem diem com-

©BIUM

commodavit ipsam Georg. Hieronym. Velschii, Viri illius Incomparabilis & Celeberrimi interpolationem vel auctionem eorundem Lindenii nostri de *Scriptis* Medicis Librorum, quam, ni fallimur, ipse aliquando, &, fortasis curatiùs, nisi Vir longiori vitâ digni simus morte præventus fuisset, divulgare, in animo habuit; quo nomine utriq;, & quidem hujus piis manibus, quòd jam vitali adhuc aurâ fruitus promptissimâ voluntate illam Lindenii de *Scriptis* Medicis Renovationem polliceri; huic verò, ceu dicti *Scripti* hæredi, quòd promissa exsequi, & desiderio meo cùm hâc, tum aliis rebus satisfacere voluerit, plurimum debemus. Nec minus obstricti sumus Nobilissimo D. Joh. Mauricio Hoffmanno, Professori Altdorphino Meritissimo, non solùm propter illam promptitudinem, quâ multorum Librorum titulos lubenti nobis animo exhibuit, sed & imprimis propter Lindenianæ de *Scriptis* Med. à nonnemine Anonymo diligenter interpolatæ & emaculatæ primæ Editionis amicam communicationem. Et Excellentissimus D. Joh. Georg. Francus, Professor Heidelbergensis optimè Meritus, & Academ. Curios. Curiosissimus, Vir ille in Poly-Historiâ Medicâ nulli secundus, heluo librorum, & utriusque linguæ doctus, errores in bono Lindenio deprehensos prolixissimis ad me datis Literis fidelissimè ultrò nobiscum communicare, &, ne diutius Librum desideratissimum delitescere patiar, adhortari non dedignatus est.

His, inquam, & cæteris omnibus, nominatim D. Paulo Hermanno, Professori publico Leydens. illi exoticarum rerum Peritissimo Viro, nec non D. Joh. Christian. Frommanno, Medico & Professori Coburgens. *Saxon.* Fautori & Amico nostro infucato, D. Waldschmidtio, Medico apud Francofurtens. ad Mœnum Experientissimo, & D. Joh. Christian. Tralleso, Medico Freystadii *Silesii.* Doctissimo, tandemque Collegis meis Honoratissimis, & inter eos præcipuè Venerando nostro *Seniori*, D. Joh. Georg. Volckamero, D. *Septimo* Andr. Fabricio, D. Emanuel. Guilielm. Ayrero, D Christophor. Friderico Grubero, & imprimis D. Joh. Paul. Wurffbainio, in Cynosuræ operâ aliquantùm Collaboratori, & postremò Librariis nostris Nominatissimis, pro desideratorum, & ex instructis suis Bibliothecis ceu diviti penario depromptorum Librorum facili exhi-

©BIUM

exhibitione publicas agimus gratias, relaturi etiam olim, ubi ipsorum quoque studia juvandi aliquando dabitur occasio.

Atque hæc sunt, quæ præfari, operæ pretium duximus; quibus etiam Proloquii filum abrumperemus, nisi iterum iterumque prius rogandus esset Benevolus Lector, ut, si quæ omissa animadvertet Scripta, ea deinceps amicè nobis indicare dignetur, nec propterea totum Librum damnet atque abjiciat, multò minùs indignioribus criminationibus ob leviorem defectum nos conspurcet; quin potius memor, quòd, quemadmodum, juxta Columellam, in magna sylva boni Venatoris est, indaganter feras complures capere, nec cuiquam culpæ est, non omnes cepisse, ita nec nobis tanto vitio verti possit, si in tam spissa tot Bibliothecarum sylva unum fortè atque alterum, præprimis extra Germaniam excusum Librum intactum reliquerimus. Et si olim Hesychius atque Svidas (quanti autem hi!) cùm Græcas voces recensere instituerent, maximis licèt instructi præsidiis, tamen majorem earum partem præterierunt; quid mirum, si idem mihi in hoc Opere contigerit, & aliqua Scripta Med. omissa deprehendantur?

De cætero si is, cui hoc studiorum genus curæ cordique est, adhuc fortassis obvia quædam errata humaniter posthac nobis ostenderit, in beneficii partem reputabimus, atque ut hoc faciat, per publicum Medicæ rei bonum, obsecramus. His vale, Lector benevole! & ausibus nostris fave.



JOH.

©BIUM

JOHANNIS ANTONIDÆ van der LINDEN, & GEORG. ABRAH. MERCKLINI DE SCRIPTIS MEDICIS,

Liber Primus.

⊙ ABDIAS TREW

NAtus Onoldini in Franconia an. Christi 1597. Fuit Professor Physices & Mathematum in Universitate Altdorfinâ Noric. per plurimos annos, ibiq; obiit an. 1669, ætatis suæ 72.

Astrologia Medica, quatuor Disputationibus comprehensa; quarum prima: de Absurditatibus Astrologiæ vulgaris, & contrà veris cœlestium in hæc inferiora operationibus. Secunda: de Respectu Corporum Naturalium ad sidera in se agentia in genere. Tertia: de Homine ejusque Affectionibus, & potissimùm Morbis, quatenus sideribus subjiciuntur. Quarta: de Applicatione Astrologiæ ad ipsam Medicinam, & singulas ejus partes, agit. Altdorffii, apud Georgium Hagen, sine additione anni, quo excusa sit, in 4.

ABEL ROSCIUS

De Morsu Canis rabidi Epistola. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Centuria I. Basileæ, apud Ludov. Regem, 1606, in 8, pag. 241. Francofurti, apud Iohan. Beyerum, 1646, in fol.

De Hydrope, potus abstinentiâ, curato, Observatio. Extat cum Ejusdem Observat. Cent. IV. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 95. Francof. apud Iohan. Beyerum, 1646, in fol.

ABHENGNEFIT, *seu* ALBENGNEFIT

☽ De Virtutibus Medicinarum, & Ciborum. Extat cum Mesues Operibus: Item cum Elluchasem Elimithar Tacuinis Sanitatis de Sex Rebus Non naturalibus. Hunc Gerhardus Cremonensis ex Arabica lingua in Latinam vertit. Argentorati, apud Johan. Scottum, 1531, in fol.

☽ De Balneis, Sermo in Appropinquatione Medicinæ ex corpore. Extat cum Opere Veneto de Balneis, pag. 429, facie aversâ. Venetiis, apud Iuntas, 1553. in fol.

pour l'explication du signe ⊙ ou ☽ voy p. 12 de l'introd.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 26 sur 1339

ABHOMERON ABEN ZOAR

☽ *Arabs Medicus & Scriptor. Floruit circa annum Christi 1130, vel 1160. Anno ætatis suæ 40. demum Medicinam exercere incepisse: & vitam ad 135. annos produxisse fertur.*

Liber Theisir dahalmodana vahaltabir: cujus est interpretatio, Rectificatio medicationis & regiminis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1496, in fol. Ibidem, apud Gregorium de Gregoriis, 1514, in fol. Rursus, additis Antidotario Ejusdem, & Averrhois Colliget, Lugduni, 1531, in 8.

Excerpta de Balneis. Extant cum Opere Veneto de Balneis in fol. pag. 434.

☽ De Febribus Liber. Extat cum Opere Veneto de Febribus pag. 106. Venetiis, apud Gratiosum Perchacinum, 1576, in fol.

ABOHALY ABEN ZOAR, Arabs

De Regimine Sanitatis Liber, editus à Iohanne Georgio Schenckio, Basileæ, apud Ludov. König. 1618. in 12.

ABRAHAMUS ABEN EZRA

⊙ *Natus in Hispania, Judæus Rabbi, clarus anno Christi 1180. obiit in Insula Rhodo, ubi celebris vixerat.*

De Luminaribus, & Diebus criticis Liber. Lugduni, apud Iohan. Trechsel. 1496, in 4. Francof. apud Nicol. Hoffmannum, 1614, in 12. utrobiq; cum Iohan. Ganiveti Amico Medicorum. Romæ, apud Fratres de Nicolinis, 1544, in 4. Extat etiam cum Michaëlis Angeli Blondi de Diebus Criticis Libello, ejusdemque recognitione. Lugduni, 1550. in 8.

⊙ ABRAHAMUS ACHATIUS HAGERUS

De Aloe aculeata Americanâ, quæ Chorææ, Misniæ Oppido, in Horto Generosiss. Dn. Conrad. Lœseri in Sahlitz A. C. M. DC. LXIII. floruit. Altenburgi, 1663, in 4.

ABRAHAMUS BZOVIUS, Polonus

Nomenclator Sanctorum professione Medicorum, anniversariam quorum festivitatem universalis celebrat Ecclesia, ad antiquitatis memoriam elaboratus. Romæ, apud Petrum Discipulum, 1612. in fol. patenti, & in 12.

⊙ ABRAHAMUS COULEUS

Poemata Latina, quibus continentur sex Libri Plantarum, videlicet, duo Herbarum: duo Florum: duo Sylvarum: & unus Miscellaneorum. Londini, 1678, in 8.

ABRAHAMUS DREYERUS, Bremensis

De Scorbuto, Disputatio. Extat Decade VI. Disputationum, quas collegit & edidit Basileæ Johan. Jac. Genathius, 1622, in 4.

⊙ ABRAHAMUS JUDÆUS

Ars Caballistica. Lutetiæ, in 4.

⊙ ABRA-

☉ ABRAHAMUS MUNTINGIUS, Gröninga-Frisius

Genuina Cultura Plantarum. Leovardiæ, 1671. in 4.

De vera antiquorum Herba Britannica, ejusdemq; efficaciâ contra Stomacacen seu Scelotyrben, Frisiis & Batavis de Scheurbuyck, Dissertatio Historico-Medica. Amstelodami, apud Hieronymum Sweerts, 1681, in 4.

ABRAHAMUS NEHEMIA, Lusitanus

Methodi Medendi universalis per Sanguinis missionem, & Purgationem, Libri duo. Quorum altero agitur de Tempore purgandi, & Ordine medendi. Accessit de Tempore aquæ frigidæ in febribus ardentibus ad satietatem exhibendæ, Lib. unus. Venetiis, apud Bernh. Basam, 1591, in 4. Ibidem, apud Societatem Venetam, 1604, in 4. Ibidem apud Ioh. Bapt. Ciottum, 1604, in 4.

ABRAHAMUS è PORTA LEONIS, Mantuanus

De Auro, Dialogi tres: in quibus non solùm de Auri in re Medicâ facultate, verùm de specificâ ejus, & cæterarum rerum formâ, ac duplici potestate, quâ mixtis in omnibus illa operatur, copiosè disputatur. Venetiis, apud Iohan. Bapt. à Porta, 1514, in 4.

ABRAHAMUS SCHOPFFIUS, Wirtembergensis

☽ ΚΑΘΟΛΟΥ omnium præsidiorum medicorum universalium & topicorum Disquisitio, quâ quorundam Practicorum in administratione & usu eorundem errores deteguntur, legitimaq; utendi ratio docetur. Basileæ, apud Hier. Gemusæum, 1595, in 8.

ABRAHAMUS SEYLERUS, Wratislaviensis

☽ Consilia & Epistolæ Medicæ. Extant eo in Opere, quod edidit Laurentius Scholzius. Francof. apud Andr. Wechelii Hæredes, 1548, in fol. Hanoviæ, apud Hæredes Johannis Aubrii, 1610, in fol.

ABSYRTUS

Prusensis. Floruit circa A. C. 330. Renatus Moreau de V. S. in Pleur.

De Mulomedicinâ Capita aliquot. Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi sunt Græcè quidem Basileæ, apud Iohan. Valderum, 1537. in 4: Latinè autem ex interpretatione Iohan. Ruellii, *Suessionensis*. Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1530 in 8.

De Re Rustica Fragmenta aliquot. Extant cum Γεωπονικῶν, sive de Re Rustica selectorũ Libris xx. Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis, Iohan. Alex. Brassicani operâ in lucem editis. Basileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete. Ibidem, apud Frobenium, 1538. in 8.

ABUBETER RHAZES

☽ *Mahomethus, Pænus. Vixit annos 120. Anno 30. mederi incepit. Empiricus fuit annos 40: & Rationalis Medicus itidem per annos 40; adeo-*

©BIUM

que 80. annos Praxin Medicam exercuit. Floruit circa A. C. 1070. Secundum Alios 1085. sub Henrico IV. Imperatore. Wolfg. Justus in Chronol. Medic. Secundum Renat. Moreau vixit sub Almansore Rege Cordubensi A. C. 966.

Opera exquisitiora, quibus nihil utilius ad actus practicos extat. Omnia enim penitus, quæ habet aut Hippocrates obscuriora, aut Galenus fusiora, fidelissimè doctissimèque exponit, & in lucem profert, per Gerhardum Toletanum, *Cremonensem*: Andream Vesalium, *Bruxellensem*: Albanum Torinum, *Vitoduranum*, latinitate donata, ac jam primùm quàm castigatissimè ad vetustum codicem summo studio collata, & restaurata, sic, ut à Medicinæ Candidatis intelligi possint. Basileæ, apud Henr. Petri, 1544, in fol.

☽ Opera Medica: quibus methodus ac ratio cognoſcendi & curandi totius humani corporis morbos, ad nativam genuinamque Hippocratis & Galeni mentem verè optimèque inſtituitur. Subjiciuntur Tractatus quatuor utiliſſimi, ſeorſim. Francofurti, apud Nicolaum Baſſæum, 1608, in 4. editi, nempe de Peſte: de Affectibus Renum & Veſicæ: de Pulſibus: & de Urinis: Conſilium pro febre Catarrhali cum totius macie: ventriculi imbecillitate, Meſenterii obſtructione, Mœſtitiâ & vigiliis: Liber Reſponſorum & Conſultationum medicinalium. Accedunt poſtremo loco Diſputationes duæ, una de Scopis mittendi ſanguinem, altera de Purgatione in principio morborum, quam excipit Additamentum Apologeticum ad priorem. Lugduni, apud Petrum Drobet, & Johan. Huguetan, 1634. in fol. Ibidem, 1654. in fol. Ibidem, apud Laurentium Aniſonium, 1671. in fol.

☽ Practica medica, ſeu Prælectiones Academicæ, continentes Methodum ac rationem cognoſcendi & curandi totius humani corporis morbos, ad nativam genuinamque Hippocratis & Galeni mentem verè optimeque inſtitutam in antiquiſſ. & celeberr. Patavino Gymnaſio habitæ; Cum Libro de Morbo Gallico: de Medicamentis Purgantibus: & de Collegiandi ſeu Conſultandi Ratione. Francofurti, apud Nicolaum Baſſæum, 1691. in 4. Hæc Editio primùm, quantum fieri potuit, ſtudio politiſſimè adornata, certisq; Libris ac Capitibus diſtincta, publicoq; Medicinæ ſtudioſorum commodo foràs data eſt à Johanne Baumanno. Tarviſii, apud Societatem Venetam, 1606. in fol. Francofurti, apud Hæredes Nicolai Baſſæi, 1608. in 4. Venetiis, 1613. 1617. & 1622, in fol. Lugduni, apud Laurent. Durand, 1616. 1622. in 4. adjectis Tractatibus quatuor: I. De Peſte. II. De Affectibus Renum & Veſicæ. III. De Pulſibus. IV. De Urinis. Et pro exemplo annexo Conſilio de Febre Catarrhali cum totius macie, meſenterii obſtructione, mœſtitiâ, & vigiliis. Venetiis, 1618. in 4.

☉ Iidem Tractatus quatuor utiliſſimi: I. De Peſte: II. De Affectibus Renum & Veſicæ: III. De Pulſibus: IV. De Urinis, ſeorſim etiam editi ſunt poſt Authoris obitum. Quibus eſt annexum pro Exemplo idem Conſilium de Febre Catarrhali cum totius Macie, Meſenterii obſtructione, Mœſtitiâ & Vigiliis. Francofurti, apud Hæredes Nicolai Baſſæi, 1608. in 4.

Prælectiones de Morbis mulierum, conceptus, & partus. Editæ in gratiam Studioſorum Medicinæ, ut quaſi Prodromum haberent omnium totius corporis humani morborum *Diagnoſes* edendæ. Lipſiæ, apud

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 50 sur 1339

©BIUM

Abrah. Lambergum, 1600. in 8.

☽ Liber Reſponſorum, & Conſultationum medicinalium. In quo methodo accuratiſſimâ cum Praxi Theorica conjungitur per Conſultationes, quæ hactenus haberi potuerunt, unam & viginti, ratioque, cauſas, & morborum naturas in individuo indagandi, traditur, iisdemq; cibis ac medicamentis occurrendi modus, quantum per humanas vires aut liceat, vel per artis induſtriam fieri poſſit, quaſi intento digito demonſtratur. Venetiis, apud Triviſanum Bertolottum, 1613. in fol. Ibidem, 1618. & 1622. in fol.

Diſputationes duæ, quarum prima de Scopis mittendi ſanguinem, cùm generaliter, tum ſpecialiter in febribus: altera, de Purgatione in morborum principio. Vicentiæ, 1598. in 4. Lugduni, apud Laur. Durand, 1622. in 4. cum Additamento Apologetico ad priorem.

De Abuſu medicamentorum Veſicantium, & Theriacæ in febribus peſtilentibus, Diſputatio. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1591. in 4.

De Abuſu medicamentorum Veſicantium, Diſputatio ſecunda apologetica ad Librum Herculis Saxoniæ de Phœnigmis. Vicentiæ, apud Georg. Græcum, 1593. in 4.

De Peſte, Libri duo. Venetiis, apud Altobellum Salicatium, 1579. in 4.

⊙ ALEXANDER MAUROCORDATUS, *Conſtantinopolitanus*

Pnevmaticum Inſtrumentum Circulandi Sanguinis, ſive de Motu & Uſu Pulmonum Diſſertatio Philoſophico-Medica. Bononiæ, 1664. in 12. Francofurti, apud Thom. Matthiam Götzium, 1665. in 12. Lipſiæ, apud Tobiam Oehrlingium, 1682. in 12.

ALEXANDER PANTIUS

Conſilium de Læſione motus digitorum, & Macie brachii ſiniſtri. Extat eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Johan. Sartorium, 1605. in 4. pag. 326.

ALEXANDER PECCANA, *Veronenſis*

De Chondro & Alicâ Libri duo. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1627. in 4.

ALEXANDER RIGHIUS, *Florentinus*

Hiſtoria contagioſi morbi, qui Florentiam populatus fuit anno CIↃ IↃC XXX. Florentiæ, apud Franc. Honupium, 1633. in 4.

ALEXANDER SEITZ

Declamatio in laudem Artis medicæ, cum refutatione caſtitatis votum arrogantium. Baſileæ, 1524. in 4.

Tabulæ duæ curationum morborum Stomachi, & Hepatis. Argentinæ, apud Matthiam Apiarium, 1534. in fol.

⊙ De Thermis Badenſibus ſuperioribus in Ergovia, 1576. in 4.

⊙ ALEXANDER SENENSIS

Conſilia Medica quorundam Patavinorum. Extant cum Georg. Hieronymi

ronymi Velschii Consil. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676. in 4.

ALEXANDER à SUCHTEN

⊙ Tractatus de Vera Medicinâ. Editus curâ Joachimi Morsii. Hamburgi, apud Henricum Carstens, 1621. in 8.

☽ De Secretis Antimonii Liber unus, in Latinum sermonem è Germanico translatus per M. G. Forbergium. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1575. in 8. Londini, 1670. in 8.

⊙ ALEXANDER TORRETUS

De Auro Potabili. Lugduni & Lutetiæ, apud Johannem de Lastro, 1575. in 8.

ALEXANDER TRAJANUS PETRONIUS

Citacastellanus, Philosophus & Medicus insignis. Vixit Venetiis, A. C. circiter 1534. Justus in Chronol. Medic.

De Victu Romanorum, & de Sanitate tuendâ Libri quinque. His accessêre Libelli duo de Alvo sine medicamentis molliendâ. Romæ, apud Populum Romanum, 1581. in fol.

Propositæ, seu Aphorismi medicinales CXLIX. Venetiis, apud Bernhardinum Venetum, 1535. in 8.

De Morbo Gallico Lib. VII. Extant Tomo II. Operis de Morbo Gallico, pag. 1. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1566. in fol.

ALEXANDER TRALLIANUS

☽ *Natus in Græcia, Urbe, dicta, Tralle, Anno Christi 600. vel, secundum alios 413 vel, A. C. 360; sive anno Mundi 4549. A patria nomen sortitus vocatusq. Trallianus est. Galeni erat æmulus, ejusq. dictorum sæpe parum æquus arbiter. Vixit post Oribasium & Aetium. Utriusq. enim mentionem facit. Sed ante Paulum Æginetam. Nam Paul. Ægineta multa ex Tralliano in sua Scripta transtulit. Claruit sub Arcadio & Honorio Imperatoribus.*

Libri Medicinales XII. Ex Bibliotheca Regiâ. Cum Rhazæ de Pestilentia Libello ex Syrorum lingua in Græcam translato: & Jacobi Goupyli in utrumque Castigationibus. Græcè, Lutetiæ, apud Robertum Stephanum, 1548. in fol. Græco-Latinè, interprete & emendatore Johanne Gunthero Andernaco. Basileæ, apud Henr. Petri, 1556. in 8. Adjectæ sunt per Eundem variæ exemplarium lectionis Observationes, cum Jac. Goupyli Castigationibus. Latinè, ex versione barbarâ cum expositione glossæ interlinearis Jacobi de Partibus, & Simonis Januensis in margine positæ. Lugduni, apud Franc. Fradin, 1504. in 4. Papiæ, 1520. in 8. Ex versione Albani Torini, Basileæ, apud Henr. Petri, 1553. 1541. in fol. Ex Johan. Guntheri Andernaci interpretatione. Argentinæ, apud Remig. Guidonem, 1540. in 8. apud Henr. Stephanum, 1567. in fol. cum Medicis Principibus. Lugduni, apud Anton. Vincentium, 1560. in 16. nunc demum Johannis Molinæi doctissimis Annotationibus

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 52 sur 1339

tionibus illuſtrati, multisque in locis ſuo nitori reſtituti. Lugduni, apud Ant. de Harſii, 1575. in 12. & 1576. in 16.

⊙ De ſingularum Corporis Partium, ab Hominis coronide ad imum usque calcaneum, Vitiis, Ægritudinibus, Injuriis, Libri ad unguem facti V. per Albanum Torinum, recens Latinitate donati. Baſileæ, apud Henricum Petrum, 1533. in fol.

Epiſtola de Lumbricis, ex antiquiſſimo codice Vaticanæ Bibliothecæ. Extat Græcè, & Latinè reddita ab Hier. Mercuriali, cum Ejusdem Variarum Lectionum Libris. Venetiis, apud Gratioſum Perchacinum, 1570. in 8. & Ejusdem de Puerorum morbis Tractatu. Francof. apud Hæredes Andr. Wecheli, 1584. in 8.

Excerpta de Balneis. Extant pag. 481, Operis Veneti de Balneis, in fol.

De Febribus Liber. Extat Operis Veneti de Febribus pag. 45. Edit. Venet. in fol.

⊙ Opera Græc. Latin. Baſileæ, 1656. in 8.

ALEXANDER de VICENTINIS

De Calore per motum excitato, atque de Cœli influxu in ſublunaria. Veronæ, apud Bartholomæum Merlum, 1634. in 4. Huic acceſſerunt: Epiſtola, ſitne eorum, quæ ex putri, mucosâque materiâ, & eorum, quæ ex ſemine derivata fluxére, ſpecies eadem: &, de foco putridarum Febrium continuarum Apologia pro Galeno.

ALEXANDRINUS

Commentarius in Librum Galeni de Sectis. Extat Tomo 1. Operum Galeni translationis barbaræ. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1505. in fol. regali.

ALEXIS GAUDINUS

Epiſtolæ, ſeu Diſputationes duæ ad Laur. Joubertum, de Iteranda ſæpius Phlebotomiâ. Extant cum Operibus Jouberti Tomo 11. pag. 136. edit. Francofurt. apud Hæred. Andr. Wecheli, 1599. in fol.

ALEXIUS PEDEMONTANUS

☽ De Secretis Libri ſeptem, à Joh. Jac. Weckero ex Italico in Latinum converſi, & multis bonis Secretis aucti, diligentiusque caſtigati. Acceſſit Ejusdem Weckeri operâ octavus de artificioſis Vinis Liber. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1563. in 8. Ibidem, apud Eundem, 1568. in 8. Ibidem, apud Ludovicum König 1613. in 8.

ALGUAZIR ALBULEIZOR

Vixit circa A. C. 1163. Juſtus in Chronol. Medic.

De Curatione Lapidis. Extat inter ſpurios Galeni Libros, & cum parvis Razis Opuſculis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497. in fol.

⊙ ALHARDUS HERMANNUS CUMMENUS

Obſervatio de Hydrocephalo incipiente curato. Extat Ephemer.

mer. Acad. Natur. Cur. Germ. An. I. N. 46.

Observatio de Hydrocephalo dissecto. Ibid. Ann. Eod. N. 47.

de Apoplexia lethali ex scabie retropulsâ. Ibid. Ann. Eod. N. 58.

de Dolore Mensenterii tremulo in paralysin manuum desinente. Ibid. Ann. Eod. N. 59.

de Paralysi pedum ex longiore in frigida morâ. Ibid. An. Eod. N. 84.

de Epilepsia hypochondriacâ curatâ. Ibid. An. Eod. N. 85.

de Epilepsia ex retentis mensib. Venere & puerperio sanatâ. Ibid. Ann. Eod. N. 86.

de raro circa Visum symptomate. Ibid. Ann. Eod. N. 92.

de Visu duplicato. Ibid. Ann. Eod. N. 93.

de Puris sputo menstruo sine phthisi. Ibid. Ann. Eod. N. 94.

de Vomitu sanguinis menstruo. Ibid. Ann. Eod. N. 95.

de Hæmorrhagia menstruâ per talum in gravida. Ibid. Ann. Eod. N. 96.

de Ossiculo pruni germinante â rustico excreto. Ibid. Ann. III. N. 109.

de Testibus in viro coalitis. Ibid. Ann. Eod. N. 110.

de Macie cum tussi â materia quadam peregrinâ pulmones obsidente. Ibid. Ann. Eod. N. 111.

de Abscessu Ossium. Ibid. Ann. Eod. N. 112.

Observatio de Arteriis spermaticis deficientibus. Ibid. Ann. Eod. N. 113.

de Menstruis Serotinis: Item ante statum Naturæ ordinem fluentibus. Ibid. Ann. Eod. N. 114.

de Fluore Muliebri croceo. Ibid. Ann. Eod. N. 115.

ex Anatome fœminæ dysentericæ. Ibid. Ann. Eod. N. 116.

de Secundinæ frustulo ultra mensem in utero retento excreto. Ibid. Ann. Eod. N. 117.

de Variis in Anatome viri notabilibus. Ibid. Ann. Eod. N. 118.

ex Anatome Phthisicæ. Ibid. Ann. Eod. N. 119.

de Stercoris suilli vi antifebrili. Ibid. Ann. Eod. N. 120.

ex Anatome Hydropicæ. Ibid. Ann. Eod. N. 130.

de noxa â Vapore plumbi. Ibid. Ann. Eod. N. 131.

de Parturiente sine aquis. Ibid. Ann. Eod. N. 132.

de Hepate Bovis nyctalopes curante. Ibid. Ann. Eod. N. 133.

de Palpitatione Cordis ex nimio Cinamomi usu. Ibid. Ann. Eod. N. 134.

de Ossis Coccygis luxatione. Ibid. Ann. Eod. N. 135.

de Singulari ani exulceratione. Ibid. Ann. Eod. N 181.

de Fulmine Tactæ curatione. Ibid. Ann. Eod. N. 182.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 54 sur 1339

©BIUM

Observatio de Diabete brevi curatâ. Ibid. Ann. Eod. N. 183.
de Singulari Hemicraniæ solutione. Ibid. Ann. Eod. N. 184.
de Agrypniis diuturnioribus. Ibid. Ann. Eod. N. 185.
ex Anatome Ascitici. Ibid. An. Eod. N. 186.

⊙ ALITHOPHILUS

Observationes Extemporaneæ ad Erecta à Carolo Drelincurtio Libitinæ, nec non famæ suæ, Trophæa. Amstelodami, apud Petrum Gavium, in 12. sine expresione anni, quo typis exscriptus est.

ALOYSIUS ALBERTUS, *Patavinus*

De Nutritione, Augmento, & Generatione, Disputationes. In quibus Aristoteles defenditur adversus Galenum. Venetiis, apud Variscos, 1627. in 4.

ALOYSIUS ANGUILLARA

De Simplicibus Liber primus, cum Notis Caspari Bauhini. Basileæ, apud Henric. Petri, 1593. in 8.

ALOYSIUS BELLACATUS

☉ *Natus Patavii Anno Christi 1501. Ex continuâ Praxi Medicâ, quam in patriâ per plurimos annos felicissimè fecit, ingentes opes reliquit. Obiit ibidem anno 1575. ætatis suæ 74.*

Consultationes aliquot pro variis affectibus. Extant in Opere Consiliorum Joh. Bapt Montani à Joh. Gratone edito. Basileæ apud Petrum Pernam, 1583. in fol. Aliæ præterea extant cum Victoris Trincavellii Consiliorum Opere. Vid. Victor Trincavell.

⊙ Lectiones Med. Practicæ. Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Exotic. Curat. & Observat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676. in 4.

ALOYSIUS CORNARUS

De Vita Sobriâ. Patavii, apud Gratiosum Perchachinum, 1561. in 8.

ALOYSIUS LOBERA, *Abulanus*

De Morbo Gallico Tractatus, ex Libro Aulicarum quatuor ægritudinum exutus, atque ex Hispano accuratissimè Latinus factus. Extat Tomo 1. Operis de Morbo Gallico, pag. 321. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1566. in fol.

ALOYSIUS LUISINUS, *Utinensis*

De compescendis Animi affectibus, per Moralem Philosophiam, & Medendi artem, in tres Libros divisus. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1562. in 8.

Aphorismi Hippocratis Hexametro carmine conscripti. Venetiis, apud Juntas, 1552. in 8.

Quæstiones de Balneis. Extant Opere de Balneis, pag. 200. facie aversâ, Edit. Venet. in fol.

ALOYSIUS MUNDELLA

Brixianus, Medicus in Italia doctissimus. Floruit Anno Christi 1538. Justus in Chronol. Medic.

Theatrum Galeni, hoc est, universæ

verſæ Medicinæ, à Galeno diffusè ſparſimque traditæ Promptuarium. Quo vel Indicis loco in omnes Galeni Libros, vel Locorum communium inſtar in re medica Lector utetur. Baſileæ, apud Euſeb. Epiſcopium, 1568. in reg. fol. Coloniæ, apud Johan. Gymnicum 1587. in fol.

Dialogi Medicinales decem: in quibus multa & varia tum artis Theoremata: tum hiſtoriæ & experimenta doctiſſimè explicantur. Tiguri, apud Eroſchoverum, 1551. in 4.

☽ Epiſtolæ Medicinales, variarum Quæſtionum, & locorum inſuper Galeni difficilium expoſitionem continentes, omnibus, qui veram artem exercere volunt, apprimè utiles. Ejusdem Annotationes in Antonii Muſæ Braſavolæ ſimplicium medicamentorum Examen. Baſileæ, apud Mich. Iſingrinium, 1538. in 8. Ibidem, apud Eundem, 1543. in 4.

Epiſtola ad Joſephum Valdanium, quâ tractatur Quæſtio, utrum in Lienis affectibus ſecanda ſit vena, quæ eſt ad annularem digitum ſiniſtræ manus. Patavii, apud Petrum Anton. Alciatum, 1567. in 8.

ALOYSIUS TOREUS

De Febris Epidemicæ & novæ, quæ Latinè Punctícularis, vulgò Tavardillo & Pintas dicitur, naturâ, cognitione & medelâ, ad eos, qui introducuntur. Burgis, apud Phil. Tantam, 1574. in 8.

De natura & curatione Febris punctícularis. Valentiæ, 1591. in 8.

ALOYSIUS TRISSINUS

☽ *Natus Vicentiæ, Patre Morando. Anno ætatis ſuæ 20. Philoſophiam Ferrariæ magnâ Auditorum frequentiâ publicè profiteri cœpit. Sed præproperâ morte ſublatus eſt, anno nempe ætatis ſuæ 25. Claruit circa annum 1543 ſecundum Wolfg. Juſtum in Chronolog. Medicor. vel ſecundum alios, 1590.*

Problematum Medicinalium Libri ſex, ex Galeni ſententiâ. Baſileæ, apud Mich. Iſingrinium, 1547. in 8. Ib. apud Jac. Parcum, 1548. in 8. Patavii, apud Franc. Bolzetam, 1629. in 8.

ALOYSIUS VARESIUS

Conſilia medica. Extant eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Johan. Sartorium, 1605. in 4.

ALPHONSUS, *Regis Caſtellæ*

Liber Philoſophiæ occultioris, præcipuè metallorum, profundiſſimus. Extat Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1622. in 8.

ALPHONSUS BAROCCIUS, *Ferrarienſis*

Lectionum de Febribus Liber primus, qui eſt de Febre generatim. Nunc primùm operâ Johannis Libioli, *Ferrarienſis*, exceptus, ac editus. Ferrariæ, apud Victorium Baldinum, 1606. in fol.

In primam Magni Hippocratis Aphoriſmorum Sectionem dilucidiſſimæ Lectiones, eodem prorſus ordine;

©BIUM

ne habitæ, quo PUNCTA à LAUREANDIS in Doctorum conſeſſu paſſim explicari ſolent. Ferrariæ, apud Bened. Mammarellum, 1593, in 4.

ALPHONSUS BERTOCIUS, *Fanenſis*

☽ Methodus Curativa generalis & compendiaria: ex Hipp. Gal. Avic. & Montani Placitis, in Medicinæ ſtudioſorum gratiam deſcripta. Lugduni, apud Gabr. Coterium, 1558, in 16: apud Jac. Fabrum, in 8. Huic edit. adjecta eſt Jac. à Partibus Summula Alphabetica morborum ac remediorum ex Libris Meſuæ excerpta. Ibidem, apud Ant. Candidum, 1588, in 8. Francof. apud Johan. Saurium, 1608, in 8. Acceſſerunt Ideæ doctrinæ Hippocraticæ: I. De generatione Pituitæ: II. De Melancholico humore: III. De Coctione, & præparatione humorum: IV. De Victus ratione, Autore Johan. Bapt. Montano. Et ibidem, apud Johan. Carol. Unckelium, 1621. in 8. cum iisdem Tractatibus. Extat præterea etiam cum Rudolphi Goclenii Tractatu Phyſico-Medico de Sanorum Diætâ, quem Vid. ſuo loco.

ALPHONSUS à CARRANZA, *Hiſpanus*

Tractatus novus & accuratiſſimus de Partu naturali, & legitimo: ubi Controverſiæ Juridicæ, Philologicæ, Philoſophicæ, Medicæ diſcutiuntur, ad Fori uſum & Praxin: de Partus conceptione, & formatione: de Fœtu in utero: de Poſthumis: de Conditione partus, Expoſitione, Suppoſitione, Ventre exſecto: Tempore partus vario (ubi & de Anni computatione prolixe agitur) Abortivo, Monſtroſo, Numeroſo partu, Superfœtatione, Generatione Succubi. Cui propter argumenti ſimilitudinem additæ ſunt Exercitationes Caroli Hannibalis Fabroti Anteceſſoris Aquis-Sextienſis, de Tempore humani partus, & de Numero puerperii. Sumptibus Joh. de Tournes, & Jacobi de la Pierre, 1629, in 4.

⊙ ALPHONSUS CICCARELLUS

De Tuberibus. Et de Clitumno Fluvio. Patavii, 1564, in 8.

ALPHONSUS DACA, *Hiſpanus*

De ratione cognoſcendi cauſas, & ſigna tam in proſpera, quàm adverſa valetudine Urinarum, deque earum necis indiciis, & prænunciationibus, Libri tres. Nonnulla etiam de Febribus, & Diebus decretoriis. Hiſpali, apud Alphonſum de la Barera, 1577. in 4.

ALPHONSUS FERRUS

Neapolitanus, Pauli III. Pontificis Chirurgus primarius. Floruit A. C. 1639. Juſtus in Chronol. Medic.

☽ De Sclopetorum, ſive Archibuſorum vulneribus Lib. tres. Corollarium de ſclopeti, ac ſimilium tormentorum pulvere. De Caruncula, ſive Callo, quæ cervici veſicæ innaſcuntur, Opusculum. Lugduni, apud Matth. Bonhomme, 1559, in 4. Antverpiæ,

verpiæ, apud Arnoldum Coninx, 1583, in 4. cum aliis. Tiguri, apud Geſneros, 1555, in fol. cum Chirurgiæ Scriptoribus. Extat etiam cum Leonhardi Botalli Tractatu de Curandis Vulneribus Sclopetorum, quem vide ſuo loco: Item cum Johannis Franciſci Rotæ Libro de Tormentariorum Vulnerum naturâ ac curatione, quem confer ſuo loco.

De Morbo Gallico: Ligni Sancti naturâ, uſuque multiplici, Libri quatuor. Extant Tomo I. pag. 347 Operis de Morbo Gallico. Venetiis, apud Jord. Zilettum, 1566, in fol.

☽ De Ligni Sancti multiplici medicinâ, & Vini exhibitione, Libri quatuor. Baſileæ, 1538. in 8, Pariſiis, 1542, in 12.

ALPHONSUS GOMEZ, *de la Parra*

Polyanthæa Medicis ſpecioſa, Chirurgis mirifica, Myropolis valdè utilis & neceſſaria, in quinque partes diviſa. Matriti, apud Johan. Soncaletz, 1625, in 4.

ALPHONSUS GOMEZIUS, *Hiſpalenſis*

De Tumorum Præparatione. Hiſpali, 1546, in 12.

ALPHONSUS à JUBERA

Reformatio omnium medicamentorum, quæ in Pharmacopoliis uſui eſſe ſolent. Valleſoleti, apud Did. Ferdinand. 1578, in 8.

⊙ ALPHONSUS KHONN

Pauli Zachiæ de Affectionibus Hypochondriacis Libros tres Italico idiomate primùm ab Authore conſcriptos in Latinum Sermonem transtulit. Auguſtæ Vindelicorum, apud Viduam Johann. Görlini, 1671, in 8.

Obſervatio de Capite fœtûs ſeptem annis in utero retento. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. VI. & VII. N. 222.

de Mola portentosâ. Ibid. Ann. IX. & X. N. 22.

de Partu monſtroſo mirandâ imaginationis vi oborto. Ibid. Ann. eod. N. 23.

de Urinæ incontinentiâ à caſu ab alto. Ibid. Ann. IX. & X. N. 101.

ALPHONSUS LOPUS

Hippocratis Prognoſticon cum brevibus Annotationibus. Matriti, 1596, in 4.

ALPHONSUS LUPEUS, *Cureleanus*

Annotationes in omnia Galeni Opera. Cæſar-auguſtæ, 1562, in fol. Ibidem 1565, in fol. Matriti, 1582, in 4.

Catalogus Auctorum, qui poſt Galeni ævum & Hippocrati & Galeno contradixerunt. Valentiæ, 1589, in 12.

De Morbo poſtulato, Liber. Valentiæ, 1581. in 4. Cæſar-auguſtæ, apud Michaelem à Hueſſa, 1584. in 4.

Enchiridium ſeu Methodus Medicinæ. Cæſar-auguſtæ, 1549, in 12. Valentiæ, 1581, in 16.

Naturæ Querimonia. Cæſar-auguſtæ, 1564, in 8. Ibidem 1565. in 8.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 58 sur 1339

©BIUM

De Natura Venæ. Ibidem, 1573, in 8.

De Febre malignâ, & placitis Galeni. Cæsar-augustæ, 1574, in 8.

De Arte curativa Erasmi Stellæ. Ibidem, 1552, in 12.

ALPHONSUS MORESCOTTUS

Compendium Medicinæ totius; in quo de Complexionum arcanis indiciis, morborum præcipuorum causis, prognosticis, & signis, deque FabricaReceptorum, breviter tractatur. Additis formulis remediorum Petri Gofræi. Francof, apud Christ. Corvinum, 1583, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1588, in 12. Herbornæ, Nassoviorum, 1604, in 12.

ALPHONSUS RODERICUS GVEVARA

De Re Anatomicâ, Liber. Conimbricæ, ex offic. Academiæ, 1592, in 4.

ALPHONSUS de SANTACRUCE

☽ Dignotio, & cura affectuum melancholicorum. Extat cum Antonii Ponce Santacruz Opusculis Medicis & Philosophicis. Matriti, apud Thomam Juntam, 1622. in fol.

ALSAHARAVIUS

☉ *Natus de Tarab in Turcomanniâ. Philosophiæ & Medicinæ studiis imbutus, in Urbe Baghdad, eadem summâ cum laude professus est. Hinc in Harran Mesopotamiæ Urbem se recepit, ubi Aristotelis Librum de Auditu inveniens, quadragies perlegit, & eidem Libro superscripsit: vellem iterum legere. Tandem Damascum profectus, obiit anno ab Hegyra 339.*

☽ Liber Theoricæ, nec non Practicæ, jam summâ diligentiâ & curâ depromptus in lucem per Sigismundum Grimmium. Augustæ Vindel. 1519, in fol.

☉ ALTUS

Mutus Liber, in quo tamen tota Philosophia Hermetica Figuris Hieroglyphicis depingitur. Rupellæ, 1677, in fol.

ALVARUS NONNIUS, *Hispanus*

Annotationes ad Lib. duos Francisci Arcæi de Rectâ curandorum Vulnerum ratione. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1574, in 8.

AMANDUS POLANUS, *à Polansdorff*

Epistolæ binæ medicæ, quarum alterâ quæritur, liceatne Chirurgo salvâ conscientiâ fœtum educere viventem è matre, ut hanc servet. Extant cum Guil. Fabr. Hildani Cent. 1. Epistol. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4. pag. 265. 270.

AMATUS LUSITANUS

☽ *Claruit Anno Christi 1550. Primùm Ferrariæ Medicinam professus est. Hinc à Rhacusino Senatu magnis conditionibus evocatus. Rex Poloniæ ingenti præmio eum invitavit, sed ire recusavit. In suis Curationibus Medicis plura conficta, quàm scripsisse à Cratone putatur. Hic Amatus Lusitanus & Johannes Rodericus Castelli Albi unus idemq; Author esse dicitur.*

☽ Cura-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 59 sur 1339

☽ Curationum Medicinalium Centuriæ ſeptem, variâ multiplicique rerum cognitione refertæ. Quibus præmiſſa eſt Commentatio de Introitu Medici ad Ægrotantem: De Criſi, & Diebus Decretoriis. Barcinonæ, 1628, in fol. Burdigalæ, apud Gilbertum Vernoy, 1620, in 4. Venetiis, apud Conſtantinum, 1557, in 8. & apud Vincentium Valgriſium, 1566, in 8. Lugduni, apud Gulielmum Rovillium, 1560, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1580, in 12. Francofurti, 1646, in fol. Ex his ſeorſim edita eſt

☽ Centuria prima. Cui eadem Commentatio de Introitu ad Ægrotantem, & Criſeωn Tractatio præmiſſa eſt. Florentiæ, apud Torrentinum, 1551, in 8. Venetiis, 1654. in 12. &

☽ Centuria ſecunda. Quæ methodum & canonem propinandi decoctum radicis Chinarum locupletiùs deſcribebat. Venetiis, apud Valgriſium, 1552, in 12.

⊙ Seorſim etiam edita ſunt Curationum Medicinalium Centuriæ II. priores ſimul conjunctæ; ubi primæ præmittitur Commentatio de Introitu Medici ad Ægrotantem: de Criſi & Diebus Decretoriis; in ſecunda verò inter alia Methodus & Canon propinandi Decoctum Radicis Chinarum, Julio III. Pontif. Maximo compoſitus, uberiùs deſcribitur, quàm in prima habetur Centuria. Lugduni, apud Gulielmum Rovillium, 1580, in 12.

⊙ Seorſim itidem editæ ſunt Curationum Medicinalium Centuriæ duæ, Tertia & Quarta. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem.

⊙ Seorſim rurſus aliæ duæ Centuriæ editæ ſunt, Quinta nempe & Sexta; in quarum ultimâ Curatione continetur Colloquium eruditiſſimum; in quo doctiſſimè diſputatur & agitur de Curandis Capitis Vulneribus. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem.

⊙ Tandem etiam ſeorſim edita eſt Curationum Medicinalium Centuria ſeptima, Theſſaloniæ Curationes habitas continens, variâ multipliciq; doctrinâ referta. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem.

De Morbo Gallico, & Gallicâ Scabie, Epiſtolæ duæ, ex Centuria prima Medicinalium Curationum excerptæ. Nec non de Methodo propinandi Chinæ ex Centuria ſecunda excerpta. Extant Tom. 1. pag. 560, Operis de Morbo Gallico. Venetiis, apud Jord. Zilettum, 1566, in fol.

☽ In Dioſcoridis Anazarbæi de Medica materia Libros quinque Enarrationes eruditiſſimæ. Quibus etiam tum Simplicium medicamentorum Nomenclaturæ Græcæ, Latinæ, Italicæ, Hiſpanicæ, Germanicæ, & Gallicæ proponuntur: tum errores aliorum omnium, qui ad hanc usque diem de hac materia ſcripſerunt, improbantur. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1577, in 4: apud Valgriſium, 1553, in 8. Argentinæ, apud Rihelium, 1554. 1565, in 4. Lugduni, apud viduam Balthas. Arnoleti, 1558, in 8: apud Matth. Bonhomme, 1558,

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 60 sur 1339

©BIUM

in 8. Cui editioni accesſere inſuper Roberti Conſtantini Annotationes, & ſimplicium picturæ ex Fuchſio, & Dalechampio mutuatæ.

☽ Exegemata in priores duos Dioſcoridis de Medica materiâ Libros, nomine Johan. Roderici Caſtelli Albi, quo nomine primùm ipſe Amatus Luſitanus ſe nominavit, editi fuerunt. Antverpiæ, apud Viduam Martini Cæſaris, 1536, in 4.

AMBROSIUS FLORIDUS, *Patavinus*

Tractatus de annis climactericis ac diebus criticis, dialogiſtico contextus ſermone. In quo mira doctrina ex fontibus Aſtrologorum excerpta & Philoſophorum panditur, quo pacto totius vitæ humanæ curſus per ſeptenarium annorum numerum regulatus, ſecundum varias planetarum conjunctiones, in diverſis temporibus agitetur & torqueatur. Patavii, apud Matthæum de Meniis, 1612, in 4.

AMBROSIUS LEO

☉ *Natus Nolæ, celebri Campaniæ urbe. Vir Latinè Græcèq; doctiſſimus, nec non Medicus & Philoſophus inſignis. Claruit Anno Chriſti 1517.*

Opus Quæſtionum: tum aliis pleriſque in rebus, cùm verò maximè in Philoſophia, & Medicina. Venetiis, 1523, in 4.

Interpretio Græca Lib. VII. de Urinis Actuarii Johannis. Venetiis, apud Laur. Vitalem, 1519. in 4. Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529. in 8.

☉ Caſtigationes adverſus Averroëm: Cum Ejusdem Archetypo. Venetiis, 1532, in fol.

AMBROSIUS NONNIUS, *Luſitanus*

Commentaria in tres Libros Aphoriſmorum Hippocratis. Conimbricæ, ex offic. Academiæ, 1600, in fol.

AMBROSIUS PARÆUS

Opera, à Jac Guillemeau elimata, novis Iconibus elegantiſſimis illuſtrata, & latinitate donata. Pariſiis, apud Jacob. Dupuys, 1582, in fol. Francof. apud Jac. Fiſcherum, 1612, in fol. apud Feirabendium, cum novis Iconibus, 1593, in fol.

Sunt autem his Operibus contenta,

Introductio, ſeu via ad Chirurgiam compendiaria:

Lib. I. De Animantibus, & Hominis præſtantiâ:

II. De Humani corporis Anatome:

III. De partibus Vitalibus in Thorace contentis:

IV. De Partibus Animalibus in Capite poſitis:

V. De Muſculis, & Oſſibus, aliisque corporis extremis partibus:

VI. De Tumoribus contra naturam in genere:

VII. De Tumoribus contra naturam particularibus:

VIII. De Vulneribus in genere:

IX. De recentibus, & cruentis ſingularum partium vulneribus:

X. De Vulneribus Sclopo, aliisque igniariis machinis, & telorum omni genere illiſis:

XI. De

XI. De Contaſionibus, & Gangræ-
nis:
XII. De Ulceribus, Fiſtulis, & Hæ-
morrhoidibus:
XIII. De Faſciis:
XIV. De Fracturis:
XV. De Luxationibus:
XVI. De plerisque partium præter
naturam affectionibus,
quarum curatio manu fe-
rè perficitur:
XVII. De Arthritide:
XVIII. De Lue venerea, & his, quæ
per eam contingunt, ſym-
ptomatis:
XIX. De Infantium Variolis, ſeu
Morbillis, Ecchymatibus
nempe & Exanthemati-
bus: Itemque de Vermi-
bus, & Elephantiaſi:
XX. De Venenis, deque rabioſo-
rum canum, & Venenato-
rum animantium morſu ac
puncturis:
XXI. De Peſte:
XXII. De Eorum, quæ ſeu Natu-
râ, ſeu ex Eventu deſunt,
reparandorum artibus:
XXIII. De Hominis generatione:
XXIV. De Monſtris, & Prodigiis:
XXV. De ſimplicium medicamen-
torum facultatibus, unâq;
de eorum compoſitione,
& uſu:
XXVI. De Deſtillationibus:
Tractatus de Renunciationibus: &
Cadaverum Embammatis:

AMBROSIUS RHODIUS

⊙ *Natus Kembergæ, municipio in Saxonia, Wittenbergæ vicino, Anno Chriſti 1577, Patre itidem Ambroſio, illius Civitatis Conſule: Tych. Brahei & Johann. Kepleri in ſtudiis Mathematicis diſcipulus. Circa annum 1609 Mathemata Wittebergæ publicè docere juſſus eſt: creatus etiam in eadem Univerſitate Medicinæ Doctor proximè ſequente anno, nempe 1610. Obiit ibidem apoplexiâ forti Anno Chriſti 1633, ætatis ſuæ 56.*

Diſputationes ſupra Ideam medicinæ Philoſophicæ Petri Severini, *Dani:* Quibus loca illius Libri obſcura & difficilia illuſtrantur, Adverſarii refutantur, & multi Diſcurſus ex intimis Naturæ adytis deprompti moventur. Haffniæ, apud Salom. Sartorium, 1643, in 4.

ANASTASIUS

☽ De ratione victus ſalutaris poſt inciſam venam, & emiſſum ſanguinem, ad Armatum Epigramma. Extat cum Schola Salernitana Johannis de Mediolano, ubi vide ſuo titulo.

ANATOLIUS

De Re ruſtica Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, ſeu de Re ruſtica ſelectorum Lib. XX, Græcis. Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis, & Johan. Alex. Braſſicani operâ in lucem editis. Baſileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8; Latinis autem, Jano Cornario interprete. Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

De Mulomedicina Capita aliquot. Extant in iisdem de Re ruſtica Li-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 62 sur 1339

©BIUM

bris, Lib. XVI. & ſeqq. & inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi ſunt Græcè quidem Baſileæ, apud Johan. Valderum, 1537, in 4. Latinè autem ex interpretatione Johan. Ruellii. Baſileæ, apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

⊙ ANCHISES ab ANDLA

Epiſtola de Natura & Viribus Menthæ. Extat cum DD. Virorum Epiſtolis & Reſponſis tum Medicis, tum Philoſophicis. Roterodami, apud Rudolphum à Nuyſel, 1665, in 8.

ANDREAS ALCASAR, *Guadalaxarenſis*

(Rod. à Caſtro Med. polit. p. 68. dicitur *Andreas Valoacer.*)

Chirurgiæ Libri ſex. In quibus multa Antiquorum, & Recentiorum ſubobſcura loca hactenus non declarata interpretantur. Salmanticæ, apud Dominicum à Portonariis, 1575, in fol.

De Vulneribus Capitis Liber. Salmanticæ, 1582, in fol.

ANDREAS ALPAGO, *Bellunenſis*

Armegandi Blaſii Verſionem Canticorum Avicennæ caſtigavit. Venetiis, apud Juntas, 1555, in fol.

Joh. Serapionis Practicam, dictam Breviarium, interpretatus eſt.

⊙ Avicennæ Tractatum de Syrupo Acetoſo ex Arabico in Latinum Sermonem tranſtulit. Venetiis, apud Juntas, 1544, & 1555, in fol. Baſileæ, apud Johannem Hervagium, 1556. in fol.

⊙ Embitaris Tractatum de Limonibus Latinitate donavit. Pariſiis, apud Bindanum, 1602, in 4.

ANDREAS ANTONIUS, *de Caſtro*

De Febrium curatione Libri tres. Villavizoſæ Luſitaniæ, 1636, in fol.

De Simplicium medicamentorum Facultatibus. Ibidem.

ANDREAS ARGOLUS, *à Tagliacozzo D. Marci*

☽ De Diebus Criticis, & de Ægrorum decubitu, Libri duo. Patavii, apud Paul. Frambottum, 1639, in 4. Ibidem, 1652, in 4.

ANDREAS AURIFABER, *Vratislavienſis*

Succini Hiſtoria. Regiomonti, 1557, in 8.

Annotationes in Phœmonis Philoſophi Libellum de Cura Canum. Wittenbergæ, apud Johannem Lufft, 1545, in 8.

ANDREAS BACCIUS, *Elpidianus*

De Thermis Libri ſeptem. Opus locupletiſſimum, non ſolùm Medicis neceſſarium; verùm etiam ſtudioſis variarum rerum naturæ perutile. In quo agitur de univerſa aquarum naturâ, deque earum differentiis omnibus, ac miſtionibus cum terris, cum ignibus, cum metallis: De terreſtris Ignis naturâ, nova Tractatio: De fontibus, fluminibus, lacubus, de balneis totius orbis, & de Methodo medendi per balnea: deque lavationum ſimul atque exercitationum

citationum institutis in admirandis Romanorum thermis. Venetiis, apud Vincentium Valgrisium, 1571, & 1588, in fol. In hac recentiori omissæ sunt figuræ. Romæ, apud Jacobum Mascardum, 1622, in fol.

De Balneis oppidi Bergomatis Transcheri. seorsim cum consimilis argumenti Libris. Bergomi, 1583, in 4.

De naturali Vinorum historia: de vinis Italiæ: & de conviviis Antiquorum, Libri VII. Accessit de Factitiis, ac Cerevisiis, deque Rheni, Galliæ, Hispaniæ, & de totius Europæ Vinis, & de omni Vinorum usu, compendiaria Tractatio Romæ, apud Nicolaum Mutium, 1596, in fol. Francof. apud Nicol. Steinium, 1607, in fol. Romæ, apud Eundem, 1598.

De Gemmis ac Lapidibus pretiosis, eorumque viribus, & usu, Tractatus, Italicâ linguâ conscriptus: nunc verò non solùm in Latinum sermonem conversus; verùm etiam utilissimis annotationibus & observationibus auctior redditus à Wolfgango Gabelchovero. Cui accessit Disputatio, de generatione auri in locis subterraneis, illiusque temperamento. Francofurti, apud Matthiam Beckerum, 1603. in 8. Ibid. apud Johan. Davidem Zunnerum, 1643, in 8.

☽ De Monocerote, seu Unicornu, ejusq; admirandis viribus & usu Tractatus Italicâ linguâ conscriptus, & primùm ab Andrea Marino in Latinam Linguam conversus, editusq; Venetiis 1566, in 4; postea verò etiam à Wolffgango Gabelchovero Latinè redditus. Stutgardiæ, apud Marcum Fürsterum, 1598, in 8.

☽ De Magna Bestia, ab Antiquis Alce, Germanis Elend, vocato, ejusq; Ungulæ, pro Epilepsia & consimilibus morbis abigendis, viribus & usu, Libellus, itidem Italicè primùm conscriptus & ab eodem Wolffgango Gabelchovero in Latinam Linguam conversus. Extat cum Ejusdem Authoris Tractatu de Monocerote. Stutgardiæ, apud Eundem, anno, & formâ iisdem.

De Venenis, & Antidotis περιγράμματα, seu communia præcepta ad humanam vitam tuendam saluberrima. In quibus definitiva Methodus Venenorum proponitur per genera, ac differentias suas, partes, & passiones; præservandi modum, & communia ad eorum Curationem Antidota complectens: De Canis rabiosi morsu, & ejus curatione. Romæ, apud Vincent. Accoltum, 1586, in 4.

Tabula Simplicium medicamentorum. Romæ, apud Josephum de Angelis, 1577, in 4.

Epistola ad Marcum Oddum de dignitate Theriacæ: Et altera ad Antonium Portum: Quænam ratio sit Viperinæ carnis in Theriaca. Utraque extat cum Opere Marci Oddi de Componendis medicamentis, & aliorum dijudicandis. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1583, in 4.

⊙ ANDREAS BASTELLUS Speculum Medici. Madriti, 1599, in 4.

AN.

©BIUM

ANDREAS BELLUNENSIS

Armegandi Blasii Versionem Averrois Colliget Lib. VII: Canticorum Avicennæ, & Tractatus de Theriaca castigavit. Extat X. Volum. Operum Averrois. Venetiis, apud Juntas, 1552, in fol.

ANDREAS BERTHOLDUS, *Oschacensis*

Terræ sigillatæ, nuper in Germania repertæ, vires atque virtutes admirandæ, ejusque administrandæ, ac usurpandæ ratio. Misniæ, apud Christoph. Rab, 1583, in 4.

ANDREAS de BLAVEN

Epistola ad Petr. Andr. Matthiolum, de multiplici auri potabilis parandi ratione. Extat Lib. IV. Epistolarum Matthioli, pag. 514. in 8.

ANDREAS BRENTZIUS, *Patavinus*

Commentarii in Hippocrat. de Insomniis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol.

Ejusdem Hippocr. De Natura Hominis Expositio Latina.

☽ Farrago Philosophorum: hoc est, Varii modi, Processus, & Sententiæ Philosophorum, perveniendi ad Lapidem Philosophicum seu Benedictum. In usum & gratiam Artis Chymicæ studiosorum foras data. Continentur autem hoc Libro Processus Alberti Magni: Raymundi Lullii: Gebri Arabis: & Paracelsi. Sine loco impressionis, 1606, in 8. Extat etiam cum Volumine Quarto Theatri Chymici sub hoc titulo: Variarum Philosophorum Sententiarum perveniendi ad Lapidem benedictum Collectanea. Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

ANDREAS CÆSALPINUS

☉ *Natus est Areti in Ital. In Academia Pisana diu Medicinam professus: Fuit Archiater Pontificis Rom. Clementis VIII. & Peripateticus præstantissimus. Obiit Romæ 1603.*

☽ Κάτοπτρον, sive speculum artis medicæ Hippocraticum: spectandos, dignoscendos, curandosque exhibens universos, tum universales, tum particulares totius corporis humani morbos; in quo multa visuntur, quæ à præclarissimis quibusque Medicis intacta prorsus relicta erant arcana. Francof. apud Lazarum Zetznerum, 1605, in 8. Venetiis, apud Societatem Venetam, 1606, in 4. Tarvisii, apud Robert. Mejett Venetiis, apud Societat. 1606, in 8. Tarvisii, 1666, in 8. Argentorati, apud Georg. Andr. Dolhopfium & Joh. Eberhard. Zetznerum, 1670, in 8.

De Plantis, Lib. XVI. Florentiæ, apud Georg. Marescottum, 1583, in 4.

Appendix ad Libros de Plantis. Romæ, 1603, in 4.

De Metallicis, Lib. tres. Noribergæ, apud Conr. Agricolam, 1602, in 4.

Quæstionum medicarum Lib. duo. De Medicamentorum facultatibus Lib. duo. Extant cum Quæstionibus Peri-

Peripateticis, & Peripateticâ Dæmonum Inveſtigatione. Venetiis, apud Juntas, 1593, in 4.

ANDREAS CAMUTIUS

Excuſio brevis præcipui morbi, nempe Cordis palpitationis Maximiliani II. Cæſaris invictiſſimi, ſimul ac aliorum aliquot virorum illuſtrium præter naturam affectuum. Florentiæ, apud Georg. Mareſcotum, 1578, in 8.

⊙ ANDREAS CASSIUS

De Triumviratu Inteſtinali cum ſuis Efferveſcentiis. Groningæ, 1668, in 4.

⊙ ANDREAS à CELLA NOVA

Conſilium de Aquis Aquenſibus. Extat cum Bernhardini Paterni, Julii Delphinici; Medicorum Ticinenſium Conſiliis, in Opere Veneto de Balneis. Venetiis, apud Juntas, 1553, in fol.

ANDREAS CHIOCCUS, *Veronenſis*

Quæſtionum Philoſophicarum, & Medicarum, Lib. tres. Veronæ, apud Hieron. Diſcipulum, 1593, in 4. Venetiis, apud Societat. Venetam, 1604, in 4.

Pſoricon, ſeu de Scabie, Libri duo; in quibus de contagii natura, ſiderum vi, & Thermis Chalderianis agitur, carmine ab Auctore conſcripti. Veronæ, apud Hier. Diſcipulum, 1593, in 4.

Commentarius Quæſtionum quarundam de febre mali moris, & de morbis epidemicis. Item, Diſputatio de ſectione venæ in obſtructione ab humorum qualitate. Venetiis, apud Societatem, 1604, in 4.

De Collegii Veronenſis Illuſtribus Medicis, & Philoſophis, qui vel ſcribendo, vel publicè profitendo Collegium, Patriam, & bonas literas illuſtrarunt, ex quorum moribus, & inſtitutis, præceptisve perfecta optimi Medici Idea colligi poteſt. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1623, in 4.

☽ Muſæum Franciſci Calceolarii, Jun, *Veronenſis*, à Benedicto Ceruto inceptum, luculenter deſcripſit & perfecit. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1622, in fol.

ANDREAS CHRISTIANUS

⊙ *Natus Ripis Cimbrorum Anno Chriſti 1551, Patre Chriſtiano Severino Chriſtiano. Witteberga Philoſophiæ Magiſter, & Baſileæ Medicinæ Doctor creatus: exactoq; decennio, Haffniæ Medicinæ Profeſſor conſtitutus eſt; quâ in ſtatione 17 annos verſatus, ad Præfecturam Sorenſem Reg. Maj. juſſu proceſſit. Soræ vixit magno Scholæ commodo per annos 5. ubi dolore lateris obiit Anno Chriſti 1606, ætatis ſuæ 55.*

Enchiridion medicum de cognoſcendis, curandisque externis, & internis humani corporis morbis, ex Vict. Trincavellii Prælectionibus de compoſitione medicamentorum, atque morbis particularibus, confectum. Baſileæ, apud Oporinum, 1583, in 8. Ib. apud Ludov. Köning,

©BIUM

1607, in 8. Cui acceſſit Tractatus de Febribus, decerptus ex ejusdem Victoris Trincavellii Prælectionibus ac Commentariis ſuper Galenum de Differentiis febrium, & Librum primum Curativæ ad Glauconem, operâ Joh. Friderici Werdenbergii.

⊙ ANDREAS CLEYER,
Haſſo-Caſſelanus

Specimen Medicinæ Sinicæ, ſive Opuſcula Medica, ad mentem Sinenſium, continens I. de Pulſibus Libros quatuor, è Sinico translatos: II. Tractatus de Pulſibus ab Erudito Europæo collectos: III. Fragmentum Operis Medici, ibidem ab Erudito Europæo conſcripti. IV. Excerpta ex Literis Eruditi Europæi in China: V. Schemata ad meliorem præcedentium intelligentiam: VI. De Indiciis Morborum ex Linguæ coloribus & Affectionibus: Cum Figuris æneis & ligneis. Francofurti, apud Johannem Petrum Zubrodtum, 1682, in 4.

Obſervatio de Ovo gallinaceo, cum Serpentis imagine in teſta. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Decur. II. Ann. II. N. 16.

de Ovo gallinaceo prægnante, & Epate gallinarum inſigni. Ibid. Ann. Eod. N. 17.

de Corporibus Sphæricis permultis in ventriculo humano inventis. Ibid. Ann. Eod. N. 18. & in Annotationibus ad eam.

de Obſervatione Cometæ, qui effulſit A. C. 1681. Bataviæ Ind. Orient. Menſ. Januario. Ibid. Ann. Eod. in Annotat. ad Obſerv. 36.

de Elephantia Javæ novâ. Ibid. Decur. II. Ann. II. N. 5.

de Serpente magno Indiæ Orientalis, Urobubalum deglutiente. Ibid. Ann. Eod. N. 7.

de Nube Pyramidali in Oceano attractivâ. Ibid. Ann. Eod. N. 8. unà cum Scholiis ad eam.

de Herba Thee Aſiaticorum. Extat Act. Hafnienſ. Volum. IV. Num. 1.

ANDREAS CNOEFFELIUS,
Budiſſinâ-Luſatus

Epiſtola, de Podagra curatâ. Amſtelodami, apud Johannem Blaeu, 1643, in 12 Görlicii, apud Conradum Wörnerum, 1644, in 12.

⊙ Methodus Medendi Febribus Epidemicis & Peſtilentialibus. Argent. 1655, in 12.

⊙ Reſponſum ad Poſitiones de Spiritu Mundi, quod in ſe continet Reſerationem Tumbæ Semiramidis. Extat cum Miſcellan. Curioſ. ſive Ephemerid. Medico-Phyſicar. Germ. Anno Quarto & Quinto, in Appendice. Lipſiæ, apud Johann. Fritzſchium, 1676, in 4.

Obſervatio de Febri brachii dextri particulari quotidianâ. Extat Ephem. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. III. N. 205.

de Lapide veſicæ felleæ mirabili & raro. Ibid. Ann. Eod. N. 206.

Obſer-

Obſervatio de Lapide mirabili, Chamæleonte ſeu Polypo minerali. Ibid. Ann. Eod. N. 207.
de Urinæ per umbilicum effluxu. Ibid. Ann. Eod. N. 208.
de Iliaci morte â Clyſtere. Ibid. Ann. Eod. N. 209.
de rara ardoris ſtomachi metamorphoſi, & ejusdem diversâ curatione. Ibid. Ann. Eod. N. 210.
de febris tertianæ admirandâ, aquâ frigidâ, curatione. Ibid. Ann. Eod. N. 211.
de Naſsa vel corbi piſcatoriâ naturali. Ibid. Ann. Eod. N. 245.
de Icteritia curatâ. Ibid. Ann. IV. & V. N. 49.
de Grillo in aure. Ibid. Ann. IV. & V. N. 50.
de Remedio Sympathetico antiſcorbutico. Ibid. Ann. Eod. N. 51.
de Gallo Indico hydropico. Ibid. Ann. Eod. N. 52.
de Urina piloſa ſ. filoſâ. Ibid. Ann. Eod. N. 53.
de Malo Citrio prægnante triplicato. Ibid. Ann. Eod. N. 54.
de Roſa triplicata. Ibid. Ann. Eod. N. 55.
de Dorſi ineffabili pruritu, & obſtructione menſtrui. Ibid. Ann. Eod. N. 56.
de Utero cartilagineo. Ibid. An. Eod. N. 57
de Febri petechiali comitata hydrope, ictero flavo, & tandem nigro, curatâ. Ibid. Ann. Eod. N. 58.

Obſervatio de Aquila alba in Polonia. Ibid. Ann. Eod. N. 59.
de Gangrænæ in genis infantum curatione. Ibid. Ann. Eod. N. 60.
de Infante monſtroſo, cutem porcelli aſſati ſimilem & duram ex parte gerente. Ibid. Ann. Eod. N. 61.
de Læſo in brachio â duplici viperæ morſu, curato. Ibid. Ann. Eod. N. 62.
de Pleuritide vagante. Ibid. Ann. Eod. N. 63.
de ſingulari ſuppreſsione urinæ. Ibid. Ann. Eod. N. 64.
de Lapide Uteri in puella quinquenni. Ibid. Ann. Eod. N. 65.
de Mercurio fixo Helmontii. Ibid. Ann. Eod. N. 91.
de Drif Helmontii. Ibid. Ann Eod. N. 92.
de Alkaheſt Helmontii & Paracelſi. Ibid. Ann. Eod. N. 108.
de Aroph Paracelſi. Ibid. Ann. Eod. N. 109.
de Seminis Dauci uſu in Lithiaſi. Ibid. Ann. Eod. N. 110.
de Oleo Ludi Helmontii & Paracelſi. Ibid. Ann. Eod. N. 111.
de Spiritu Samech. Ibid. Ann. Eod. N. 112.
de Balſamo Samech. Ibid. Ann. Eod. N. 113.
de miſerando & inexplicabili aurium dolore. Ibid. Ann. VI. & VII. N. 82.
de Arthritide vaga, mirabili & exitioſâ. Ibid. An. Eod N. 83.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 68 sur 1339

©BIUM

Observatio de Affectu Scorbutico, arthritidem fixam mentiente, in vagam desinente. Ibid. Ann. Eod. N. 84.

de Aeris inspirati per aurem sinistram emissione. Ibid. An. Eod. N. 85.

de Singulari & rara febris continuæ curatione. Ibid. Ann. Eod. N. 86.

ANDREAS CORVUS

Chiromantia. Extat cum Barth. Coclitis Physiognomiæ Compendio. Argentorati, 1533, in 8.

ANDREAS COMMINTIUS

De Acidulis Schwalbacensibus, Epistola. Extat cum Responsis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit. Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4. pag. 76.

ANDREAS DUDITHIUS, *ab Horecovizza*

Epistolæ variæ & insignes Medicæ. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

ANDREAS ELLINGERUS

☉ *Natus Orlamundæ in Thuringia: Witteberga Philosophiæ Magister anno 1549: & Medicinæ Doctor Lipsiæ anno 1557 creatus est, impetrato jam antè, nempe anno 1554 inter Professores Publ. loco. Hinc Jenam anno 1569 vocatus, Medicinam è publica cathedra docuit, ibiq; obiit Anno Christi 1582.*

Hippocratis Aphorismorum, id est, Selectarum maximèque rararum Sententiarum Paraphrasis Poëtica. Francof. apud Andr. Wechelum, 1579, in 8. Accedunt Cornelii Celsi aliquot Aphorismorum Hippocratis Conversio Latina: Morborum, & Symptomatum in Aphorismis Index: Oratio in Aphorismos Hippocratis.

Hippocratis Prognosticorum Paraphrasis Poëtica. Cum Corn. Celsi aliquot Hipp. Prognosticor. versione Latinâ. Ibidem, apud Eundem, anno, formaque iisdem.

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wittichius collegit & edidit. Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1604, in 4.

ANDREAS GABRIELLUS, *Senogalliensis*

De Peste Opus perutile, ac præsidio locupletissimorum Auctorum roboratum. Bononiæ, apud Peregrinum Bonardum, 1577, in 4.

ANDREAS GALLUS, *Tridentinus*

Fascis de Peste, & Peripneumonia pestilentiali, cum sputo sanguinis, febre pestilentiali, ac de quibusdam symptomatis, in quinque fasciculos digestus. Brixiæ, apud Johan. Bapt. Bozalam, 1565, in fol.

☽ Fascis Aureus de Peste ac Febre Pestilentiali, quâ ejus venenum atrocissimum, per præcautionem ac curationem partim eradicatur, partim demitur; tum varia earum symptomata resecantur. Francof. apud Johan. Saurium, 1606, in 8.

Homo

Homo afflictus & jacens; in quem Astra, elementa, meteora, impressionesque meteorologicæ, quales sunt: Aër corruptus, Aquæ subterraneæ, &c. quin etiam ipsiusmet proprii corporis humores vitiati, conspirant, mugiunt, sæviunt, funestamque important Pestem; divino prævio auxilio, atque gratiâ, sublevatur, venenumque Pestis atrocissimum præcavetur, curatur, eradicatur, variaque ejus symptomata resecantur. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1608, in 8.

Consilia Medica. Extant eo in Opere Consiliorum, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

ANDREAS GRATIOLUS, *Salodianus*

Avicennæ Liber primus, de Universalibus medicæ scientiæ præceptis, interpretatione, & Scholiis, Hippocratis ac Galeni præcipua loca commonstrantibus, illustratus. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1580. in 4.

ANDREAS GRUTINIUS

Solus Philosophus, sive novæ medicinæ, & chymicæ compendiosa Refutatio, Lib. II. comprehensa. Patavii, apud Petr. Marinellum, 1591, in 4.

⊙ ANDREAS GRYPHIUS

Mumiæ Wratislavienses. Wratislaviæ, apud Vitum Jacobum Trescher. 1662, in 12.

⊙ ANDREAS ab HABERNFELD

Tractatus de Peste, ex quintuplici ente, continens ex fundamentis Hermeticæ Sapientiæ veram Pestis Anatomiam. Hagæ-Comitis, 1635, in 8.

ANDREAS HILDEBRAND

De Generatione calculi: de Cornu cervino: de Hæmorrhagia: de Gutta gamandra, Epistolæ. Extant cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. Lib. IV. priorib. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4. pag. 421.

Evangelistæ Quatrammi, De Præservatione & Curatione Pestis, Libr. ex Italico Latinum fecit.

ANDREAS KRAGIUS

⊙ *Natus Ripis Cimbrorum Anno Christi 1558, Patre Petro Kragio, Cive honesto: primum Pædagogum in Schola Hafniæ triviali egit, deinde demum Witteberge Philosophiæ Magister, & postea Medicinæ Doctor in Academia Mospesulana anno 1585 creatus, tandemq; iterum in Academia Hafniensi 1589 Matheseos, & 1590 Physices etiam Professor constitutus est: Chymiæ præterea cultor industrius. Obiit gravi Catarrho 1600, ætatis suæ 47.*

Laurea Apollinea Monspeliensis: contexta & conserta Quæstionibus difficilimis XIII: Problematibus paradoxis variis LXVI: Consultatione & curatione morborum II: Orationibus IX: & Prælectionibus II. Basileæ, apud Sebast. Henric. Petrum, 1587. in 4.

Epistolæ Medicæ. Extant cum Cista Medica Johan. Hornungi, edi-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 70 sur 1339

©BIUM

tâ Norimbergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

ANDREAS LACUNA

☽ *Natus Segobiæ in Hiſpania, Patre Jacobo Ferdinando à Lacunâ, itidem Medico: Eques auratus ſive Miles S. Petri: creatus Medicinæ Doctor Toleti Carpetanorum, mox in Imperatoris Caroli V. caſtris Medicinam factitavit: deinde Metenſis Reipubl. Medicus conſtitutus eſt, & aliquot Pontificum, nominatim Julii III. valetudini præfuit. Claruit circa A. C. 1552.*

☽ Epitome Galeni Pergameni Operum, in quatuor partes digeſta, pulcherrimâ methodo univerſam illius viri doctrinam complectens. Adjectis Galeni vitâ, & de Ponderibus ac menſuris Libello. Baſileæ, apud Iſingrinum, 1551, in fol. Ibidem, apud Thomam Gvarinum, 1571, in fol. Huic Editioni præter dicta acceſſerunt Ejusdem Lacunæ Annotationes in Galeni Interpretes; quibus varii loci, in quos hactenus impegerunt Lectores, & explicantur, & ſummâ fide reſtituuntur. Argentorati, apud Zetznerum, 1609, in fol. Lugduni, apud Guilielmum Rovillium, 1553, in 16. IV. Voll.

Epitome omnium rerum & ſententiarum, quæ annotatu dignæ in Commentariis Galeni in Hippocratem extant, in Elenchum minime pœnitendum digeſta. Cui acceſsére nonnulla Galeni Enantiomata ſummo ſtudio collecta. Lugduni, apud Guiliel. Rovillium, 1554, in 8.

Galeni de Antidotis Epitome. Extat cum Ægidii Everharti, de Herba Panacea, Commentariolo. Antverpiæ, apud Johan. Bellerum, 1587, in 16.

Anatomica methodus, ſeu de ſectione humani corporis Contemplatio, in compendium, atque adeo Enchiridion redacta; ubi quidquid boni ſucculentive probatiſſimi quique Philoſophorum de ea ſcripſerunt, appoſitiſſimè congeſtum repetias. Pariſiis, apud Ludov. Cyaneum, 1535, in 8.

Annotationes in Dioſcoridem Anazarbeum, juxta vetuſtiſſimorum codicum fidem elaboratæ. Lugduni, apud Rovillium, 1555, in 16.

Ex Commentariis Geoponicis, ſive de Re ruſtica, olim Divo Conſtantino Cæſari adſcriptis, octo ultimi Libri, ſed qui primis dignitate antecellunt, utpote in quibus miro quodam ordine & artificio, animalium ferè omnium naturæ, moresque & modi, quibus ea educari conveniat, accuratiſſimè exaggerantur: nunc demum ad fidem vetuſtiſſimorum codicum ex Græcis Latini facti. Accedunt etiam eis quædam caſtigationes in translationem eorundem Librorum, per Janum Cornarium editam. Coloniæ, apud Johannem Aquenſem, 1543, in 8.

Epiſtola Apologetica ad Cornarium. Lugduni, apud Gvil. Rovillium, 1554, in 8.

Compendium curationis, præcautionisque morbi paſſim, populariterque graſſantis: hoc eſt, vera & exqui-

exquisita ratio noscendæ, præcavendæ, atque propulsandæ febris pestilentialis. Argentorati, apud Rihelium, 1542, in 8.

Methodus cognoscendi, extirpandique excrescentes in veficæ collo carunculas. Romæ, apud Valer. & Aloysium Doricos, 1551, in 8.

Victus ratio, Scholasticis paupertibus paratu facilis, & salubris. Adjectus quoque est Libellus de Victus, & Exercitiorum ratione, maximè in senectute observandâ. Coloniæ, apud Henricum Mameranum, 1550, in 8.

De Articulari morbo, Commentarius. Cui accessit, Tragopodagra Luciani, juxta fidem exemplarium Græcorum in Latinam linguam conversa. Romæ, apud Valerium & Aloysium Doricos, 1551, in 8.

☉ ANDREAS LANGUERUS

Encomium in divinam & inauditam Panaceam. 1596, in 4.

ANDREAS LAURENTIUS

☽ *Natus in Academia Monspelliensi Gall adeptoq; in eâdem Doctoris Medicinæ titulo, & Professoris publ. munere, Regis sui Henrici IV Archiater & Consiliarius constitutus est. Obiit in patria A. C. 1609.*

☽ Historia Anatomica Humani corporis, & singularum ejus partium, multis Controversiis, & Observationibus novis illustrata. Parisiis, apud Jannetum Mettayer, 1600, in Reg. fol. Franc. apud Fratres Bryanos, 1600, in fol. Ibidem, apud Jonam Rhodium, 1602, in 8. Ibidem, apud Nicol. Hoffmannum, 1615, in 8. Ibidem, apud Casparum Rotelium, 1627, in 8.

Operum Tomus alter: Continens Scripta Therapevtica decem, nimirum Tractatum de Crisibus: Mirabili strumas sanandi vi, Regibus Galliarum, tanquam divino charismate, concessâ: Nobilitate Visus, ejusque conservandi ratione: Melancholiâ, Lib. duobus absolutum: Senectute: Morbo Articulari: Leprâ: Lue Venereâ: Ejusdem Annotationes in Artem Parvam Galeni: & Consilia Medica. Francof. apud Guil. Fischerum, 1621, in fol.

☽ De Crisibus, Libri tres. Adjecta est universalis quædam Methodus ad prognosin, & Crises omnium morborum, sed præcipuè acutorum conferens. Francof. apud Hæredes Petri Fischeri, 1596, in 8. Ibidem, apud Nicolaum Hoffmannum, 1606, in 8.

ANDREAS LEMNIUS

Epistola, quæ Urinæ studium, & ex ea morborum prævidentiam, ut quæ sit aptior servandæ sanitati, commendat. Præfixa est Actuarii de Urinis Libris.

ANDREAS LIBAVIUS

☉ *Natus Halæ Saxon. In Jenensi Academia Anno Christi 1588 Historiæ & Poëseos Professor: deinde Rotenburgi ad Tuber. anno 1591 Gymnasiarcha & Poliater: tandemq; 1605, Coburgensis Gymnasii Director primus factus est, ibiq; obiit Medicus & Chymicus clarissimus Anno Christi 1616.*

Opera Chymica. VII. Volum. edita Francof. 1606, in fol.

De

©BIUM

De Crisibus. Excusa quoque Franc. apud Joh. Rhodium, 1606, in 8.

Alchymia recognita, emendata, & aucta, tum dogmatibus & experimentis nonnullis, tum Commentario Medico Physico, qui exornatus est variorum Instrumentorum Chymicorum picturis, partim aliunde translatis, partim planè novis, in gratiam eorum, qui arcanorum naturalium cupidi, ea, absque involucris elementarium & ænigmaticarum sordium, intueri gaudent. Præmissâ Defensione artis, oppositæ Censuræ Parisianæ. Francof. apud Petrum Kopffium, 1606, in fol.

Commentariorum Alchemiæ Pars secunda, continens Tractatus quosdam singulares (scilicet, I, Epitomen metallicam, quâ metallorum natura declaratur, ad Opus Chymicum necessariam: II, Dialogum de Mercurio Philosophorum: III, De Azotho, & aquâ permanente: IV, De Lapide Philosophorum: V, Artem probandi, duobus Libris comprehensam: VI, Tractatum de judicio aquarum mineralium, in tres Libros distributum:) ad illustrationem eorum potissimùm, quæ Libro secundo Alchemiæ habentur difficiliora laboriosioraque, quæque plurium simul artium adminiculo indigent, & veluti ex multis constituta, peculiarium scientiarum dignitatem & nomen meretur. Ibidem, eodem anno, forma eâdem.

☽ Syntagma selectorum undiquaque & perspicuè traditorum Alchemiæ Arcanorum. Pro III. Parte Commentariorum Chymiæ hactenus desideratorum, insertis passim Scholiis, & Commentationibus ipsis, ad penitissima hujus Philosophiæ, & Medicinæ ducentibus, conscriptum, & in VIII. Libros digestum. Francof. apud Petrum Kopffium, 1611, in fol. Ibidem 1660, in fol. Hæc Editio in IV. Volumina divisa est.

Syntagmatis Arcanorum Chymicorum, ex optimis Autoribus scriptis, impressis, experientiâque artifice collectorum, Tomus secundus. In quem congesta sunt partim nova, eaque penitiora Spagyrorum secreta, partim prioris Tomi nonnulla explicatiùs tradita, & inter ea etiam ænigmata Quercetani, aliorumque Hermeticorum non pauca studiosè investigata, declarata, & judicata. Ibidem, apud Eundem, 1613, in fol.

Appendix necessaria Syntagmatis Arcanorum Chymicorum. In qua præter Arcanorum nonnullorum expositionem, & illustrationem, quorundam item Medicorum Hermeticorum, & mysticorum descriptionem, continentur Defensiones geminæ: primùm eorum, quæ ab Henningo Scheunemanno, & juniore Gramano sunt impugnata; postea quæ in transmutatoria metallorum à Nicolao Guiberto, *Lotharingo*, M. D. quibus fieri potuit viribus, sunt attentata. Accesserunt I, Judicium breve de Dea Hippocratis, seu Hygeia (argentipara) Henningi Scheunemanni, quam nuper excogitavit, & Commentariis nostris valde fugitivam, desertâ causâ fixorum istorum, quæ

quæ volaticis Galenicis oppoſuit infeliciter: II, Schema Medicinæ Hippocraticæ, & Hermeticæ ſimul, cujus rudimentum doctis cenſendum committitur, ut poſtea elaborari poſſit: III, Examen Philoſophiæ Magicæ Crollii: IV, Cenſura Philoſophiæ Vitalis Johannis Hartmanni, Marpurgici Profeſſoris: V, Admonitio de Regulis novæ Rotæ, ſeu Harmonicæ Sphæræ Fratrum de Societate Roſeæ Crucis, juxta famæ editæ indicem. Ibidem, apud Eundem, 1615, in fol.

Examen Philoſophiæ novæ, quæ veteri abrogandæ opponitur; in quo agitur de modo diſcendi novo: De Veterum Auctoritate: De Magia Paracelſi ex Crollio: De Philoſophia vivente ex Severino per Johannem Hartmannum: De Philoſophia Harmonicâ Magicâ Fraternitatis de Roſea Cruce. Ibidem, anno formâque iisdem.

Neo-Paracelſica. In quibus vetus Medicina defenditur adverſus περιτίσματα tum Georgii Amwald. cujus Liber de Panacea excutitur; doceturque, quid ſit Panacea, quomodo paretur, & quæ ejus vires: tum Johannis Gramani, olim Theologi, nunc Pſeudo-Chymici, qui omnes Medicos acerbiſſimâ chartâ eſt inſectatus. Servatâ verâ veræ Chymiæ laude. Francof. apud Petrum Kopffium, 1594, in 8.

Anatome Tractatus Neo-Paracelſici, de Pharmaco cathartico, ſcripti adverſus Galenicos veteris veræque Medicinæ Profeſſores. In qua viciſſim oſtenditur vanitas & odioſa Neo-Paracelſi calumnia, & detergetur veræ Medicinæ macula. Ibidem, 1594, in 8.

Tractatus duo Phyſici; prior de Impoſtoria vulnerum per unguentum armarium ſanatione Paracelſicis uſitatâ commendatâque: Poſterior, de Cruentatione Cadaverum injuſtâ cæde factorum, præſente, qui occidiſſe creditur. His acceſſit Epiſtola de Examine Panaceæ Amwaldinæ, quo apertiſſimæ luci proſtituitur, ut quisque judicare poſſit, quâ arte hactenus Amwaldus ſit uſus. Ibidem, apud Johan. Saur. 1594, in 8.

Rerum Chymicarum Epiſtolica forma ad Philoſophos & Medicos quosdam in Germania Excellentes deſcriptarum, Liber primus. In quo tum rerum quarundam naturalium continentur explicationes ingenioſæ: tum Chymiæ diſciplina pyronomica, ſcevaſtica, & vocabularia, cum quibusdam inter arcana habitis declarantur fideliter. Francof. apud Eundem, 1595, in 8.

Rerum Chymicarum Epiſtolicâ formâ ad Medicos præſtantes Germaniæ conſcriptarum, Liber ſecundus. Continens Operationes Chymicas Artificum præceptis, naturæ documentis & experientiâ declaratas. Additis, de phyſicis quibusdam, & aurificio, problematis jucundis, ad docendum diſcendumq; facilimè Chymiam utiliter comparatus. Ibidem, eodem anno, & formâ eâd.

Epiſtolarum Chymicarum, Liber

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 74 sur 1339

©BIUM

tertius, ad præstantes quosdam Germaniæ Philosophos & Medicos, de variis artis Chymicæ magisteriis, in usum & oblectamentum eorum, qui de naturæ, & artis arcanis, ratiobusque differere, & cognosere aliquantò exactiùs cupiunt, conscriptus editusque. Ibid. 1599, in 8.

Singularium Pars prima. In qua de abstrusioribus, difficilioribusque nonnullis in Philosophia, Medicinâ, Chymiâ, &c. Quæstionibus, utpote de Metallorum, Succinique naturâ: de Carne fossili, ut credita est: de Gestatione cacodæmonum: Veneno, aliisque rarioribus plurimis, accuratè disseritur. Ibidem, 1599, in 8.

Singularium Pars secunda. Multa scitu jucunda, ac necessaria continens, nempe de natura cælestium: de Cometis: Melle: Sympathiis & Antipathiis: Sanguinis hausti mirandis effectibus: Dentium, & cognatorum generatione: Noctambulis: Nyctoblepis: Vagitu uterino: Agno Scythico: Zoophytis: Bestiarum intellectu: Bombycum historiâ: Sericique & cognatorum, utpote Amianthi: Asbesti: Byssi, &c. Controversis. Ibidem, 1599, in 8.

Singularium Pars tertia. Continens octo Libros Bituminum & affinium, historicè, physicè, chymicè, cum Controversiis difficilimis, expositorum judicatorumque. Nunc primùm in lucem edita, in gloriam Creatoris, & usum multiplicem variæ sapientiæ studiosorum, & inprimis de Petroleis: Ambrâ: Halosantho: Succino: Gagate: Asphalto: Passasphalto: Mumiâ: Terrâ Ampelitide: Toruenis: Lithanthrace: Lapide fissili: Lyncurio: Dactylo Idæo: Ebore fossili: Ebeno fossili, & aliis pluribus cognatis, audire nova desiderantium. Ibidem, 1601, in 8.

Singularium Pars quarta & ultima. Continens Historiam & investigationem Fontis medicati ad Tubarim sub Rotemburgo: Libros Batrachiorum duos de natura, usu, & Chymiâ ranarum utriusque generis: Sectiones duas historiæ & confutationis Panaceæ, violentiâ Amwaldi iterum extortæ, & non tantùm re gestâ & rationibus, sed & experimentis infelicis curæ penitùs confectæ: & tandem de Æthiopibus & Seribus duplicibus, Tractatiunculam: Omnia ita elaborata, & jucundis, minimèque vulgaribus Quæstionibus accuratè explicatis exornata, ut ad philosophandum & medendum non parva rerum copia legentibus offeratur. Ibidem, 1601, in 8.

Novus de Medicina Veterum tam Hippocraticâ, quàm Hermeticâ Tractatus. In cujus priore parte Dogmata pleraque inter utriusque Professores recentes controversa, adversus ultimum per Jos. Michelium Paracelsistarum conatum discutiuntur; In posteriore universale Alchymistarum, Autoribus Lullio, & Arnoldo, quàm liquidissimè exponitur. Aspersa sunt passim Peripateticorum dogmata nonnulla, & à corruptelis vindicata. Ibidem, 1599, in 8.

Variarum Controversiarum, earumque etiam subtiliorum, inter nostri

ſtri temporis Philoſophos & Medicos, Peripateticos, Ramæos, Hippocraticos, Paracelſicos, &c. in Scholis, & aliàs à Sophiſtis agitatarum, Libri duo Schediaſtici. Ibidem, 1600, in 8.

Praxis Alchymiæ, hoc eſt, Doctrina de artificioſa præparatione præcipuorum medicamentorum Chymicorum, duobus Libris explicata; quorum primus de Deſtillatione aquarum & oleorum: de Salium & Extractorum: Quintarum Eſſentiarum: Aquarum Vitæ: Florum, & Balſamorum, &c. confectione: ab Autore Anonymo, propriâ experientiâ conſcriptus eſt; alter de Lapide Philoſophorum, agit: In quo ut rectè is comparandus ſit, remotis omnibus figuris & parabolis, dilucidè docetur: Uterque correctus, & declaratus, nunc ex Germanico idiomate in Latinum traductus. Annexus eſt Libellus Jacobi Beſſoni de abſoluta ratione extrahendi olea & aquas, à medicamentis ſimplicibus, &c. Vid. Jacob. Beſſonus. Ibidem, 1604, in 8.

Defenſio & declaratio perſpicua Alchymiæ transmutatoriæ, oppoſita Nicolai Guiberti, *Lotharingi*, Ph. Med. Expugnationi virili: & Gaſtonis Clavei, Jurisconſulti, *Nivernatis*, Apologiæ, contra Eraſtum male ſartæ & pravæ; ita concinnata, ut facilè pateat etiam vulgaribus Phyſicis, Alchymiam ex veræ Sapientiæ, atque adeo etiam Ariſtotelici Peripati principiis & fundamentis extructam eſſe, & ſibi perpetuò conſtare, naturæ & artis experimentis, quorum ſecretiora nonnulla in aperta luce ponuntur. Ibidem, 1604, in 8.

Alchymia triumphans de injuſta in ſe Collegii Galenici ſpurii in Academia Pariſienſi Cenſura: & Johannis Riolani Maniographia, falſi convicta, & funditùs everſa. Opus Hermeticum, verè didacticum, (ne ἐριστικὸν ſaltem putetur) ſolida explicans Chymiatriæ Hippocraticæ fundamenta: De Quinta eſſentia, magno perfectoque Lapidis magiſterio, principiis, Extractis, Oleis, Aquis, Salibus, Elixiribus, &c. diligenter elaboratum. Ibidem, 1607, in 8.

Anti-Gramania ſecunda, ſupplemento abſurditatum & convitiorum in Galeni Artem & Profeſſores ejus à Johanne Gramano, Chymico Paracelſico, effuſorum, oppoſita. Francof. apud Petrum Kopfium, 1595, in 8.

De Univerſitate, & Originibus Rerum conditarum contemplatio ſingularis Theologica, & Philoſophica, juxta hiſtoriam Hexaëmeri Moſaici in Geneſi propoſitam, inſtituta, & in VII. Libros diſtributa. Ibidem, 1610, in 4.

Epiſtolæ variæ Medicæ, & Conſilia. Extant cum Ciſta Medica Johan. Hornungi. Norimbergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

De Theriacæ compoſitione: De Malitioſa Scarificatione: De fœtore puellæ ſingulari, Epiſtolæ. Extant cum Gregorii Horſtii Obſerv. Medic. ſingul. Lib. IV. poſterioribus.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 76 sur 1339

©BIUM

Ulmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 8.

ANDREAS de LUCHIS, *Neapolitanus*

Disputatio de Metallo ex Lapide, ex tertio & quarto Libro Meteororum Aristotelis. Ingolstadii, apud Davidem Sartorium, 1581, in 8.

⊙ ANDREAS MACKYUS

Antidotarium Privatum. Coburgi, è Typographia Illustri, 1647, in 8.

ANDREAS MARCOLINUS FANESTER

☽ Fallopii de Thermalibus Aquis Libros VII. præfixâ Epistolâ, quâ utilitas, docendi modus, & totius rei, quæ in hoc ipso Opere continetur, summa, breviter explicatur, publici juris fecit. Vid. Gabriel Fallopius.

ANDREAS MARINUS

Commentarii in Mesuem. Extant cum Operibus Ejusdem. Venetiis, apud Vincentium Valgrisium, 1575, in fol.

Expositio Latina Andr. Baccii de Cornu Monocerotis. Venetiis, 1566, in 4.

ANDREAS ORDONNEZ

Compendium perutile de Sanguinis missione. Neapoli, apud Lazar. Scorriggium, 1623, in 4.

⊙ ANDREAS OTTO, *Colbergensis*

Antroposcopia seu Judicium Hominis de Homine, ex lineamentis externis à Capite usque ad Calcem proximum. Regiomonti, 1647, in 12. Lipsiæ, 1668, in 12.

ANDREAS PLANERUS

⊙ *Natus Bozæ, in Comitatu Tyrolensi, Anno Christi 1546: nacto Tubingæ 1566 Philosophiæ Magistri, & ibidem 1569 Medicinæ Doctoris titulo, primùm Argentorati, indeq; Tubingæ utriusq; Facultatis Professor 1578 factus est. Obiit A. C. 1607, ætatis suæ 61.*

De Methodo medendi, Liber unus. In quo habet Lector luculentum præclarissimi & longè utilissimi Capitis octogesimi noni Artis parvæ Galeni Commentarium, non tantùm veræ Medicinæ, sed etiam naturalis Philosophiæ studiosis utilem, & jucundum cognitu. Basileæ, apud Sebast. Henric. Petri, 1583, in 8.

De Methodo medendi, Liber secundus. In quo habet Lector luculentum præclarissimorum & longè utilissimorum Artis parvæ Galeni, 23, 24, 95, 96, 97, & 98 Capitum, quibus ratio curandi morbos Organicos traditur, Commentarium. Ibidem, 1585, in 8.

Methodus investigandi locos affectos, conscripta & proposita in Academia Tubingensi. Tubingæ, apud Gruppenbachium, 1579, in 4.

Orationes tres; Quarum prima continet explicationem definitionis artis medicæ, quæ est apud Platonem in Dialogo, qui inscribitur Symposium, sive de Amore; Altera utilitatem & summam Libelli Galeni,

leni, qui inscribitur Ars parva, seu ars medicinalis, recensetur: Tertia est de Arte Dialectica & Organo Aristotelis. Tubingæ, apud Gruppenbachium, 1579, in 4.

Disputatio Medica de Obstructionibus, Respondente Johanne Henero, *Lindoensi*. Tubingæ, 1583, in 4.

Disputatio de Tuenda Sanitate, Respondente Johanne Georgio Jenisch. Tubingæ, 1583, in 4.

Disputatio Medica, de Capite & Cerebro Hominis, ejusque Temperamento. Tubingæ, apud Gruppenbachium, 1581, in 4.

Methodus Medendi. Ibid. 1584.

Disputatio de Morbis Materiæ. Tubingæ, apud Gruppenbachium. 1584, in 4.

Disputatio de Morbis Formæ. Ibidem, apud Eundem.

Disputatio de Morbis Temperamenti. Ibidem.

Disputatio de Paralysi. Ibidem.

ANDREAS POSTHUMUS, *à Grafenberg*

Septem ad Sarmatas Dialogi. In quo Novæ Po Kutiensis Luis, quam Cirrorum morbum vocant, Natura, & Essentia examinatur. Vicentiæ, apud Georg. Græcum, 1600, in 4.

☉ ANDREAS PROBST

De Phantasia, ejusq; per Melancholiam Affectione, Exercitatio. Berolini, typis Rungianis, 1654, in 12.

☉ ANDREAS RIVINUS

De Pollinctura, seu Balsamatione, Lipsiæ, 1655, in 4.

Veterum bonorum Scriptorum de Medicina, Collectanea. Lipsiæ, 1654, in 8.

Philo-Physio-Logica. Lipsiæ, 1656, in 4.

ANDREAS ROSLERUS

Epistolæ Medicæ. Extant cum Cista Medica Johan. Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

☉ ANDREAS STECHANUS

Oratio de Annis Climactericis, publicè habita in Schola Arnstatiensium. Erforti, 1633, in 4.

ANDREAS TENTZELIUS

☽ Exegesis Chymiatrica. Extat cum Angeli Salæ Ternario Bezoardicorum, edito Erforti, apud Johannem Birecknerum, 1628, & 1630, in 8.

☽ Medicina Diastatica in Tractatum tertium de Tempore, seu Philos. D. Theoph. Paracels. Jenæ, apud Johan. Birecknerum, 1629, in 12. Erforti, apud Johannem Birecknerum, 1666, in 12.

ANDREAS THURINUS

Piscienſis, Florentinus Medicus, & Philoſophus inſignis. Phyſicus Clementis VII. & Pauli III. Pontificum, Ludovici XII, & Franciſci Valeſii, Regum Franciæ. Floruit A. C. 1537. Juxta Renat. Moreau vixit A. C. 1526.

Opera. Romæ, apud Hier. de Cartulariis, 1545, in fol.

Operum Index

Epistola ad Matthæum Curtium de loco incidendæ venæ in Pleuritide.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 78 sur 1339

©BIUM

Liber de Sanguinis miſſione in Pleuritide contrà adverſarium, Briſſotum, & Manardum.

Reſponſiones Libelle Matthæi Curtii de Sanguinis miſſione in Pleuritide.

De Embrocha ſive irrigatione, contra Medicos Florentinos.

De Cauſis dierum Criticorum, contra Excellentiſs. Virum, Hieronymum Fracaſtorium.

De bonitate Aquarum, Fontium, & Ciſternæ.

An in fluxu muliebri, & ſanguinis aquoſi ſuperflui menſtrualis, competant verè provocantia urinam.

An in omni febre putridâ competat phlebotomia.

Epiſtola ad Clementem VII, de Cœna & Prandio.

Quæſtio Excellentiſſimi Dini Florentini, de Cœna & Prandio, nunquam antea impreſſa.

Seorſim extant:

Defenſio, contra Marcum Antonium Montiſianum, *Geminiatenſem*, quòd non in omni febre putridâ conveniat miſſio ſanguinis. Romæ, apud Hieron. de Cartulariis, 1549, in fol.

De Curatione Pleuritidis per venæſectionem. Addita eſt doctiſſima Ejusdem Epiſtola ad Matthæum Curtium. Adjecta inſuper eſt Ejusdem de Cœna & Prandio, utilis Diſceptatio. Lugduni, apud Michaelem Parmanterium, 1597, in 4.

Hippocratis & Galeni Defenſio de cauſis dierum criticorum, adverſus Hier. Fracaſtorium. Bononiæ, 1543, in 4.

De Embrocha novâ, ſeu Duecià artificiali, quâ utuntur Florentini ad varios morbos. Lugduni, apud Mich. Parmanterium, 1537, in 4.

De bonitate Aquarum, fontanæ & ciſternæ. Bononiæ, 1541, in 4.

Reſponſiones, contra Matthæum Curtium de vena in Pleuritide ſecandâ. Bononiæ, 1543, in 4.

Epiſtola, contra eundem Curtium, de eodem argumento, ſcripta, Pariſiis, apud Aſcenſium, 1538, in 4.

De Curatione Pleuritidis per venæ ſectionem. Addita eſt Epiſtola ad Matthæum Curtium. Et Ejusdem de Cœna & Prandio utilis Diſceptatio. Lugduni, apud Mich. Parmanterium, 1537, in 4.

Medica Diſceptatiuncula, adverſus opinionem Matthæi Curtii, de Cœna & Prandio. Pariſiis, apud Aſcenſium, 1535, in 8.

ANDREAS TIRAQUELLUS

Operis de Nobilitate Cap. XXXI de Medicina agitur. In quo potiſſimùm & fuſiſſimè hæc argumenta, quaſi juſto Libro, tractantur: An Ars Medicinæ nobilitati deroget? Sancti qui Medici, aut Medicinâ uſi: Angeli Medici: Reges Medici: Imperatores Medici: Summi Pontifices Medici: Poëtæ Medici: Philoſophi Medici: Medicamentorum, ſecundum omnes qualitates, vires, Alphabeti ordine: Medicorum per Alphabetum Nomenclatura: Veterinarii Medici: Fœminæ Medicæ: Quæ contra Medicos dici ſolent, aut poſſunt: Reſponſio

sponsio ad objecta : An Agricultura nobilitati deroget ? Impressum est hoc Opus Basileæ, apud Frobenium, 1561, in fol.

ANDREAS TREVISIUS,
Fondanensis

Tractatus de causis, naturâ, moribus ac curatione pestilentium febrium vulgo dictarum. Mediolani, 1595, in 4.

ANDREAS VESALIUS

☽ *Natus Bruxellæ Anno Christi 1514, Patre homonymo, Medico Imperatoris Carol. V. Anatomen Basileæ, Patavii, & in omnibus penè Italiæ Academiis publicè exhibuit. Anno ætatis suæ nonnisi 18 Fabricam suam Corporis humani edidit. A. C. 1542 Basileæ Sceleton corporis humani artificiosè à se paratum Academiæ reliquit, quod etiamnum in Medicorum Auditorio ibi visitur. Tandem constitutus est Imper. Carol. V. & ejus Filii, Philippi II. Hispaniarum Regis Archiater: & vocatus postremò à Senatu Veneto in locum Gabrielis Fallopii, in itinere versus Italiam, ingruente tempestate, in Insulam Zazynthum ejectus, ibiq; morbo correptus, in misero tuguriolo omni ope destitutus, inter barbaros obiit A. C. 1564, ætatis suæ 56.*

De humani corporis Fabrica, Libri septem. Basileæ, apud Johan. Oporinum, 1543, 1555, 1563, in reg. fol. elegantissimis ligno incisis Iconibus adornati. Venetiis, apud Franciscum de Franciscis, 1568, in fol. apud Societatem, in fol. Lugduni, apud Johan. Tornæsium, 1552, in 16, sine figuris, 2. Voll.

☽ Suorum de Humani Corporis Fabricæ Librorum Epitome : Cum Iconibus elegantissimis, juxta germanam Authoris delineationem artificiosè jam pridem ex ære expressis : Additis unicuique Notis & Indicibus Alphabeticis ; quibus Philosophiæ ac Medicinæ Studiosi ad facilem & absolutam Anatomes cognitionem tanquam manu ducantur. Opus perinsigne, nunc primùm in Germania renatum, hacq; formâ quàm emendatissimè editum. Coloniæ Agrippinæ, apud Stephanum Hemmerden, 1600, in fol.

Anatomicarum Gabrielis Fallopii Observationum Examen. Magni, Humani corporis Fabricæ Operis Appendix. Venetiis, apud Franciscum de Franciscis, 1564, in 4. Hanoviæ, apud Claud. Marnium, 1609, & 1610, in 8, Johan. Jessenii curâ in publicum reducta.

☽ Suorum de humani corporis Fabricâ Librorum Epitome. Parisiis, apud Andr. Wechelum, 1560, in 8. Basil. apud Johan. Oporinum, 1543, in fol. maximo. Wittebergæ, apud Zachariam Lehmannum, 1582, in 8. sine Iconibus.

☽ Epitome Anatomica, cui accessere Notæ ac Commentaria Petri Paaw, *Amstelædamensis*. Lugd. Batav. apud Justum à Colster, 1616, in 4. Amstelodami, apud Johann. Jansonium, cum Iconibus, 1617, in fol. Item cum Annotationibus Nicolai Fontani. Amstelædami, apud

©BIUM

apud Johann. Jansſonium, 1642, in fol.

Epiſtola, docens venam axillarem dextri cubiti in dolore laterali ſecandam: & melancholicum ſuccum ex venæ portæ ramis ad ſedem pertinentibus, purgari. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 4.

Chirurgia Magna in ſeptem Libros digeſta. In qua nihil deſiderari poteſt, quod ad perfectam, atque integram de curandis humani corporis malis, methodum pertineat. Ab Excellent. M. Proſpero Borgarutio recognita, emendata, ac in lucem edita. Formæ etiam Inſtrumentorum, quibus Chirurgi utuntur, his in Libris apprimè deſcriptæ ſunt. Venetiis, apud Valgriſium, 1568, in 8.

☽ De Radice Chynæ, Epiſtola. In qua inſerta ſunt de Sparta Parilla ſub finem nonnulla: De Modo ac Ratione propinandi Radicis Chynæ Decocti, quo nuper Invictiſſimus Carolus V. Imperator, uſus eſt. In lucem edita à Franciſco Veſalio, Fratre. Venetiis, 1542, in 8. Baſileæ, apud Johannem Oporinum, 1543, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1546, in fol. Huic Editioni, præter alia quædam, acceſsit Cujusdam Epiſtola ad Jacobum Sylvium, quâ Sententia recenſetur, veritatis ac potiſſimùm humanæ Fabricæ Studioſis perutilis; quum, quî hactenus in illa nimiùm Galeno creditum ſit, facilè commonſtretur. Lugduni, apud Frellonium, 1547, in 16. Operis de Morbo Gallico Tom. 1, pag. 504, 513.

☽ Paraphraſis in Nonum Librum Rhazæ ad Regem Almanſorem, de Affectuum ſingularum corporis partium curatione. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1537, in 8. Lugduni, apud Johann. Tornæſium, 1551, in 16. Witebergæ, apud Cratonem, 1587, in 8. Hic Liber ſuppoſiticius, & à Veſalio non editus à quibusdam creditur.

☽ Opera Abubetri Rhazis cum Toletano & Torino Latinitate donavit. Baſil. apud Henr. Petri, 1544, in fol.

Conſilium pro Magni & illuſtriſſimi Terræ novæ Ducis fiſtulâ, ex levi axilla in Thoracis concavum perviâ, & aliis gravibus non paucis affectibus, ob puris ſupra ſeptum transverſum coacervationem, & inceptam per fiſtulam expurgationem, ſubinde provenientibus. Extat cum Johan. Phil. Ingraſſiæ Quæſtione de Purgatione per medicamentum, aliisque Opuſculis ſimul editis. Venetiis, apud Angelum Pateſſium, 1568, in 4.

Conſilium pro Viſu partim depravato, partim abolito, ad Wolffgangum Herwart. *Auguſtinum*. Extat cum Appendice Conſiliorum Montani. Baſileæ, apud Pet. Pernam, 1583, in fol.

De Arthritide Conſilia quædam. Extant eo in Opere, quod Henric. Garetius edidit. Francofurti, apud Johan. Wechelum, 1592, in 8.

Conſilia aliquot Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francofurt. apud Andr. Wecheli Hæred. 1598, in fol.

AN-

ANDREGHETTUS ANDREGHETTIUS

Herculis Saxoniæ Tractatum de Lue Venerea perfectiſs. edidit.

ANDROMACHUS ZECHIUS

Johan. Zechii Conſultationes Medicinales in lucem edidit.

ANGELUS

Baſil. Valentini Microcoſmum Latinè reddidit.

ANGELUS BOLIGNINUS

Bononienſis. Docuit Chirurgiam, ex Avicenna, Bononiæ, Anno Chriſti 1506. Juſtus in Chronol. Medic.

☽ De Cura Ulcerum exteriorum, & de Unguentis communibus in ſolutione continui, Lib. 11. Papiæ, apud Bernhardinum de Garaldis, 1516, in fol. cum diverſis varii argumenti Autoribus, ut: Alexandro Benedicto de Peſtilenti Febre &c. Baſileæ, apud Johan. Bebelium, 1536, in 4. Operis Chirurgici pag. 207, Tiguri, apud Fratres Geſneros, 1555, in fol.

ANGELUS BOLZETTA, *Patavinus*

Theriaca Andromachi ſenioris, juxta placita ſacri Patavini Philoſophorum & Medicorum Collegii, olim per Viros Clariſs. Junium Paulum Craſſum, Bernhardinum Tauriſanum, & Marcum Oddum, ejusdem Ordinis, edita anno 1576, compoſita hoc anno in Pharmacopœa Angeli, præſentibus, & pro ſacro Collegio imperantibus Viris Excellentiſs. Andreghetio, & Jacobo Zabarellâ, ex eodem Ordine ad id electis. Patavii, apud Impreſſores Camerales, 1626, in 4.

ANGELUS BUSTUS, *Venetus*

De Mellis convenienti quantitate ad Theriacam componendam, Diſputatio. Venetiis, 1614. in 4.

ANGELUS DECEMBRIS

De Cognitione ac curatione Peſtis. Extat cum Conſiliis Baverii de Baveriis. Papiæ, apud Platonem de Benedictis, 1521, in fol.

ANGELUS FORSTIUS

De Mirabilibus humanæ vitæ, Naturalia Fundamenta. Venetiis, apud Bernhardinum de Vianis, 1543. in 8.

Veritatis redivivæ Militia. Venetiis, apud Eundem, 1541, in 8.

ANGELUS PALEA

☽ In Antidotarium Meſuæ cum declaratione Simplicium Medicinarum, & ſolutione multorum dubiorum ac difficilium terminorũ, Opus. Acceſſit Bartholomæi ab Urbe Veteri, Opus ſimile in Antidotarium Meſuæ. Venetiis, apud Barthol. de Zanettis, 1543, in fol. Pariſiis, apud Frobenium, 1546, in 8. Lugduni, 1550, in 8.

☉ ANGELUS POLITIANUS

Ruſticus. Extat cum Renati Rapini Hortorum Libris quatuor. Lugduni-Batavorum, 1668, in 12. Ultrajecti, 1672, in 8.

ANGELUS SALA, *Vicentinus Venetus*

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 82 sur 1339

©BIUM

☽ Opera Medico Chymica, quæ extant, omnia. Francofurti, apud Johan. Beyerum, 1647, in 4. Rhotomagi, apud Joh. Berthelin. 1650, in 4. Francofurti, apud Fridericum Knochium, 1680, in 4.

Elenchus Tractatuum in hoc Opere contentorum.

I. Anatome essentiarum vegetabilium.
II. Hydrelæologia.
III. Tartarologia.
IV. Saccharologia.
V. Septem Planetarum terrestrium explicatio.
VI. Aphorismi Chymiatrici.
VII. Chrysologia.
VIII. Descriptio Auri potabilis.
IX. Tractatus de Antimonio.
X. Anatomia Vitrioli.
XI. Tractatus de Natura & proprietate Vitrioli.
XII. Tractatus de Peste.
XIII. Antidotus pretiosa.
XIV. Ternarius triplex Henæticorum, Bezoardicorum, & Laudanorum.
XV. Exegesis chymiatrica.
XVI. Myrothecium Spagyricum.
XVII. Appendix de pulvere Rosæ vitæ.

Seorsim prodierunt:

☉ Tractatus duo: de Variis tum Chymicorum, tum Galenistarum Erroribus, in præparatione Medicinali commissis. Opus Italicè primùm ab Auctore conscriptum, jam verò Eodem requirente, in Latinam Linguam, stylo quàm simplicissimo translatum, labore & conatu M. A. R. 1608, sine nominatione loci & ejus, apud quem prostet.

☽ Ternarius Bezoardicorum. Et Emetologia, seu Triumphus Vomitoriorum. Cum Exegesi Chymiatrica Andreæ Tentzelii. Erfurti, apud Johan. Bircknerum, 1628, & 1630, in 8.

☉ Ternarius Ternariorum, Hermeticorum, Bezoardicorum, Laudanorum, è Gallico latinitate donatus, & ab infinitis mendis repurgatus. Ibidem, apud Eundem, 1630, in 8.

Aphorismorum Chymiatricorum Synopsis, universa Chymiatriæ intima fundamenta, fines, ac scopos breviter duabus sectionibus continens. Bremæ, apud Johann. Willium, 1620, in 8.

Anatomia Antimonii: id est, Dissectio tam Dogmatica, quàm Hermetica, Antimonii usum, proprietatem, & vires ejus declarans. Lugd. Batav. apud Gottofr. Basson. 1617, in 8.

☽ Anatomia Vitrioli, in duos Tractatus divisa: in quibus vera ratio Vitrioli in diversas substantias resolvendi accuratissimè traditur. Accessit Arcanorum complurium ex substantiis istis deductorum, tum ad conservandam valetudinem, tum ad gravissimorum morborum vim & intemperiem, Sylva. Ex Italicâ in Latinam Linguam translata à J. P. C. R. Aureliæ Allobrogum, ex Officina Fabriana, 1609, in 12. Ibidem, ex eadem, 1613, in 12. Lugd. Batav. apud Gottofr. Basson. 1617, in 8.

De-

Descriptio brevis Antidoti pretiosæ: quâ exquisitissimæ ejus virtutes, ususque multiplex variis in morbis, & humani corporis affectibus, recensentur, nunc primùm luci commissa. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1620, in 8.

Chrysologia, seu Examen auri Chymicum. In quo demonstratur, auro nec inesse substantiam aliquam potabilem: nec illud arte Spagyricâ transmutari posse in substantiam aquosam, oleosam, vel salinam: & quid propriè intelligatur per aurum potabile. Adjecti sunt in fine Aphorismi Chymiatrici recogniti. Hamburgi, apud Henr. Carstens, 1622, in 8.

Processus de Auro potabili novo, paucisque adhuc cognito: cui quidam alii ex Basilii Valentini, Jos. Quercetani, Portæ, & aliorum Scriptis excerpti, cum Commentariolis, propter affinitatem, ut adjungerentur, non inconsultum visum fuit. Argentorati, apud Johan. Phil. Sartorium, 1630, in 8.

Septem Planetarum terrestrium Spagyrica Recensio. Quâ perspicuè declaratur ratio nominis Hermetici: Analogia metallorum cum microcosmo: eorum præparatio vera, & unica: proprietates, & usus medicinales. Amstelodami, apud Guil. Jansonium, 1614, in 12.

De Peste Tractatus, primùm Gallicè conscriptus, pòst latinitate donatus à Gregorio Horstio. Marpurgi, apud Casparum Chemlinum, 1641, in 4. Ejusd. Emetologia edita est Delphis, apud Johann. Andream, 1613, in 8.

ANGELUS VICTORIUS, *Balneo-Regiensis*

Medicæ Consultationes, post obitum Autoris in lucem editæ à Vincentio Manuncio, *Perusino*. Romæ, ex Typogr. Caballina, 1640, in fol.

ANONYMUS

Naturales Quæstiones antiquorum Philosophorum, tractantes de diversis generibus ciborum & potus, quæ humanæ naturæ saniora atque conducibilia sunt, ob convalescentiam servandam motis Quæstionibus, earumque Solutionibus adjunctis succinctè declarantur. Colon. apud Corn. de Ziriczee, in 4.

ANSELMUS BOETIUS de BOODT, *Brugensis*

Gemmarum & Lapidum Historia, quâ non solùm ortus, natura, vis, & pretium; sed etiam modus, quo ex iis olea, salia, tincturæ, essentiæ, arcana, & magisteria arte chymicâ confici possint, ostenditur. Hanoviæ, apud Claud. Marnium, 1609, in 4. Hanc recensuit, à mendis repurgavit, Commentariis, & pluribus melioribusque Figuris illustravit, & multo locupletiore Indice auxit Adrianus Toll. Lugd. Batav. M. D. Lugd. Batav. apud Johann. Maire, 1636, in 8.

⊙ ANTIMUS CONINGIUS, (vel, ut verum nomen sonat:) HONORATUS FABRI

Pulvis Peruvianus Febrifugus vindicatus. Romæ, 1655, in 8.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 84 sur 1339

©BIUM

ANTIOCHUS TIBERIUS

De Cheiromantia, Libri tres. Moguntiæ, 1541, in 4.

ANTONIUS

De Lapide Philosophorum, lapide Rebis, & præparatione atque regimine ignis ejusdem, secundum dicta Philosophorum, & concordantias eorundem. Extat Decade 11 Harmoniæ Chymico-Philosophicæ, à Johanne Rhenano collectæ. Francofurt. apud Conrad. Eifridum, 1625, in 8.

ANTONIUS ALVAREZ

Epistolarum & Consiliorum medicinalium Pars prima. Omnibus non Medicis modò, sed etiam Philosophiæ studiosis utilissima. Neapoli, apud Horatium Sawianum, 1585, in 4. Additæ sunt sub finem Defensiones pro Johanne Altimaro, in Salvi Silani Apologiam: Quòd ea, quæ dixit Altimarus pro partis defensione contra Salvum, verissima sint, & in oppositum adducta nihil concludant. Ibidem.

ANTONIUS ANGUISOLA

De Hæmorrhoidibus Consilium. Extat eo in Opere, quod Josephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Johann. Sartorium, 1605, in 4. pag. 225.

ANTONIUS ANTONIDES vander LINDEN

Natus est Enckusæ, Patre Henrico Lindano, Ecclesiæ in patria primùm Ministro, & deinde in Academia Franekerana Theologiæ Professore: Gymnasii Enckusani Director, & postea creatus Medicinæ Doctor 1608 in Frisiorum Academia: Medicinam fecit in patria & Amstelodami.

De monstrosis Vermibus Observatio rara. Extat pag. 92, Tomi secundi Operum Adriani Spigelii, *Bruxellensis*. Amstelodami, apud Johannem Blaeu, 1645, in fol.

Physiologia, explicans Res Naturales octo Libris, quorum I, de Elementis. II, de Temperamentis. III, de Humoribus. IV, de Semine, & Sanguine menstruo. V, de Partibus. VI, de Calido innato, & Spiritibus. VII, de Anima, ejusque facultatibus. VIII, de Actionibus. Quibus præmissa sunt Præcognita generalia in universam Medicinam.

Pathologia, explicans Res Præternaturales tribus Libris, quorum I, Nosologica, seu de Morbis. II, Ætiologica, seu de Causis Morborum. III, Symbologica, seu de Symptomatis, & signis morborum.

Methodi Generalis Cognoscendi, Prædicendi, Curandiq; morbos, Libri tres.

De Febribus, Liber unus.

De Capitis affectuum curatione, Liber.

De Oculorum affectuum curatione, Liber.

De Aurium affectuum curatione, Liber.

De Narium affectuum curatione, Liber.

De Oris affectuum curatione, Liber.

Observationum Medicinalium, Decades aliquot.

Loci

Loci Communes Medicamentorum Empiricorum, singulis ferè humani corporis à capite ad pedes usque partibus, applicatorum, ex probatissimis tum Veterum, tum Recentiorum Scriptis collectorum.

Synopsis Medicinæ practicæ, continens I, Pharmacopœam. II, Medicamentorum compositionem. III, Medicamenta singularum partium. IV, Medicamenta singulorum affectuum.

Pharmacopœa, continens I, Medicamenta simplicia, quorum usus Medico necessarius. II, Medicamentorum compositorum titulos, Autorumque nomina, qui ea describunt. III, Medicamenta, quæ parata in Pharmacopolio servari debent.

Herbarius, continens simplicia ad Medicinam utilia.

De Theriacæ Andromachi compositione, Libellus.

Aphorismi Hippocratis novâ methodo dispositi, ac Commentario illustrati.

Ad Praxin Medicinæ Theoricam & Empiricam Gualteri Bruelis, Annotatiunculæ.

Præter hæc, & ea, quæ tum in Musica, tum aliis Artibus ævo digna Pater meus p. m. reliquit, supersunt & alia Scripta Medica, quorum Catalogum non adjicimus, quòd affecta tantùm sint, neque laboris alioquin patientissimo ac temporis parcissimo Viro ob molestissimas à praxi occupationes conficere licuerit, neque præproperum fatum siverit. Etenim statuerat, universam Medicinam tam Θεωρητικὴν, quàm πρακτικὴν novâ ac facili methodo tradere. Cujus specimen, si volet Deus, brevi dabimus in Methodo ejus Generali, quam ad discendam ac faciendam Artem nostram sic expeditam doctos omnes judicaturos putamus, ut neque isti ipsi, neque tyrones aliam desiderent.

ANTONIUS ab AGUILERA, *Tunqueranus*

Præclaræ Rudimentorum Medicinæ, Libri octo, qui eorum quidem, pro vera Medicorum fortunâ consequendâ, nunc primùm Enchiridion natum dicuntur. Compluti, apud Johan. à Villanova, 1571, in fol.

ANTONIUS BALDESIUS, *Florentinus*

Quæstio de Gangrænæ & Sphaceli diversâ curatione. Collecta & recognita per Johan. Castellanum. Venetiis, 1616, in 4.

ANTONIUS BENIVENIUS

Medicorum Decus egregium. Floruit A. C. 1495. Obiit A. C. 1525. Justus in Chronol. Medic.

De Abditis nonnullis, ac mirandis morborum, & sanationum causis. Florentiæ, apud Phil. Giuntam, 1507, in 4. Parisiis, apud Christophor. Wechelum, 1528, in fol. cum Galeni Lib. de Plenitudine, à Johann. Guinthero Andernaco converso. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529, in 8. cum Scribonii Largi compositionibus.

⊙ ANTONIUS BERGA

Paraphrasis in quartum Librum

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 86 sur 1339

©BIUM

Meteorologicum. Monte-Regali, 1565, in 8.

☉ ANTONIUS BERTHIOLUS

Idea Theriacæ & Mithridatii. Venetiis, 1601, in 4.

ANTONIUS BUSENNIUS, *Bredanus*

Commentarii in Galeni Librum de Inæquali Intemperie. Antverpiæ, apud Joh. Richardum, 1553, in 8.

ANTONIUS CÆLIUS, *Messanensis*

Introductio universalis ad Medicam Facultatem, ac brevis methodus curandi particulares præter naturam corporis humani affectus: nec non de Pulsibus Tractatio. Quibus additur Commentarius, in primum Librum Aphorismorum Hippocratis. Messanæ, ex Typographia Petri Breæ, 1618, in 4.

ANTONIUS CARTAGENA

☉ *Floruit Anno Christi 1530: in Academia Complutensi Professor: & postea duorum Franciſci Galliæ Regis Filiorum Medicus fuit.*

De Signis Febrium: & Diebus criticis. Compluti, 1529, in fol.

De Fascinatione. Ibidem.

ANTONIUS CERMISONUS

☽ *Natus Patavii: fuit ibidem Professor ord. & Medicus omnium suâ ætate excellentissimus; Præceptorq. Savanarolæ. Claruit sub Friderico III. Cæsare. Obiit A.C. 1458, ut habet Justus in Chronol. Medic. vel, secundum alios, A. C. 1467.*

☽ Consilia Medica numero CLIII. contra omnes ferè ægritudines à capite usque ad pedes. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1503, in fol. Additis Consiliis Gentilis, aliisque. Extant etiam cum Bartholomæi Montagnanæ Operibus selectioribus. Venetiis, apud Octavium Scotum, 1497, in fol. Lugduni, apud Jacobum Myt, 1525, in 4. Venetiis, apud Caſparum Bindonum, 1565, in fol. Francofurti, apud Balthenium, 1604, in fol. Noribergæ, 1652, in fol.

ANTONIUS CHALMETEUS, *Vergesacius*

☽ Enchiridion Chirurgicum, externorum morborum remedia, tum universalia, tum particularia brevissimè complectens. Quibus morbi Venerei curandi methodus probatissima accessit. Parisiis, apud Andr. Wechelum, 1564, 1567, in 8. Lugduni, apud Guil. Rovillium, 1570, in 12: additâ Instrumentorum & Ferramentorum Delineatione. Ibidem, apud Johan. Tertout, 1568, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1588, in 12. Hæc Editio, præter tutissimam Chalmetei Practicen, brevem externorum Morborum Theoriam complectitur: ut & Luis Venereæ brevem & dilucidam Descriptionem, Methodicamq; Curationem: nec non concisos de Febribus ex probatis Authoribus collectos Tractatus quatuor: omissâ Instrumentorum & Ferramentorum Delineatione. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1593, in 4. & 1594, in 8. adjectis

jectis de Febribus ex probatis Auctoribus Lib. IV. Aureliæ, apud Petrum de la Roviere, 1621, in 8. Extat & eum Enchiridio Practico-Medico-Chirurgico incerti Auctoris. Aureliæ, apud Petrum de la Roviere, 1626, in 8. Lugduni, apud Matthæum Berion, 1627, in 8. Genevæ, apud Petrum & Jac. Chouet, 1644, in 8. Ibidem, 1659, in 8.

ANTONIUS CITTADINUS, *Faventinus*

Auscultationes in Parvam Artem Galeni. Faventiæ, apud Johannem Mariam de Simonetis, 1523, in fol.

ANTONIUS COLMENERUS DE LEDESMA

De Chocolatæ Indæ qualitatibus & naturâ, Hispanico antehac idiomate editum; nunc verò curante Marco Aurelio Severino, *Tarsensi*, in Latinum translatum. Noribergæ, apud Wolfg. Endterum, 1644, in 12.

ANTONIUS CONSTANTINUS

Opus Medicæ Prognoseos. In quo omnium, quæ possunt in ægris animadverti, symptomatum, in omnibus morbis, causæ & eventus copiosè, & luculenter exponuntur. Omnia à Galeno, Hollerio, Duretо, & Jacotio, fidelissimis summi Hippocratis interpretibus, deprompta. Lugduni, apud Claud. Morillon, 1613, in 8.

ANTONIUS DEUSINGIUS

☉ *Natus Meursæ Anno Christi 1612, Patre Johann. Ottone Deusingio, in Militiâ Belgicâ Signifero: Arabicæ, Persicæ & Turcicæ Linguæ peritus: nactо in Academia Lugdunensi Batav. Doctoris Medicinæ titulo, in patria tam diu Medicinam fecit, donec Groningæ, 1638 Matheseos Professor Publ. denominaretur. Sed hinc mox sequente anno, nempe 1639 Harder-vicum secessit ad Professionem Physicæ & Matheseos, itemq; functionem Medici dictæ Urbis ordinarii. Anno 1647 iterum Groningæ Medicus Provincialis, simulq; hoc ipso anno, Philosophiæ Magistri titulo assumpto, Philosophiæ & Medicinæ Professor, tandemq; 1652 Illustr. Comitis Nassoviæ, Wilhelmi Friderici, Frisiæ Gubernatoris, Medicus Aulicus constitutus est. Obiit Groningæ 1666, ætatis suæ 54.*

☉ Canticum Principis Abi-Alis, Ibn Sinæ, vulgò dicti Avicennæ, de Medicina, seu, breve, perspicuum, & concinnè digestum Institutionum Medicarum Compendium. Cui adjecti Aphorismi Medici Johannis Mesuæi, *Damasceni*. Ex Arabico Latinè reddita. Accessit Ejusdem Authoris Oratio de Felicitate Sapientum. Groningæ, apud Johannem Nicolai, 1649, in 12.

Synopsis Medicinæ universalis, seu Compendium Institutionum Medicarum. Publicis Disputationibus exhibitum ac ventilatum. Groningæ, apud Joh. Nicolai, 1649, in 12.

Idea Doctrinæ de Febribus, breviter, perspicuè, ac methodicè, proposita, publicæque ventilationi submissa. Groningæ, apud Viduam Edzardi Agricolæ, 1655, in 12.

Anatome parvorum naturalium; seu,

©BIUM

seu, Exercitationes Anatomicæ ae Physiologicæ, de Partibus humani corporis, Conservationi Specierum inservientibus. Gröningæ, apud Joh. Sas, 1651, in 4.

☽ Dissertationes duæ. Prior, de Motu Cordis & Sanguinis. Altera, de Lacte, ac Nutrimento Fœtus in Utero. Gröningæ, apud Joh. Cöllen, 1651, in 4. Ibid. apud Franc. Bronckhorst, 1655, in 12. Huic secundæ Editioni accesserunt I. Notæ ad Dissertationem de Motu Cordis & Sanguinis Viri alicujus Clariss. II. Commentarius Authoris in Dissertationem eandem adversus Notas prædictas. III. Objectiones Viri Clariss. D. Johannis Andreæ Schmitzii adversus Dissertationem de Lacte; atque Responsiones Authoris; aliaq; huc spectantia. IV. Dissertatio de Lacte D. Johann. Anton. van der Linden. V. Exercitatio Physiologica de Lacte D. Hermanni Conringii. VI. Dissertatio de Venæsectione in Pleuritide ipsius Deusingii. VII. Ejusdem Oratio Panegyrica de Judicii Difficultate.

☽ Genesis Microcosmi, seu, de Generatione Fœtus in utero. Dissertatio. Gröningæ, apud Joh. Nicolai, 1653, in 12. Amstelodami, apud Petrum van den Berge, 1665, in 12. Huic Editioni accesserunt Ejusdem Authoris Curæ Secundæ de Generatione & Nutritione.

☽ Disquisitio Medica, de Morborum quorundam superstitiosâ origine, & curatione; speciatim de morbo vulgò dicto Manschlacht, ejusque curatione. Item: De Lycanthropia: nec non de Surdis ab Ortu, Mutisque, ac illorum cognitione. Ubi & de Ratione & Loquela Brutorum animantium. Gröningæ, apud Joh. Cöllen, 1656, in 4. Extat etiam cum ejusdem Authoris Fasciculo Dissertationum selectarum unà editarum. Gröningæ, 1660, in 12. Ibidem, 1664, in 12.

☽ Dissertatio, de Morbo Manschlagt, ejusq; curatione, separatim edita. Gröningæ, 1656, in 12.

☽ Dissertatio, de Mandragoræ Pomis, vulgò Pisse-Diefies. Gröningæ, 1659, in 12.

☽ Dissertationes, de Unicornu: Lapide Bezoar: Pomis Mandragoræ: illiusque Mangoniis, vulgò dictis Pisse-Diefjes: Agno vegetabili: Anseribus Scoticis. Gröningæ, apud Joh. Cöllen, 1659, in 12. Extant etiam cum Ejusdem Authoris Fasciculo Dissertationum selectarum unà editarum. Gröningæ, 1660, in 12. Et Ibidem, 1664, in 12. Item cum Ejusdem Vindiciis Fœtus extra uterum geniti. Ibidem, 1664, in 12.

Idea Fabricæ Corporis Humani: seu, Institutiones Anatomicæ, ad Circulationem Sanguinis, aliaque Recentiorum Inventa, accommodatæ. Gröningæ, apud Francisc. Bronckhorst, 1659, in 12.

☽ Dissertationes, de Manna, Saccharo, & Monocerote, separatim editæ. Gröningæ, apud Joh. Cöllen, 1659, in 12.

⊙ Disquisitio gemina de Peste. Prior, an Contagiosa Pestis sit? Altera,

ra, an vitanda? Et quomodo? illæsâ charitate. Gröningæ, apud Franciſcum Bronchorſtium, 1656, in 12.

☽ Tractatus de Peſte. In quo de Peſtis Natura, Cauſis, Signis, Præſervatione, ac Curatione agitur. Gröningæ, apud Franciſcum Bronckhorſtium, 1658, in 12.

⊙ Exercitationes de Motu Animalium, ubi de Motu Muſculorum, & Reſpiratione; itemq; de Senſuum Functionibus, ubi & de Appetitu Senſitivo, & Affectibus. Gröningæ, apud Franciſcum Bronckhorſtium, 1661, in 12.

⊙ Faſciculus Diſſertationum ſelectarum, primùm per partes editarum; nunc verò ab ipſo Authore collectarum ac recognitarum: Cum Auctario. Gröningæ, apud Johannem Collenium, 1660, in 12. Continentur autem hoc Faſciculo Diſſertationes ſequentes: De Morborum quorundam ſuperſtitioſâ Origine & Curatione: de Morbo Manſchlacht vulgò dicto, ejusq; Curatione: de Lycanthropia: de Surdis ab Ortu, Mutisq;, ac illorum Cognitione: de Ratione & Loquela Brutorum Animantium: de Unicornu: de Lapide Bezaar: de Manna: de Saccharo: de Mandragoræ Pomis, pro Doudaim vulgò habitis: de Mandragoræ Mangoniis, vulgò dictis Piſſe-Diefies: de Agno vegetabili: de Anſeribus Scoticis: de Pelicano: de Phœnice: de Unicornu Africano.

⊙ Oeconomia Corporis Animalis, in quinque Partes diſtributa. Pars I. quâ continetur, de Nutritione Animalium, Exercitatio Phyſiologico-Medica. Gröningæ, apud Franciſcum Bronckhorſtium, 1660, in 12. Cujus ſunt Sectiones ſequentes: 1. De Generationis & Nutritionis Differentiâ, hujusq; ratione formali. 2. De Efficiente Cauſa Nutritionis, hujusq; Neceſſitate. 3. De Materia Nutritionis. 4. De Fame & Siti.

⊙ Pars II. ſive, de Nutrimenti in Corpore Elaboratione, Exercitationes Phyſico-Anatomicæ. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem. Hâc continentur ſequentes Exercitationes 1. De Chylificatione & Chyli Motu. 2. De Sanguificatione. 3. De Depuratione Alimenti in Corpore. 4. De Spiritibus. Cum Appendice: de Chyli Motu, & Nutrimenti in Corpore Elaboratione: nec non de Admirandâ Anatome Nobiliſſimi Viri, Ludovici Bilſii. Hæc Exercitatio, quæ ſeparatim extat, excuſa eſt Gröningæ, apud Franciſcum Bronckhorſtium, 1661, in 12.

⊙ Pars III. ſive, de Nutrimento Animalium ultimo, Exercitat. Phyſico-Anatomic. Gröningæ, 1660, in 12. Hæc complectitur Exercitat. ſeqq. 1. de Uſu Sanguinis. 2. De Nutritii Succi per Nervos influentis Commentum: Item Diſſertationem Epiſtolicam de Hepatis Officio: & Appendicem ad Diſſertationem de Hepatis Officio; ſeu, Vindicias Hepatis Redivivi.

⊙ Pars IV. ſive, de Motu Animalium, Exercitation. Phyſico-Anatomicæ,

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 90 sur 1339

©BIUM

tomicæ. Gröningæ, 1661, in 12. Cujus Exercitatio 1. agit de Motu Muſculorum: 2. De Reſpiratione.

⊙ Pars V. De Senſuum Functionibus, ſeu Exercitationes tres; quarum 1. eſt de Senſuum Functionibus in genere: 2. de Senſuum Functionibus in ſpecie: 3. De Appetitu Senſitivo, & Affectibus. Hæ Exercitationes in Oeconomia Corporis Animalis contentæ, etiam ſeparatim extant; omiſso titulo Oeconomiæ. Prodieruntq; eædem Editiones eodem anno, formâq; eâdem.

⊙ Oeconomus Corporis Animalis, ac ſpeciatim de Ortu Animæ Humanæ, Diſsertatio. In qua demonſtratur, non eſse Homini ſimpliciter impoſsibile, per naturale Intellectus Lumen ſeipſum noſse; oppoſita Conceptibus Excellentiſsimi Viri, D. Gualter. Charletonis. Gröningæ, apud Johannem Cöllenium, 1661, in 12.

⊙ Oeconomus Corporis Animalis Reſtitutus. In quo genuinus Animæ humanæ Ortus, itemq; poſsibilis Cognitio ſui ipſius, aſſeruntur ac muniuntur. Gröningæ, 1662, in 12.

⊙ Apologeticæ Defenſionis pro Oeconomia Corporis Animalis, Prodromus; quo perſonato cuidam Benedicto Blotteſandeo larva detrahitur. Cui additum Specimen Ingenii, Indolis ac Religionis, quibus claret Blotteſandeus: Nec non Vindiciarum Hepatis Redivivi Supplementum. Gröningæ, apud Franciſcum Bronckhorſt. 1662, in 12.

⊙ Reſurrectio Hepatis aſſertæ, contra Socium larvatum, Vincentium Schlegelium, ſub perſonati Blotteſandei Cohorte furioſâ, Signiferum. Acceſſit Diſquiſitio ulterior de Chyli Motu: & Officio Hepatis. Gröningæ, apud Franciſcum Bronckhorſtium, 1662, in 12.

⊙ Sympathetici Pulveris Examen: Quo ſuperſtitioſa ac fraudibus Cacodæmonis implicita Vulnerum & Ulcerum Curatio in diſtans, per rationis trutinam, ad ipſas naturæ leges, expenditur; Subverſis Curæ Sympatheticæ Fundamentis, ab Illuſtriſs. Comite Dighbæo, nec non D. D. Papinio & Mohyo poſitis. Gröningæ, apud Johannem Cöllenium, 1662, in 12.

⊙ In Sylvam Echo: ſeu, Sylvius Heavtontimorumenos. Cum Appendice de Bilis & Hepatis Uſu: Itemq; Exercitatione: Utrum Medicina ſit Scientia, an Ars? Sylvianæ Vitiligationi oppoſitâ. Gröningæ, apud Johannem Cöllenium, 1663, in 12.

⊙ Diſquiſitio Anti-Sylviana de Calido Innato, & aucto in Corde Sanguinis Calore. Quâ Celeberrimi Viri, Franciſci Sylvii Suſpiciones, Opiniones, ac Conjecturæ, (ut ab ipſo dicuntur) quin imò verè Ineptiæ ejus & Nugæ ad libellam veritatis expenduntur, excutiuntur, ac refutantur. Gröningæ, apud Franciſcum Bronckhorſtium, 1663, in 12.

⊙ Diſquiſitio Anti-Sylviana, de Motu Cordis & Arteriarum. Quâ Celeberrimi Viri, Franciſci Sylvii Ineptiæ & Nugæ ad libellam veritatis

tatis expenduntur, excutiuntur, ac refutantur. Gröningæ, apud Franciſcum Bronckhorſtium, 1663, in 12.

⊙ Diſquiſitio Anti-Sylviana, de Signo Febrium Pathognomonico: quod Fundamenti loco habendum ſit pro Febrium Eſſentiâ inveſtigandâ. Cum Præfatione, Epiſtolam Cacologeticam Sylvii concernente: et Additamento, ad erroneam Sylvii Experientiam ſpectante, quâ is Febres frigidas cum Helmontio comminiſcitur. Gröningæ, apud Franciſcum Bronckhorſtium, 1664, in 12.

⊙ Sylva Cædua Cadens: ſeu, Diſquiſitiones Anti-Sylvianæ, de Alimenti aſſumpti Elaboratione & Diſtributione; quarum I. de Alimentorum Fermentatione in Ventriculo. II. De Chyli à Fœcibus alvinis ſecretione, & in vaſa meſaraica propulſione. III. De Chyli Mutatione in ſanguinem, ac Circulari ſanguinis Motu. Præmiſſa eſt Præfatio, Cauſas Sylviani in Deuſingium Furoris nudè repræſentans; ſimulq; Sylvium injurioſum Aggreſſorem evidenter demonſtrans. Gröningæ, apud Franciſcum Bronckhorſtium, 1664, in 12.

⊙ Sylva Cædua Jacens: ſeu, Diſquiſitiones Anti-Sylvianæ ulteriores; quarum I. de Spirituum Animalium in Cerebro Cerebelloq; Confectione: per Nervos Diſtributione, ac Uſu vario. II. De Lienis & Glandularum Uſu. Addita eſt Diſſertatio, de Natura. Gröningæ, apud Johannem Cöllenium, 1665, in 12.

⊙ Diſputatio Anatomico-Medica, de Chyli à Fœcibus alvinis Secretione, ac Succi Pancreatici Naturâ & Uſu. Gröningæ, 1665, in 4.

⊙ Examen Anatomes Anatomiæ Bilſianæ: ſeu, Epiſtola de Chyli Motu, ad Excell. Virum, D. Johannem Caſparum Fauſium. Gröningæ, apud Franciſcum Bronckhorſtium, 1665, in 12.

⊙ Exercitatio, de Admiranda Anatome Ludovici de Bils. Extat cum Ludovici Bilſii Reſponſione ad Admonitiones Johannis ab Horne. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1661, in 4.

⊙ Hiſtoria Fœtus extra Uterum in Abdomine geniti, ibidemq; per ſex prope luſtra detenti, ac tandem lapideſcentis, Conſideratione Phyſico-Anatomicâ illuſtrata. Gröningæ, apud Johannem Cöllenium, 1661, in 12. Extat etiam cum Laurentii Strauſii Reſolutione Obſervationis ſingularis Muſipontanæ Fœtus extra Uterum in Abdomine retenti, tandemq; lapideſcentis. Darmſtadii, apud Chriſtophorum Abelium, 1661, in 4. Ibidem, 1663, in 4. Extat etiam cum Johannis Benedicti Sinibaldi Geneanthropia. Francofurti, apud Petrum Zubrodtum, 1669, in 4.

⊙ Fœtus Muſipontani extra Uterum in Abdomine geniti Secundinæ detectæ. Gröningæ, 1662, in 12.

⊙ Fœtus Hiſtoria Partus infelicis; Quo Gemellorum ex Utero in Abdominis cavum elapſorum oſſa ſenſim, multis annis poſt, per Abdomen ipſum in lucem prodierunt.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 92 sur 1339

©BIUM

Unà cum Reſolutione. Gröningæ, 1662, in 12.

⊙ Vindiciæ Fœtus extra Uterum geniti: nec non quorundam Scriptorum ſuorum Faſciculo Diſſertationum ſelectarum comprehenſorum de Unicornu, Lapide Bezaar, Mannâ, Saccharo, Agno Vegetabili, Anſeribus Scoticis, Pelecano, Phœnice, contra Bernhardi à Doma furioſos Inſultus: Ut & aliquarum Elegantiarum Philologicarum Examen: ſeu, Calonum Caterva disjecta: cujus Anteſignanus Antonius Roſinus perſonatus. Gröningæ, apud Johannem Cöllenium, 1664, in 12.

⊙ Conſiderationes circa Experimenta Phyſico-Mechanica Roberti Boylei, de Vi Aeris elaſtico, & ejusdem effectibus; quibus Obſervata illius rationibus Philoſophicis, omne Vacuum, ipſumq; elaterem Aeris Pecquetianum arcentibus, illuſtrantur. Gröningæ, 1662, in 8.

⊙ Diſquiſitio Phyſico Mathematica gemina, de Vacuo: Itemq; de Attractione: quibus probatur, nullum in rerum natura dari, vel poſſe dari Vacuum; ipſaq; experimenta variorum pro Vacuo probando hactenus afferri ſolita expenduntur ac refelluntur; Oſtenditurq; (contra J. Pecquetum imprimis) non Pulſione duntaxat, ſed & Tractione in rerum natura fieri motum. Amſtelodami, apud Petrum van den Berge, 1661, in 12.

⊙ ANTONIUS EVERHARDUS, *Mediobergenſis*

Novus & Genuinus Hominis Brutiq; Animalis Exortus. Mediobergi, apud Franciſcum Kroock, 1661, in 12.

Lux è tenebris affulſa ex Viſcerum Monſtroſi Partus Enucleatione. Ibidem, apud Jacobum Firenſium, anno & formâ eâdem.

Collatio Antiqui Morbi recrudeſcentis cum Gallico vel Indico. Mediobergi, apud Franciſcum Kroock, 1661, in 12.

⊙ ANTONIUS FELIX, *Abbas Marſilius*

De Ovis Cochlearum, Epiſtola, ad Marcell. Malpighium. Extat cum Joh. Jacob. Harderi Epiſtolis aliquot, de Partibus Genitalibus Cochlearum: Generatione item Inſectorum ex Ovo, ad Præfatum Abbatem, & Lucam Schröckium. Auguſtæ Vindelicorum, apud Theophilum Gœbelium, 1684, in 12.

ANTONIUS FENOTUS

Alexipharmacum ad Virulentias Joſ. Quercetani, evomitas in Libellum Jac. Auberti, de Ortu & Cauſis Metallorum, contra Chymiſtas. Baſileæ, 1576, in 8.

ANTONIUS FONSECA, *Uliſſiponenſis*

De Epidemia Febrili graſſante in exercitu Regis Catholici in inferiori Palatinatu anno 1620, & 1621, Tractatus. In quo Febris malignæ eſſentia, cauſæ, ſigna diagnoſtica, & prognoſtica, & methodus curativa, Philoſophicè & Medicè elucidantur. Mechliniæ, apud Henr. Jaye, 1627, in 4.

ANTO-

ANTONIUS FORNESIUS

De Peſte, ejusque curatione, Liber. Baſileæ, apud Bryſing, 1583, in 4.

ANTONIUS FORTOLUS, *Joſerienſis*

Galeni Libr. de Venarū, Arteriarumque Diſſectione interpretatus eſt.

ANTONIUS FRANCANCIANUS

Vicentinus, Medicus Patavinus, Vixit A.C. 1540. Juſtus in Chronol. Medic.

De Morbo Gallico, Liber. Patavii, apud Luc. Berzellum, 1564, in 4. Bononiæ, apud Peregr. Bonardum, 1564, in 4. Nunc primùm à mendis, quibus in prima Editione circumfluebat, vindicatus, ac è tenebris in lucem revocatus à Camillo Corbio, *Viterbienſi*. Venetiis, apud Franc. Laurentianum, 1565, in 8. Operis de Morbo Gallico, Tom. I. pag. 721.

Conſilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wechelī Hæredes, 1598, in fol. & cum Victoris Trincavellii Conſiliorum Libris.

⊙ Lectiones Practicæ. Extant cum Georg. Hieronym. Velſchii Conſil. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthaſ. Kuenium, 1676, in 4. itemq; cum Ejusdem Exoticar. Curat. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

ANTONIUS FUMANELLUS

Veronenſis, Medicus longo rerum uſu per totam Italiam exercitatiſſimus. Floruit A.C. 1529. Juſtus in Chronol. Medic.

Opera multa & varia, cùm ad tuendam ſanitatem, tum ad profligandos morbos plurimùm conducentia. Tiguri, apud Andr. Geſnerum, 1557, in fol. Pariſiis, apud Claud. Morellum, in fol. Magdeburgi, apud Joh. Franck, 1592, in fol.

Librorum tituli ſunt:

De Vita & moribus Galeni, Compendium.

De Senum regimine, ſive, de eorum ſalubri victu, Commentarius.

De Balneis Aquæ potabilis, Libellus.

De Vini temperatura & facultatibus, Commentarii.

Bacchi Sylva, de Vitium, uvæ, vinique facultatibus.

Reſponſiones ad Librum Conſalvi Barredæ, *Hiſpani*, de Vini facultatibus.

Epiſtola medicinalis ad Andaſium, in qua quorundam errrata corriguntur de Vini facultatibus.

Propugnacula tria contra aſſerentes, Vinum humidum eſſe.

De Roſarum, partiumque ipſarum, & omnium, quæ ex roſis fiunt, facultatibus.

De Compoſitione medicamentorum generis cujuscunque, ad morbos diverſos.

Febrium dignoſcendarum, & curandarum abſolutiſſima Methodus.

De Peſtis curatione, Liber.

De Lepra & Elephante morbo, eorumque curatione, Libellus.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 94 sur 1339

De Rheumate, ſeu, deſtillatione à capite, Libellus.

De Capitis uſtione, in oculorum, & pulmonis morbis, ab humorum defluxu.

De Calvariæ fractura, & ejus curatione, vulnere pectoris, & pulmonis, phlegmoneque, Conſilium.

De Ventriculi affectibus præter naturam, Epiſtola.

De Recrementorum corporis humani præternaturali retentione, & evacuatione, Liber.

De Sanguinis ab ore rejectatione, pulſus intermiſſione, ſonitu & gravedine, in imo pectoris perceptis, Conſilium.

De totius corporis virium imbecillitate, capitis præcipuè, vertigine, renum dolore, & calculo, Conſilium.

De Morbis variis, in viis urinariis contingentibus, Commentarius.

Seorſim prodierunt:

Febrium dignoſcendarum & curandarum abſoluta Methodus. Conſilium chirurgicum, de Calvariæ fractura, pectoris & pulmonis vulnere, phlegmoneque. Hiſtoria & curandi ratio pro Urinæ reddendæ difficultate. Item, an mineralis aqua urinæ conveniat? De Balnei ferrati facultatibus, ferrique naturâ. De Balneis aquæ ſimplicis. Conjunctim edita. Baſileæ, apud Joh. Oporinum, 1542, in 4.

De Balneorum Aquæ ferratæ facultatibus, & præſertim Calderianæ. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 183.

De Compoſitione medicamentorum, & Peſtis curatione, Libri duo. Venetiis, apud Hier. Scotum, 1548, in 8.

☉ Commentarius, de Vino, & Facultatibus Vini, deq; quorundam Quæſitorum Diſſolutione. Venetiis, apud Johannem Patavinum, & Venturinum Roffinellum, 1536, in 4.

ANTONIUS GALFREDUS,

Condriaceus

In Librum novæ Academiæ Hetruſcorum, ac contra Avicennam & Meſuem, Apologia. Extat cum CribrationeMedicamentorumSymphoriani Campegii. Lugduni, apud Sebaſt. Gryphium, 1534, in 8.

ANTONIUS GALLUS

De Ligno Sancto non permiſcendo. Idem in Imperitos fucatosque Medicos Pariſiis, apud Simonem Colineum, 1540, in 8.

De Arthritide, Conſilia quædam. Extant in eo Opere, quod Henricus Garetius edidit. Francof. apud Joh. Wechelum & Petr. Fiſcherum, 1592, in 8.

ANTONIUS GAZIUS

Patavinus. Vixit ſub Venetorum dominio, A. C. 1504. Juxta alios 1490. Juſtus in Chronol. Medic.

☽ Florida Corona, quæ ad ſanitatis hominum conſervationem ac longævam vitam perducendam ſunt perneceſſaria, continens. Venetiis, apud Johannem de Forlivio, & Gregorium, Fratres, 1491, in fol. Lugduni; apud Gilbertum Villiers, 1514. in 4. Ib. apud Seipionem de Gabiano, 1534, in 8.

Æra-

Ærarium Sanitatis. Ejusdem de Vino & Cerevisia, Tractatio. Augustæ, 1546, in 8. Patavii, apud Jacob. Fabianum, 1549, in 8.

De Somno & Vigilia, Libellus. Extat cum Constantini Aphricani Operibus reliquis. Basileæ, apud Henr. Petri, 1539, in fol.

☽ Quo medicamentorum genere Purgationes fieri debeant; sive, de Ratione Evacuandi, Libellus. Basileæ, apud Henr. Petri, 1541, in fol. Extat etiam cum Methodo Medendi Albucasæ: itemq; cum Arnoldi Catalani Regulis Universalibus Curationis Morborum. Basileæ, apud Henricum Petri, 1565, in 8.

ANTONIUS GENDRE,

Arvernus

De Febre Epidemica in Montisalbani obsidione grassatâ, Medica Dissertatio. Quâ popularium morborum, febriliumque symptomatum diagnosin, prophylacticen, & therapejam charus Apollineæ disciplinæ Alumnus acutissimè rimabitur. Lugduni, apud Anton. Chard, 1626, in 8.

ANTONIUS de GRADI

Mediolanensis, Principis Ducatus Mediolanensis Medicus. Vixit A. C. 1468. Justus in Chronol. Medic.

☽ De Febribus, Tractatus; signa, causas, & curas Febrium complectens. Lugduni, apud Jacobum Myt, 1517, in 4. cum aliis ejusdem argumenti, apud Johan. Moulin, 1527, in 4. Extat etiam cum Johan. Matthæi de Gradi Practica, quem vide suo loco: itemq; cum Clementii Clementini Lucubrationibus. Basileæ, apud Henricum Petri, 1535, in fol.

♀ ANTONIUS le GRAND,

Duacensis

Historia Naturæ, variis Experimentis & Ratiociniis elucidata. Secundum principia stabilita in Institutione Philosophiæ. Londini, apud J. Martin, 1673, in 8. Norimbergæ, apud Johann. Ziegerum, 1678, in 8. Londini, apud J. Martin, 1680, in 4. Hæc postrema Editio prioribus auctior est.

Dissertatio, de Carentia Sensus & Cognitionis in Brutis. Norimbergæ, apud Johannem Ziegerum, 1679, in 8.

Institutio Philosophiæ, secundum Principia D. Renati Des-Cartes, novâ Methodo adornata & explicata. Londini, apud J. Martin, 1680, in 4. Noribergæ, apud Johannem Ziegerum, 1683, in 4. Agit autem hæc Parte I. de Logica: Part. II. de Theologia Naturali, seu, de Summo Numine: Part. III. de Dæmonibus, seu, de Intelligentiis & Spiritibus creatis, Geniis, & Dæmonibus, quos Angelos vocare solemus: Part. IV. de Physica generali: Part. V. de Physica speciali, & quidem de Mundo & Cœlo in specie: Part. VI. de quatuor Corporibus magnis: Terra, Aqua, Aere, & Igne, & quæ mixta vel composita ex iis oriuntur: ubi etiam de Metallis & Meteoris: Part. VII. de Viventibus in genere, atque etjam in specie de Plantis & Animalibus: Part. VIII. de Homine, quoad Corpus ejus spectato: Part. IX. de

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 96 sur 1339

©BIUM

de Homine, quoad mentem (alterâ ejus parte) ſpectato. Part. X. de Vita Hominis rectè inſtituendâ.

Curioſus Rerum abditarum, Naturæq; arcanorum Perſcrutator, ſeu, Compendium rerum jucundarum & memorabilium, in quo naturæ arcana, multæ rerum ſympathiæ & antipathiæ, & Authoris obſervationes referantur. Francofurti, 1681, in 12. ſine nomine Imprimentis. Noribergæ, apud Johannem Ziegerum, 1681, in 8.

Apologia, pro Renato Des-Cartes, contra Samuelem Parkerum, S. T. P. Archi-Diaconum Cantuarienſem. Norimbergæ, apud Johannem Ziegerum, 1681, in 8.

ANTONIUS GVAINERIUS

☽ *Natus Ticini, Urbe Italicâ in Statu Mediolanenſi: Profeſſor Publ. in Academia patria, & Medicinæ Practicus. Claruit tempore Concilii Baſilienſis, ſub Sigismundo & Alberto II. Imperatoribus. Obiit in patria circa Annum Chriſti 1440.*

Opus præclarum ad Praxin: *cujus hi ſunt tituli:*

De Ægritudinibus Capitis.
De Ægritudinibus Oculorum.
De Ægritudinibus Aurium.
De Ægritudinibus Narium.
De Ægritudinibus Gutturis.
De Ægritudinibus Pectoris & Pulmonis.
De Ægritudinibus Cordis.
De Pleureſi.
De Fluxibus.
De Ægritudinibus Matricis.
De Ægritudinibus Junctturarum.
De Calculoſa Paſſione.
De Peſte.
De Venenis.
De Febribus.
De Balneis.
Antidotarium.

Cum Johan. Falconis in hæc omnia Additionibus. Papiæ, apud Bernhardinum de Garaldis, 1518, in 4. Lugduni, ſumptibus Conſtant. Frœdin, in ædibus Jac. Myt, 1525, in 4.

De Balneis Aquæ civitatis antiquiſſimæ, Commentariolus. Extat in Opere Veneto de Balneis, pag. 43.

ANTONIUS GUNTHERUS BILLICHIUS

De tribus Chymicorum Principiis, & Quinta eſſentia, Exercitatio. Bremæ, apud Thom. Villerianum, 1621, in 8.

Ad Animadverſiones, quas Anonymus quidamin Angeli Salæ Aphoriſmos Chymiatricos conſcripſit, Reſponſio. Lugd. Bat. apud Gottofredum Baſſon, 1622, in 8.

Obſervationum ac Paradoxorum Chymiatricorum, Lib. 11, quorum unus medicamentorum præparationem: alter eorundem uſum ſuccinctè perſpicuêque explicat. Lugd. Batav. apud Joh. Maire, 1631, in 4.

De Natura & Conſtitutione Spagyrices emendatæ. Exercitatio. Helmæſtadii, apud Zachariam Raben, 1623, in 4.

☽ Theſſalus in Chymicis redivivus: id eſt, de Vanitate Medicinæ Chymicæ Hermeticæ ſeu Spagyricæ. Diſſer-

dissertatio. Ejusdem Anatomia Fermentationis Platonicæ. Accesserunt de eadem Hermanni Conringii Exercitationes, & Danielis Sennerti Epistola. Francof. apud Johan. Beyerum, 1639, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1643, in 8.

Petri Laurembergii Deliria Chymica. Bremæ, apud Thomam Villier, 1625, in 8.

Exercitium Chymicum ultimum ac supremum. Ibidem, apud Eundem, 1625, in 8.

Assertionum Chymicarum Sylloge, opposita Petro Laurembergio. Helmæstadii, apud Zachar. Raben, 1624, in 4.

⊙ ANTONIUS de HEIDE

Anatome Mytuli, Belgicè Mossel, structuram elegantem ejus motumq; mirandum exponens. Nec non Centuria Observationum Medicarum. Amstelodami, apud Jansonio-Wäsbergios, 1683, in 8.

ANTONIUS JODON, *Autissiodorensis*

Observatio de Hydrope Ventriculi. Extat cum Observationibus Lazari Riverii, apud Milonem Flescher, 1646, in 8, pag. 354.

ANTONIUS LANCELLOTUS

De Peste. Venetiis, 1635, in fol.

ANTONIUS LAURENTIUS POLITIANUS

De Risu, ejusque causis, & effectis, dilucidè ac philosophicè tractatis, Libri duo. Extant cum Nicandri Jossii Opusculis de Voluptate, & dolore, &c. Francof. apud Wolf. Richterum, 1603, in 8.

⊙ ANTONIUS van der LINDEN, *Nerdenus*

Observatio rara de Monstrosis Vermibus. Extat cum Adriani Spigelii Operibus, quæ extant, omnibus, à Johan. Antonid. van der Linden recensitis. Amstelodami, apud Johannem Blaeu, 1645, in fol. reg.

⊙ ANTONIUS LOBETTUS

De Foco Putredinis in Febribus Intermittentibus, Disputatio; cum Ferdinandi Menæ Commentariis. Augustæ Taurinorum, 1625, in 8.

ANTONIUS LUDOVICUS

Olyssiponensis. Vixit Anno Christi 1538. Justus in Chronol. Medic.

De Re Medica, Opera. Olyssiponæ, apud Ludov. Rotorigium, 1540, & 1543, in fol.

Sunt autem:

Erotematum, sive Commentariorum in Libros de Crisibus Galeni, Libri tres.

Erotematum numeri ternarii Libri sex, in quibus tota ferè Ars Medica continetur.

Erotemata de difficili Spiratione.

Erotematum de usu respirationis, Liber alius.

De Corde, Liber unus absolutissimus, in quo tum Aristotelis quamplurimi errores explicantur, tum verò plurimæ quæstiones enodantur.

Galeni Liber de Ptisana.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 98 sur 1339

©BIUM

Galeni de eo, quòd ſit animal id, quod utero continetur.

De eo, quòd Galenus animam immortalem eſſe dubitaverit, Liber unus.

Annotationes aliquot in Aphorismos Hippocratis.

Expoſitio in Aphorismum decimum ſextum primæ ſectionis apud Hippocratem.

Expoſitio in Definitionem, quam de Humoribus Avic. aſſignat.

Galeni de Prænoſcendo, Libellus.

De Erroribus Petri Apponi in Problematis Ariſtotel. exponendis.

De Occultis Proprietatibus, Libri quinque. Olysſipponæ, apud Ludov. Rotorigium, eodem anno, in fol. Additi ſunt, de Empiricis, & Miſcellaneis quibusdam, Liber unus, & de Pudore Liber unus.

ANTONIUS MARIA BETTUS, *Mutinenſis*

In Quartam Fen Primi Canonis Avicennæ, Commentarius. Ejusdem Quæſtio de Rhabarbaro. Bononiæ, apud Alex. Benartium, 1562, in fol. apud Roſſium, 1591, in fol.

De Cauſa conjuncta, deque bilis coctione in Febribus, Tractatus. Bononiæ, apud Anton. Giaccarellum, 1566, in 8.

De Prandio & Cœna, Libri, adverſus Oddum de Oddis. Mediolani, in 4.

ANTONIUS MARIA PAROLINUS *Ferrarienſis. Vixit Anno Chriſti, 1534. Juſtus in Chronol. Medicâ.*

Conſilium de Tumore hypochondriorum, dolore Abdominis, Febri & Melancholiâ. Extat eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Johan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 244.

ANTONIUS MARIA VENUSTUS, *Tergeſtinus*

Conſilia Medica: in quibus vera quædam conſultandi methodus proponitur, multi morbi cum ſuis cauſis & ſignis conſiderantur, multæ & arduæ quæſtiones medicæ pertractantur. Venetiis, apud Franciſcum Zilettum, 1571, in 4. Francof. apud Johan. Sartorium. 1605, in 4. Accesſere breves in re Medicâ Jul. Cæſ. Claudini Tractatus, politi à D. Joſeph. Lautenbachio.

ANTONIUS MARTORELLUS, *Luſitanus*

Commentaria in primum Galeni Librum de Pulſibus ad Tyrones, qui inſcribitur de Pulſibus ad Theuthram.

Commentaria in Librum Galeno adſcriptum de Urinis. Utraque Msp. Extant in Bibliotheca Johannis Antonid. van der Linden.

⊙ ANTONIUS MENIOTIUS, *Pariſienſis*

Hiſtoria & Curatio Febrium Malignarum. Acceſſerunt Diſſertationes Pathologicæ: De Delirio in genere: Paraphroſine: Furore Uterino: Hydrophobia: Incubo: Catalepſi: Convulſione ſpuria, & Spasmo Cynico: Catarrho: Rhevmatismo: Mydriaſi: Phthiſi pupillæ: Bombis Aurium: Aphoniâ: Voce depra-

depravatâ, clangosâ scilicet & raucedine: Mutitate & Balbutie: Cholerâ: Dysenteriâ hepaticâ: Atrophiâ. Parisiis, apud Thomam Jolly, 1662, in 4. Hæc altera Editio multâ commentatione ac meditatione passim locupletata, selectisq; aliquot Dissertationibus plusquàm duplo adaucta est.

Epistola Apologetica de Variis Sectis amplectendis. Extat cum Johannis Andreæ Smitzii Medicinæ Practicæ Compendio à Christiano Constantino Rumpfio tertiùm aucto & recensito Editionis tertiæ. Ultrajecti, apud Johannem Ribbium, 1682, in 12.

ANTONIUS MERINDOLUS, *Aquensis*

De Calido innato, & Humido primigenio. Lugduni, apud Leonem Savine, 1615, in 8.

Selectæ Exercitationes VIII. Lutetiæ Paris. apud Edmundum Martinum, 1617, in 8.

Ars Medica in duas partes secta, in qua non solùm ea explicantur, quæ ad Medicinam discendam sunt necessaria; sed multa etiam quæ Theologos & Philosophos recreare valeant, continentur. Accessit sub finem Exercitationum medicinalium Decas unica. Aquis-Sextiis, apud Johan. Roize, 1633, in fol.

ANTIOCHUS de MERY

Perioche septem Librorum primorum Methodi Galeni, cum quibusdam tum ab eodem, tum aliis Auctoribus traductis, ut vocant, Receptionibus. Parisiis, apud Simon. Colinæum, 1534, in 16.

ANTONIUS MIZALDUS

⊙ *Natus Montluconii in Gallia, Ducatus Borbonici oppido: fuit non solùm Medicus, sed etiam Philosophus & Mathematicus eximius. Obiit Lutetiæ Anno Christi 1578.*

Hortorum Secreta, cultus & auxilia, amœnæ voluptatis, & inenarrabilis utilitatis abunde plena: rerumque variarum accessione illustrata. Lutetiæ, apud Feder. Morellum, 1560, 1575, in 8. Coloniæ Agripp. apud Johan. Gymnicum, 1577, in 8. Parisiis, apud Claud. Morellum, 1607, in 8.

De Hortensium Arborum insitione, Opusculum. Lutetiæ; apud Fed. Morellum, 1560. in 8.

Dendr-Anatome: seu Exploratio & dissectio corporis arborei in sua sigillatim membra & partes. Ubi de earum officiis, nutritione, succis, humoribus, & aliis. Ibidem, 1575. in 8. cum Hortorum Secretis. Addito ad finem

De Hominis Symmetria, proportione, & commensuratione, Opusculo.

Alexikepus, seu Auxiliaris & medicus hortus, rerum variarum & secretorum remediorum accessione locupletatus. Ibid. 1575. in 8. Coloniæ, apud Gymnicum, 1576, in 8.

Artificiosa Methodus comparandorum Hortensium Fructuum, oleorum, radicum, uvarum, vinorum, carnium & jusculorum, quæ corpus

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 100 sur 1339

clementer purgent, & variis morbis, absque ulla noxa & nauſea, blandè ſuccurrant. Lutetiæ, apud Fed. Morellum, 1564, in 8. Coloniæ, apud Gymnicum, 1577, in 8.

☽ Memorabilium utilium, ac jucundorum Centuriæ novem, in Aphorismos Arcanorum omnis generis locupletes perpulchrè digeſtæ. Lutetiæ, apud Feder. Morellum, 1566. in 8. Coloniæ, apud Johan. Birckmannum, 1574, in 12. Acceſſit Democritus Abderita, de rebus Naturalibus, & Myſticis, cum Syneſii, & Pelagii Commentariis. Interprete de Græca lingua Dominico Pizimentio, *Vibonenſi*. Præfatio in omnes hoſce Libros. Francofurti, apud Johannem Wechelum, 1589, in 12. Francof. apud Johan. Wechelum, 1592, in 8. apud Nicol. Hoffmannum, 1613, in 12. Francofurti, 1673, in 12. His poſtremis quatuor Editionibus acceſſit Appendix nonnullorum Secretorum, Experimentorum, Antidotorumque, contra varios morbos, tam ex Libris manuſcriptis, quàm typis excuſis, collecta.

⊙ Mizaldus Redivivus, ſive Centuriæ XII. Memorabilium utilium ac jucundorum in Aphorismos Arcanorum omnis generis locupletes, perpulchrè digeſtæ; partim ab Antonio Mizaldo, Monlucano Medico; partim ex aliis fide dignis probatisq; Authoribus excerptæ. Editio noviſſima, in decem Capita, melioris ordinis gratiâ, diſtributa. Noribergæ, apud Johann. Zigerum, 1681, in 12.

☽ Harmonia Cœleſtium corporum & Humanorum, Dialogis undecim Aſtronomicè & Medicè elaborata & demonſtrata. Francofurti, apud Johannem Wechelum, 1589, in 12. Francof. apud Johannem Wechelum, 1592. in 12. Ibidem, apud Nicol. Hoffmannum, 1613, in 12.

⊙ Ephemeridum Aeris Perpetuarum: ſeu Popularis & Ruſticæ Tempeſtatum Aſtrologiæ ubiq; terrarum & veræ & certæ, Libelli ſeu Claſſes quinque: quarum I. eſt de Pluvia & Serenitate. II. De Rore: III. De Ventis: IV. De Tonitruis: V. De Terræ Motu, Cometis, &c. Ambergæ, apud Johannem Schönfeldium, 1604, in 12.

Memorabilium aliquot naturæ arcanorum Sylvula, rerum variarum Sympathias, & Antipathias, ſeu, naturales concordias & diſcordias, Libellis duobus complectens. Francofurt. apud Johann. Wechelum, 1592, apud Nicol. Hoffmannum, 1613. in 16.

Harmonia ſuperioris naturæ mundi & inferioris: unà cum admirabili fœdere & Sympathia rerum utriusque. Lutetiæ, apud Jac. Kerver, 1555, in 8. apud Morellum, 1578, 1598, in 8. Quibus annectuntur

Paradoxa rerum Cœli, ad Epiponum Philuranum, & ſocios.

Opuſculum de Sena, planta inter omnes, quotquot ſunt, hominibus beneficentiſſima & ſaluberrima. Acceſſit Proclus de Arcanis naturæ. Lutetiæ, apud Morellum, 1572, in 8.

☽ Dio-

☽ Dioclis Caryſtii Medici, ab Hippocrate famâ & ætate ſecundi, auream ad Antigonum Regem Epiſtolam, De morborum Præſagiis, & eorundem extemporaneis remediis interpretatus eſt. Lutetiæ, apud Federicum Morellum, 1572, in 8. Adhæc Arnoldi à Villa-nova Med. præſtantiſſ. Conſilium ad Regem Aragonum, de Salubri hortenſium uſu. De Syrmaiſmo, & ratione purgandi per vomitum, ex Ægyptiorum invento & formula, Johann. Langio Autore. Ibidem, apud Eundem, 1572, in 8.

Omnia autem hæc ſimul, titulo Opuſculorum, edita ſunt Pariſiis, apud Claudium Morellum, 1607, in 8, 2. voll.

Æſculapii & Uraniæ Medicum ſimul & Aſtronomicum ex colloquio conjugium: harmoniam microcosmicam macrocoſmo, ſive humani corporis cum cœlo, paucis figurans, & perſpicuè demonſtrans. Lugduni, apud Johan. Tornæſium, 1550, in 4.

Planetologia, rebus Aſtronomicis, Medicis, & Philoſophicis referta: ex qua cœleſtium corporum cum humanis ſocietas & aptatio facilè demonſtratur. Lugduni, apud Matth. Bonhomme, 1551, in 4.

De Arcanis naturæ, Libri quatuor. Lutetiæ, apud Jacobum Kerver, 1558, in 8.

Cœterorum, quos ſe edidiſſe Autor, aut editurum affirmat, Librorum Catalogus ſeorſim editus fuit, atque plurimis Dioclis Caryſtii Epiſtolæ editionibus ad finem adjectus.

☉ ANTONIUS MOLINETTUS

Diſſertationes Anatomicæ & Pathologicæ de Senſibus, & eorum Organis. Patavii, apud Matthæum Bolzettam de Cadorinis, 1669, in 4.

Diſſertationes Anatomico-Pathologicæ, quibus humani Corporis partes accuratiſſimè deſcribuntur, Morbiq; ſingulas divexantes explicantur. Opus Philoſophis utile, Medicis verò neceſſarium. Venetiis, apud Paulum Ballerium, 1675, in 4.

ANTONIUS MOLLINIUS

De diverſa hominum natura cognoſcendâ, prout à veteribus Philoſophis ex corporum ſpeciebus reperta eſt, Liber. Lugduni, apud Johan. Tornæſium, 1549, in 8.

ANTONIUS MUSA

☽ *Vir clarus. Floruit ſub Marco Agrippa. Archiater Auguſti Cæſaris nobiliſſimus, qui ab eodem quòd ſaluti, à gravi morbo, reſtitutus ab ipſo fuiſſet, amplâ pecuniâ & aureo annulo donatus, & à populo Romano aureâ ſtatuâ in foro honoratus eſt; quod aliis Veteribus Romanis non concedebatur, niſi Senatoribus & Equitibus. Floruit A. ante C. 41. A. M. 3922. Juſtus in Chronol. Medic.*

Libellus de Betonica: quem alii L. Apulejo tribuunt. Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1528, apud Joh. Oporinum, 1549, utrobique in fol. cum aliis de Re medica Libris.

ANTONIUS MUSA BRASAVOLUS

Ferrarienſis, Galeni & Hippocratis Interpres elegantiſſimus. Claruit

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 102 sur 1339

©BIUM

Jub Hercule Eſtenſi, Ferrariæ Duce, & Franciſco Gallorum Rege A. C. 1534. Juſtus in Chronol. Medic. vel ſecundum alios A. C. 1540.

In primum Hippocratis Aphorismum Commentarius. Ferrariæ 1594, in 4.

☽ In octo Libros Aphorismorum Hippocratis, & Galeni. Commentaria, & Annotationes. Baſileæ, apud Hieronymum Frobenium, & Nicolaum Epiſcopium, 1541, in fol.

In Libros de Ratione victus in morbis acutis Hippocratis & Galeni Commentaria, & Annotationes. Venetiis, apud Hier. Scotum, 1546, in fol.

Examen omnium Simplicium, quorum uſus in publicis eſt Officinis. Romæ, 1536, in fol. Lugduni, apud Anton. Vincentium, 1556, in 16. Ibidem, apud Joh. Pullonum è Tridino, 1544, in 8.

Examen omnium Syruporum, quorum publicus uſus eſt. Venetiis, apud Cominum de Tridino, 1545, in 8.

Examen omnium Loch, id eſt, Linctuum, Suffuf, id eſt, Pulverum, Aquarum, Decoctionum, Oleorum, quorum apud Ferrarienſes Pharmacopolas uſus eſt. His acceſſit de Morbo Gallico lepidiſſimus ejusdem Authoris Tractatus. Venetiis, apud Juntas, 1553, in 8. Lugduni, apud Johan. Temporalem, 1555, in 16.

Examen omnium Electuariorum, pulverum, & confectionum catharticarum, quarum uſus eſt in Officinis. Venetiis, apud Valgriſium, 1548, in 8.

Examen omnium Catapotiorum vel Pilularum, quarum apud Pharmacopolas uſus eſt. Conradi Geſneri, Medici Tigurini Enumeratio medicamentorum purgantium, vomitoriorum, & alvum bonam facientium, ordine Alphabeti. Baſileæ, apud Frobenium, 1543, in 4. Lugduni, apud Frellonios ffr. 1546, in 16, apud Ant. Vincentium, 1556, in 16.

Examen omnium Trochiſcorum, Unguentorum, Ceratorum, Emplaſtrorum, Cataplasmatum, & Collyriorum, quorum frequens uſus eſt apud Ferrarienſes Pharmacopolas. Venetiis, apud Juntas, 1551, in 8. Lugduni, apud Sebaſt. Honoratum, 1555, in 16.

De Medicamentis tam ſimplicibus, quàm compoſitis catharticis, quæ unicuique humori ſunt propria, Tractatus inſignis. Lugduni, apud Sebaſt. Honoratum, 1555, in 16. Tiguri, apud Geſneros Fratres, 1555, in 8.

De Morbo Gallico, Liber. Extat Operis de Morbo Gallico Tomo 1, pag. 564.

De Radicis Chynæ uſu, Tractatus. Extat ibidem pag. 615.

⊙ ANTONIUS NERUS

De Arte Vitrariâ, Libri ſeptem, & in eosdem Chriſtophori Merretti Obſervationes & Notæ, in quibus omne gemmarum artificialium, encauſtorum & laccarum artificium explicatur. Florentiæ, in 4. Amſtelodami, apud Andream Friſium, 1668, in 12.

ANTO-

ANTONIUS NIGER

☽ *Natus Vratislaviæ Silesiorum: Marpurgi Rerum naturalium & Græcæ Linguæ Professor fuit: postea demum Patavii 1530 Medicinæ Doctor creatus, & dein Brunsvigensis Urbis Medicus ordinar. constitutus. Obiit ibidem, 1555.*

Consilium de tuenda Valetudine. Lipsiæ, apud Valentin. Papam, 1555, in 8. Witebergæ, apud Simon. Cronenbergium, 1573, 1581, in 8.

De decem præcipuis erroribus & abusibus, propter quos apud nonnullas gentes præclara Medicinæ ars, mulierculis, Judæis ac impostoribus veluti præda relicta, miserèque infamata constupratáque jacet, Ranzovianis impensis in lucem revocatus Liber. Hamburgi, apud Jacobum Wolfium, 1590, in 8.

ANTONIUS NUNESIUS, *à Zamora*

Commentarius super caput primum & tertium Galeni de Differentiis Febrium. Salmanticæ, in 4.

ANTONIUS OBERT, *Audomarensis*

De Venæsectione in pleuritide eudoxa, contra paradoxam Fuchsii, Fernelii & aliorum sententiam. Audomari, apud Georg. Seutin, 1629, in 4.

Anastichiosis apologetica pro Paræneſi contra D. L. du Gardin Decretum, quo oppositam in pleuritide revulsionem condemnat, quam Paræneſis approbat. Audomaropoli, apud Carolum Boscardum, 1631, in fol. Apud viduam Caroli Boscardi, 1631, in 8.

De Venæsectione in pleuritide Paræneſis secunda, contra paradoxam Fuchsii & Fernelii Doctrinam, seu Anacephalæosis omnium penè controversiarum, quæ Paræneſis prima & pro ea scripta apologia atque analysis contra D. Lud. du Gardin continebat, sicut & novissimæ illius Declamationes quatuor. Accessit de Venæsectione in Variolis administrandâ contra popularem errorem Assertio. Ibidem, apud viduam Caroli Boscardi, 1635, in 8.

☉ ANTONIUS PASIENUS

In Hippocratis Librum de Aeribus, Aquis & Locis. Brixiæ, 1574, in 4.

☉ ANTONIUS PASINUS

Annotationes & Emendationes in Versionem Dioscoridis à Matthiolo propositam. Bergomi, 1591, in 4.

ANTONIUS PETITÆUS, *Ambianensis*

Crisimerologion, seu Dierum crisimorum ratio. Ad amplissimum medicorum Parisiensium ordinem. Parisiis, apud Rovillium, 1566, in 8.

ANTONIUS PICCIOLUS, *Cenetensis*

De Manus Inspectione, Libri tres. Bergomi, apud Johan. Bapt. Ciottum, 1587, in 8.

ANTONIUS PICHONIUS

Nicephori Gregoræ Explicationem Græcam, Libri Synesii, de Insomniis, Latinam reddidit. Extat cum

©BIUM

cum Operibus Synesii. Lutetiæ, apud Cl. Morellum, 1612, in fol. pag. 349.

ANTONIUS PINÆUS

Historiæ Plantarum Epitome, cum earundem imaginibus, nomenclaturis, qualitatibus, natali solo, & accessione simplicium medicamentorum facultatum, secundum locos & genera ex Dioscoride. Lugduni, apud Viduam Gabr. Coterii, 1567, in 12.

⊙ ANTONIUS POLITIUS

De Quinta Essentia solutiva, Libri duo. Panormi, 1613, in 4.

De Utero Gerentibus.

Apologia de Gangræna.

ANTONIUS PONCE SANTACRUZ

☽ Opuscula Medica & Philosophica. Quæ continent I, Disputationes in primam primi Avicennæ. II, De Hippocratica Philosophia. III, De Pulsibus. IV, Eruditissimi Viri Doct. Alphonsi de Sanctacruce diu desideratum, modò Filii sui operâ in lucem editum, de Dignotione & Cura Affectuum Melancholicorum inscriptum Libellum. Matriti, apud Thomam Juntam, 1624, in fol.

De Impedimentis magnorum auxiliorum in Morborum curatione, Lib. III. ad Tyrones. Quibus omnes difficultates, quæ se in magnis periculis offerunt, ex mente Antiquitatis explicantur. Opus ita necessarium, ut meritò curationis directorium possit appellari. Matriti, ex Typographia Regia, 1629, in 4.

Emendatiores secundis curis ex recensione Petri à Castro editi Patavii, apud Paulum Frambottum, 1651, in 12.

Prælectiones Vallisoletanæ in Lib. Magni Hipp. Coi de Morbo Sacro. Matriti, apud Vid. Lud. Sanchez, 1631, in fol.

De Morbo & Symptomate. Matriti, 1637, in fol.

ANTONIUS PORTUS, *Firmanus*

De Peste, Libri tres; quibus accedit quartus de Variolis, & Morbillis. Venetiis, apud Petrum Deuchinum, 1580, in 4. Romæ, 1585, in 4.

ANTONIUS POSSEVINUS, *Mantuanus, Senior*

Bibliothecæ selectæ, Liber quartus & decimus, qui est de Medicina. Absolvitur autem capitibus sequentibus:

Præloquium ad Methodum Medicinæ.

I. Origo.
II. Partitio.
III. Necessitas, Utilitas, Nobilitas.
IV. Methodum Medicinæ non unam esse.
V. Methodus studendæ Medicinæ unde haurienda?
VI. Auditor Medicinæ qualis?
VII. Insigniores Medicinæ Autores quinam?
VIII. Hippocrates Cous.
IX. Hippocratis editio emendatior, sive Græca, sive Latina.
X. Methodus Hippocratis ex aliis.

XI. Ob-

XI. Obſervanda in Libris Hippocratis.
XII. Dioſcorides Anazarbenſis.
XIII. Galenus Pergamenus.
XIV. Prænoſcenda & Præcavenda in Galeno.
XV. Alter Galeni error.
XVI. Tertius Galeni error.
XVII. Ariſtoteles, Theophraſtus, Plinius, Aëtius, Promotus, Neapolius, Democritus, Cornelius Celſus, Arabes, & alii quidam, quo loco ſint habendi?
XVIII. De Cornelio Gemmâ, Medico, ejusque tribus Libris de Arte Cyclognomica.
XIX. Methodus Conſulendi, ſive, ut ajunt, Collegiandi.
XX. Methodus interrogandi ægrotos.
XXI. Methodus medicamenta componendi.
XXII. Methodus Medendi unde?
XXIII. Summa Johannis Fernelii Methodi Medendi.
XXIV. Methodus Chriſtianè Medicinam adhibendi.
XXV. Conſiderationes aliæ, & Cautiones à Medicis ſuis cordibus altiſſimè imprimendæ.
XXVI. Capita alia magni momenti de Chriſtiana & tutâ medendi ratione.
XXVII. Deum ad miſericordiam allici viſendis ægrotis.
XXVIII. De Catalogis Autorum, qui de Medicina ſcripſerunt.

Edita autem eſt hæc Bibliotheca ſelecta de Ratione Studiorum Venetiis, apud Altobellum Salicatium, 1603, in fol.

ANTONIUS POSSEVINUS, *Mantuanus, Junior*

Theoricæ Morborum, Libri quinque, Carmine conſcripti. Extant in Bibliotheca ſelecta jam citatâ, pag. 207, Tomi II.

⊙ ANTONIUS de POZZIS

Obſervatio, de Hominibus diu viventibus cum magnis morbis. Extat Ephem. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. IV. & V. N. 29.

de Erratis naturæ in una parte, & Supplemento ejusdem in alia. Ibid. Ann. Eod. N. 30.

de dolore Ventriculi â cauſa inauditâ. Ibid. Ann. Eod. N. 31.

de Calculis occultis in renibus. Ibid. Ann. Eod. N. 32.

de Suturæ diſceſsione, ab Ebrietate præſervante. Ibid. Ann. Eod. N. 33.

de rara Epilepſiæ causâ. Ibid. Ann. Eod. N. 34.

de Epilepſia ab incurvatione diplois internæ. Ibid. Ann. Eod. N. 35.

de Aqua in Cerebro inventa. Ibid. Ann. Eod. N. 36.

de Delirio â Vermibus. Ibid. Ann. Eod. N. 37.

de Vermibus, Ventriculum erodentibus. Ibid. Ann. Eod. N. 38.

de Vulneribus colli profundis non lethalibus. Ibid. Ann. Eod. N. 39.

de rara Cordis palpitatione. Ibid. Ann. Eod. N. 40.

de Hydrope admirando. Ibid. Ann. Eod. N. 41.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 106 sur 1339

©BIUM

ANTONIUS RABERIUS

In Galeni, de ſanitate tuenda, Libros, Tabulæ. Baſileæ, apud Johan. Oporinum, 1547, in fol.

ANTONIUS RICCIARDUS, *Brixianus*

Commentaria Symbolica, in duos Tomos diſtributa. In quibus explicantur Arcana penè infinita ad myſticam naturalem & occultam rerum ſignificationem attinentia. Venetiis, 1592, in fol.

ANTONIUS RUBERUS, *Ulmenſis*

De Morborum cauſis, Diſputatio. Extat Decade VI Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ Johan. Jac. Genathius, 1622, in 4.

ANTONIUS SANTORELLUS, *Nolanus*

De Sanitatis natura Lib. XXIV. In quibus explicantur quæcunque ad partem Phyſiologicam vocatam à Medicis pertinent: & de ſanitate tuendâ. Neapoli, apud Dominicum Maccaranum, 1643, in fol.

☽ Antepraxis Medica, in Libros viginti & unum diſtributa. In quibus ea omnia, quæ Praxin Medicinæ aggreſſuris prænoſcere, eſt neceſſarium, ſummâ brevitate examinantur. Neapoli, apud Laz. Scoriggium, 1622, in 4. Ibid. apud Dominicum Maccaranum, 1633, in 4. Ibidem, 1651, in fol.

Poſtpraxis Medica, ſeu, de Medicando Defuncto, Liber unus. In quo, quæcunque prudens & Chriſtianus Medicus debet Defuncto præſtare, explicantur. Ibidem, apud Laz. Scoriggium, 1629, in 4.

ANTONIUS SAPORTA

De Tumoribus præter naturam, Libri quinque, ex inſtructiſſima Bibliothecâ Ranchinianâ eruti, & publici juris facti, curâ & ſtudio Henrici Gras. Acceſſit Johannis Saportæ Tractatus de Lue Venerea. Lugduni, apud Petrum Ravaud, 1624, in 12.

ANTONIUS SCANAROLUS, *Mutinenſis*

Diſputatio utilis de Morbo Gallico, & Opinionis Nicolai Leoniceni Confirmatio, contra Adverſarium, eandem opinionem oppugnantem. Bononiæ, 1498, in 4. & Tom. 1. Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 110.

ANTONIUS SNEBERGERUS, *Tigurinus*

☽ Medicamentorum Evporiſton, id eſt, facilè parabilium, adverſus omnis generis articulorum dolores, Enumeratio. Cui adjuncti: Ejusdem de Multiplici Salis uſu, Libellus: Gemma Amethyſtus, ſive Carbunculus Æthiops, Authore eodem: Ejusdemque Nuptialium narrationum prima: Johan. Fernelii Conſilium pro Epileptico ſcriptum. Francof. apud Andr. Wechelum, 1581, in 8. Extant etiam omnia hæc cum Æmilii Campolongi Libro de Arthritide. Spiræ Nemetum, apud Bernhardum Albinum, 1592, in 8.

De bona Militum valetudine conſervandâ, Liber, ex veteribus rerum belli-

bellicarum excellentiſsimorum Medicorum Libris erutus: & ſecundum ſex rerum, ut Medici vocant, non naturalium ordinem conſcriptus. Cracoviæ, apud Laz. Andreæ, 1564, in 8.

Gemma Amethyſtus, ſeu Carbunculus Athiops. Ibidem, 1565, in 8.

☽ Medicamentorum ſimplicium, ſive, Euporiſton Peſtilentiæ veneno adverſantium, & quomodo iis utendum, brevis Inſtitutio. Extat cum Caſii Iatroſophiſtæ Naturalibus & Medicinalibus Quæſtionibus, C. Gesneri operâ Græco Latinis factis. Tiguri, apud Jacobum Geſnerum, 1562, in 8. Leovardiæ, apud Joh. Starterum, 1616, in 8. Poſtrema hæc editio recognita & multorum remediorum acceſſione, operâ Henrici à Bra, adaucta eſt.

De Multiplici Salis uſu, Libellus. Cracoviæ, 1562, in 8.

Catalogus Plantarum Latino-Germanico-Polonicus.

ANTONIUS STUPANUS, *Rhæticus*

Additiones ad Diſpenſatorium medicamentorum Nicolai Myrepſi. Lugduni, 1543, in 4.

ANTONIUS THYLESIUS, *Conſentinus*

Libellus, de Coloribus: Ubi multa leguntur præter aliorum opiniones. Lutetiæ, apud Chriſtoph. Wechelum, 1546, in 8. Adjecta eſt ejusdem Araneola, & Cicindela.

ANTONIUS TOSIUS, *à Serra S. Quirici*

De Anthrace, ſeu, Carbunculo, Tractatus. Venetiis, 1618, in 4.

ANTONIUS TURCIS

De Principiis Naturæ, Commentarius. Veronæ, 1576, in 4.

ANTONIUS VALETIUS

Oratio in Scholis Medicorum ante Licentiatum habita, quâ Medicinæ antiquitas ex antiquiſſimo Poëtarum Homero obiter & allegoricè deſcribitur. Pariſiis, apud Johan. de Bordeaux, 1570, in 8.

Exercitationes in Opera Practica Jacob. Hollerii. Extant in iisdem. Genevæ, apud Jac. Stoer, 1623. Apud Petr. Chouet, 1635, in 4.

ANTONIUS VINCENTIUS de PETRONE

Literarium duellum, inter Salernitanos & Neapolitanos Medicos. In quo de Inteſtinorum phlegmone. Unà cum Michaelis Roſci Apologia. Aliud duellum, de Hepatis Inflammatione. Venetiis, 1647, in 4.

⊙ ANTONIUS VITALIANUS

De Loco Affecto in Pleuritide. Romæ, in 8.

ANTONIUS ZARA, *Aquileienſis*

Anatomia ingeniorum & ſcientiarum, Sectionibus quatuor comprehenſa. Venetiis, apud Ambroſium Deum, 1615, in 4.

⊙ ANTONIUS ZEIGERUS

Epiſtola, inquirens in paginas Johannis Philippi Loneri, Med. Licent. an hæ ἐξέλασιν μεσεντέριον triumFluxum Alvi contineant? 1589, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 108 sur 1339

©BIUM

ANTONIUS ZENON

Venetus. Medicus magnæ Autoritatis. Claruit ſub Friderico III. & Maximiliano I. & Alexandro VI. Pontifice A.C. 1488. Juſtus in Chronol. Medic.

De Natura humana, deque Embryo, Liber. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1491, in 4.

ANTYLUS

Fragmenta varia. Extant apud Aëtium Amidenum: ſcilicet,

De Inſolatione, & arenæ aggeſtione, ac aliis vaporatoriis fomentis. Tetrab. 1. Serm. 3. cap. 9.

Quomodo vena ſecanda eſt, de magnitudine & figurâ ſectionis. Ibid. cap. 13. 14, 15.

De Cucurbitularum uſu. Ibid. cap. 20.

De Purgatione. Ibid. cap. 23.

Quibus dandum ſit veratum, quibus non. Ibid. cap. 121.

Chirurgia everſionis palpebrarum. Tetrab. 11. Serm. 3. cap. 72.

ANUTIUS FOESIUS

☉ *Natus Drvioduni Mediometricum Anno Chriſti 1528: creatus Medicinæ Doctor Lutetiæ Parìs. Poſtquam ultra 40. annos in patria Medicinam feliciſsimè feciſſet, in eâd. obiit 1596, ætatis ſuæ 68.*

☽ Magni Hippocratis, Medicorum omnium facilè Principis, Opera omnia, quæ extant, in octo Sectiones ex Erotiani mente diſtributa, nunc recens Latinâ Interpretatione & Annotationibus illuſtravit. Adjectis ad VI. Sect. Palladii Scholiis Græcis in Librum περὶ ἀγμῶν nondum antea excuſis, & nunc primùm latinitate donatis. His præterea acceſſere variæ in omnes Hipp. Libros Lectiones Græcæ, ex reconditiſſimis manuſſ. exemplaribus ſummâ diligentiâ collectæ, nec non quorandam doctiſſimorum virorum in aliquot Hipp. Libros obſervationes. Francof. rti, apud Andr. Wechelii Hæredes, Cl. Marnium, & Johann. Aubrium, 1595, & 1603, in fol. Ibidem, apud Dan. & David. Aubriorum, & Clement. Schleichium, 1624, in fol. Genevæ, 1657, in fol.

Hippocratis Coi Liber ſecundus, de morbis vulgaribus, difficilimus, & pulcherrimus: olim à Galeno Commentariis illuſtratus, qui temporis injuriâ interciderunt: nunc verò penè in integrum reſtitutus, Commentariisq; ſex, & Latinitate donatus. Baſileæ, apud Vid. Mich. Iſingrinii, 1560, in 8.

☽ Oeconomia Hippocratis, Alphabeti ſerie diſtincta, in qua dictionum apud Hippocratem omnium, præſertim obſcuriorum, uſus explicatur, & velut ex ampliſſimo penu depromitur: ita, ut Lexicon Hippocrateum meritò dici poſſit. Francof. apud Wecheli Hæredes, Marnium, & Aubrium, 1588, in fol. Genevæ, 1662, in fol.

Pharmacopœa: medicamentorum omnium, quæ hodie ad publica Medentium munia in Officinis extant, tractationem, & uſum, ex antiquorum Medicorum præſcripto continens. Baſileæ, apud Thomam Guerinum, 1561, in 8.

☉ Clau-

⊙ Claudii Galeni in Aphorismos Hippocratis Commentaria cum Guilielmo Plantio interpretatus est, & Annotationibus illustravit. Novissimè autem edidit, & à multis, quibus antea scatebant, mendis, diligenter repurgavit Adrianus Toll. Lugduni-Batavorum, apud Johannem Maire, 1633, in 12.

⊙ Hippocratis Aphorismorum Sectiones octo, vel, ut altera habet Editio, Libr. VII. interpretatus est. Græc. Latin. Lugdun. Batavorum, apud Johannem Maire, 1633, in 24. Huic Editioni accessit Johannis Ernesti Scheffleri Methodus, quâ Aphorismi in certum ordinem digesti & accuratè dispositi sunt. Ibidem, 1666, in 24.

APHRICANUS

De Re rusticâ Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, seu de Re rusticâ Selectorum Lib. XX. Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis, Johan. Alex. Brassicani operâ in lucem editis. Basileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete, Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

De Mulomedicinâ, Capita aliquot. Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi sunt Græcè quidem Basileæ, apud Joh. Valderum, 1537, in 4. Latinè a. ex interpretatione Johan. Ruellii, Parisiis, apud Simon. Colinæum, 1530, in fol.

APITIUS CÆLIUS

☽ De Re Coquinariâ, Libri decem. Coquinariæ capita Græca ab Apitio posita hæc sunt. Epimeles. Artoptus. Cepuros. Pandecter. Osprion. Trophetes. Polyteles. Tetraxus. Thalassa. Halieus. Hanc Plato Adulatricem Medicinæ appellat. Venetiis, apud Johan. de Cereto de Tridino, 1503, in 4. Tiguri, apud Froschoverum, 1542, in 4. Huic Editioni accesserunt Notæ Gabrielis Humelbergii.

APOLLONIUS MENABENUS, *Insubris*

Tractatus, de magno animali, quod Alcen nonnulli vocant, Germani Elendt, & de ipsius partium in re medica facultatibus. Item Historia Cervi Rangiferi, & Gulonis, Filsras vocati. Accessit R. Dodonæi de Alce, Epistola. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1581, in 8.

APOMASAR

Apotelesmata, sive, de significatis & eventis Insomniorum, ex Indorum, Persarum, Ægyptiorumque disciplinâ, depromptus ex Johan. Sambuci Bibliotheca, Liber. Francof. apud Andr. Wechelum, 1577, in 8.

APULEJUS

De Re rustica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, seu, de Re rustica Selectorum Lib. X X Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis, Johan. Alex. Brassicani operâ in lucem editis, Basileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8 Latinis autem, Jano Cornario interprete, Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

⊙ APULEJUS PLATONICUS

De Herbarum Virtutibus: Additâ

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 110 sur 1339

Demonſtratione Herbarum ſingularium ſignorum &c. Lutetiæ, 1528, in fol.]

ARCHANGELUS MERCENARIUS, *à Monte Sancto*

Diſputatio, de Putredine, adverſus Thomam Eraſtum. Patavii, apud Paul. Mejettum, 1583, in 4.

Judicium ſuper rationibus Ariſt. 1. de Partibus Animalium cap. 1. Patavii, apud Sim. Galignanum de Karera, 1570, in 4.

ARCHANGELUS PICCOLHOMINUS, *Ferrarienſis*

Anatomicæ Prælectiones, explicantes mirificam corporis humani Fabricam: Et quæ animæ vires, quibus corporis partibus, tanquam inſtrumentis, ad ſuas obeundas actiones, utantur; ſicuti tota anima, toto corpore. Romæ, apud Barthol. Bonfadinum, 1586, in fol.

In Librum Gal. de Humoribus, Commentarii. Pariſiis, apud Bernh. Turiſianum, 1556, in 8.

ARCHEDEMUS

De Mulomedicina, Capita aliquot. Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi ſunt Græcè quidem Baſileæ, apud Johann. Valderum, 1537, in 4. Latinè autem ex interpretatione Joh. Ruelli, Pariſiis, apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

ARCHIGENES

Apameus. Philippi Syriæ Regis Medicus celeberrimus. Diſcipulus Agathini Medici. Floruit ſub Trajano Imperatore annis 63. A. M. 4070. A. C. 108. Wolfgang. Juſtus in Chronol. Medic. Secundum Renat. Moreau, vixit ſub Adriano Imperatore, cujus morte infamis factus fuit A. C. 120.

Fragmenta varia. Extant apud Aëtium Amidenum; ſcilicet,

Hiera, ex Epiſt. ad Marſum de atra Bile, Tetrab. 1. Serm. 3. c. 114.

De Balneis naturalibus, ibid. cap. 167.

De Spongiæ uſu, ibid. cap. 170.

De Dropace, Picatione, ac Sinapismo, ibid. cap. 180, 181.

De Vertiginoſis, Inſaniâ, Reſolutione, Tetano & Convulſione, Cephalæâ & Hemicraniâ, Tetrab. 2. Serm. 2, cap. 7, 8, 28, 39, 50.

De pectore ſuppuratis, Tetrab. 2, Serm. 4, cap. 65.

De Volvulo, Cœliaca affectione, Dyſenteriâ, Tetrab. 3, Serm. 1, cap. 28, 37, 43.

De Hepatis abſceſſu, Hepate exulcerato, Tetrab. 3. Serm. 2, c. 4, 5.

De his, qui per circuitum quendam ſanguinem mingunt, Tetrab. 3, Serm. 3, cap. 3. De calculoſis renibus, cap. 4. Diæta in ulceribus veſicæ, cap. 30. De veſicæ fluxione, & his, quæ capillorum formâ exeunt cum urina, cap 31.

Iſchiadis exacerbatæ cura, Tetrab. 3, Serm. 4, cap. 4.

De Elephantiaſi, Tetrab. 4. Serm. 1, cap. 120.

De viperarum eſu, & de pruritibus, ibid. cap. 123, 126.

De Lepra, ibid. cap. 134.

De Cancris mammarum, Fluxu muliebri, Uteri abſceſſu, Uteri exulceratione, cancris uteri, Tetrab. 4, Serm. 4, cap. 43, 65, 85, 88, 90, 94.

ARCHI-

ARCHILEUS CARCANUS

☉ *Natus Mediolani ex nobili familiâ: in Academia patriâ Doctoris Medicinæ titulum, & locum in ejusdem Collegio Medic. nec non tandem in Universitate Ticinensi Professoris publ. munus adeptus, obiit in patria A. C. 1588.*

In Aphorismos Hipp. Lucubrationes. Ejusdem Lib. II. in quorum altero de Methodo medendi: in altero verò de Modo Collegiandi, pertractatur. Ticini, apud Hier. Bartolum, 1581, in 8.

ARETÆUS

☽ *Natus in Cappadocia. Unde à natione dictus est Cappadox; ad differentiam Aretæi Corinthii. Fuit Medicus Græcus vetustus: Strabonis & Gregorii Nazianzeni coætaneus: Galeno antiquior. Vixit sub Augusto Cesare.*

☽ De Acutorum & Diuturnorum morborum causis & signis, Lib. IV. de eorundem curatione, Lib. IV. Græcè. Parisiis, apud Hadr. Turnebum, 1554, in 8. Græce & Latine conjunctim editi tribus mss. codicibus, Veneto, Bavarico, Augustano, collatis; cum Commentario, in quo obscura doctrina de nominibus, & parte affectâ morborum singulorum cum suis signis perspicuâ methodo illustratur, Autore Georgio Henischio, Med. Augustano. Augustæ Vind. apud Georg. Willerum, 1603, in fol. Latinè, Junio Paulo Crasso, *Patavino*, interprete, inter Medicæ artis Principes. Parisiis, apud Henr. Stephanum, 1567, in fol. Cum Medicis antiquis Græcis, Basileæ, apud Petrum Pernam, 1581, in 4. Parisiis, in 4. Hæc Editio Græco-Latina aucta est Annotationibus Petri Petiti.

Excerpta de Balneis. Extant pag. 480. Operis Veneti de Balneis.

ARIOPONUS CEPHALUS

Mercurius triumphans, & Hebdomas Ecclogarum Hermeticarum: una cum Commentariis Acroamaticis & Mysticis. In quibus, de universa, verâ, summâ & antiquissimâ Philosophorum Medicinâ disseritur, Libris XVIII. Magdeburgi, apud Joh. Franck, 1601, in 4.

ARISLAUS

De Lapide Philosophico, in modum Dialogi, Opus. Extat cum Denario Medico Bernhardi Penoti. Bernæ, apud Johan. le Preux, 1608, in 8.

ARISTOTELES

Venatio Medica, continens remedia ad omnes à capite ad calcem usque morbos. Lugd. Batav. apud Franciſcum Raphelengium, 1589, in 8.

Enarrationes in ſeptem poſteriores Libros Aur. Corn. Celſi de Re medica Libros. Extant cum Jer. Thriveri Brachelii in primum Ejusdem Commentariis. Lugd. Batav. apud Franc. Raphelengium, 1592, in 4.

In Cheiromantiam brevis Iſagoge. Extat cum Tricaſſi, *Ceraſarienſis*, Enarratione Cheiromantiæ. Norib. apud Johan. Montanum & Ulricum Neuberum, 1560, in 4.

BALDUS ANGELUS ABBATIUS, *Eugubinus*

☽ De Admirabili Viperæ natura, & de mirificis ejus facultatibus, Liber. Urbini, 1591, in 4. Noribergæ, apud Sebaſt. Heuslerum, 1603, in 4. Hagæ-Comitis, apud Sam. Broun, 1660, in 12.

Opus præclarum Concertationum diſcuſſarum, de Rebus, Verbis, & Sententiis controverſis, ex omnibus ferè Scriptoribus, Lib. XV. Piſauri, 1595, in 4.

BALDUS BALDIUS, *Florentinus*

Prælectio de Contagione peſtiferâ. Romæ, apud Guilielm. Facciottum, 1631, in 4.

Diſquiſitio Jatro-Phyſica, ad Textum 23. Lib. Hippocr. de Aëre, Aquis, & Locis: Num in eo legi debeat χολωδίσαζον, an φλωδίσαζον, id eſt, bilioſiſſimum, vel, turbidiſſimum. In qua de calculorum cauſis, ac de Aquæ Tiberis bonitate ſtrictim diſſeritur; & Quæſtio, de majori nunc, quàm præterito ſeculo, calculoſorum in urbe frequentiâ, elucidatur. Romæ, apud Ludov. Grignanum, 1637, in 4.

De loco affecto in Pleuritide, Diſceptationes. Ac Renati Moreau de eadem re Epiſtola exegetica. Pariſiis, apud Sebaſt. Cramoiſy, 1640, in 8. Romæ, apud Franc. Caballum, 1643, in 8.

⊙ BALTHASAR BENDELIUS

Adverſaria Medico-Pharmaceutica. Extant cum Georg. Hieronym. Velſchii, Conſilior. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthaſar. Kuenium, 1676, in 4.

BALTHASAR BRUNNERUS

⊙ *Natus Halæ-Saxon. A.C. 1533, Patre Laurentio Brunnero, Senatore Hallenſi: Adepto in Academia Erfordienſi Philoſophiæ Magiſtri: & Baſileæ Doctoris Medicinæ titulo, Principum Anhaltinorum Archiatrum per multos annos egit. A Joh. Cratone Filii loco habitus eſt. Chymicis operationibus & Lapidis Philoſophici inveſtigatione, intra 20 annos, amplius 16000 florenorum conſumpſiſſe dicitur.*

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 134 sur 1339

©BIUM

tur. Obiit apoplexiâ levi correptus 1604, ætatis ſuæ 71.

Conſilia Medica, ſummo ſtudio collecta & reviſa à Laurentio Hofmanno. Halæ-Saxonum, apud Petrum Fabrum, 1617, in 4.

☽ De Scorbuto, Tractatus duo. Extant cum Severini Eugaleni de Scorbuto Tractatu. Jenæ, apud Barthol. Voigt, 1624, in 8. Hagæ Comitis, 1658, in 8. Lipſiæ, 1662, in 8.

⊙ BALTHASAR CAMPUS, *Lucenſis*

Spicilegium Botanicum. Lucæ, apud Franciſcum Mareſcandolum, 1654, in 4.

⊙ BALTHASAR CHILIAN

Obſervatio, de Monſtroſo Fœtu. Extat Ephemerid. Acad. Nat. Curios. German. Decur. II. Ann. I. N. 143.

BALTHASAR CONRADINUS, *Suvacenſis*

De Febris Ungaricæ, ejusque ſymptomatum curatione, Liber. In quo etiam affinium morborum ſelecta remedia extant. E Germanica in Latinam linguam converſus à Jacobo Sutero, *Paſſavienſi.* Paſſaviæ, apud Matthæum Nemmingerum, 1595, in 8.

BALTHASAR EISLINGERUS

De Peſte curanda, Liber, in 4. loco & tempore impreſſionis non expreſſis.

BALTHASAR FABRICIUS

Opuſculum Phyſiologicum & Medicum, Libris tribus diſtinctum, tractans accuratè primò corporis humani temperamenta: deinde compendioſè ſex res non naturales, Medicis ita dictas. Cui ob materiæ cognationem acceſſit Appendicis loco Tractatiuncula de Literatorum tuendâ, & reſtituendâ valetudine. Amſtelodami, apud Paul. Arn. à Ravenſtein, 1629, in 8.

BALTHASAR HAN

Epiſtola ad Dan. Sennertum, miram veneficii hiſtoriam exhibens. Extat cum Lib. VI. Practicæ Medicinæ Ejusdem Sennerti.

BALTHASAR ab HERDEN

Epiſtolæ quædam Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

BALTHASAR KISWETTER

☽ Barthol. Schönbornii Dialogum de Peſte publicavit. Wittebergæ, apud Laurentium Säuberlin, 1613, in 8.

BALTHASAR du DUVAL

De Peſtis curatione, Liber. Pariſiis, apud Claudium de Montrœil, 1583, in 8.

BALTHASAR PISANELLUS, *Bononienſis*

☽ De Eſculentorum Potulentorumque facultatibus, Liber unus: Laconicâ quidem, at variâ jucundâq; Medicâ & Hiſtoricâ eruditione refertus. Italicè ſcriptus, & Latinè converſus ab Arnoldo Freitagio. Herbornæ, apud Chriſtoph. Corvinum, 1593, in 8. Genevæ, apud Phil. Alberti, in 16. Bruxellis, 1662, in 12.

Osna-

Osnabrugæ, apud J. G. Schwandterum, 1677, in 12. Hæ duæ postremæ editiones hunc nactæ sunt titulum: Balthas. Pisanelli de Alimentorum Facultatibus, Libellus aureus.

BALTHASAR KLEIN

Epistola, de Ligno in Armenium lapidem converso, habetur Lib. III Epistol. Matthioli, pag. 406.

BALTHASAR SCHEIDERUS

Consilia, & Epistola insignis Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit, Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. Hanov. 1610, in fol.

BALTHASAR SCHULTZIUS, *Vratislaviensis*

Synopsis Historiæ naturalis de Mundo: Item de Homine. Witteberge, 1606, in 12.

Consilium Medicum, pro curanda valetudine. Witeb. apud Clementem Bergerum, 1606, in 12.

☽ Synopsis universæ Medicinæ, cùm ex multis Medicorum Libris, tum maximè ex Johannis Heurnii, *Ultrajectini*, Institutionibus conformata, XII Disputationibus exhibita, & in Academia Witebergensi, Exercitio privato, eventilata. Lipsiæ, apud Hæredes Francisci Schneltzii, 1601, in 8.

BALTHASAR SIMON, *Smalcaldianus*

De ογκολογία ψυχοδάτη Disputatio. Extat Decade VI Disputat. quas collegit & edidit Basileæ Johan. Jacobus Genathius, 1622, in 4.

☉ BALTHASAR TIMÆUS, à GULDENKLEE

Casus Medicinales: Praxi triginta sex annorum observati. Accessere & Medicamentorum singularium, quæ in Casibus proponuntur, Descriptiones. Lipsiæ, apud Christianum Kirchnerum, 1662, in 4. Ibidem, apud Eundem, 1667, in 4.

Epistolæ & Consilia. Accessit & Hortolini Timæani Topographia metrica, & Inscriptiones. Ibidem, apud Eundem, 1665, in 4.

Responsa Medica: & Diæteticon. Opus posthumum. Lipsiæ, 1668, in 4. Extant etiam cum Ejusdem Authoris Operibus Medico-Practicis. Ibidem, apud Christianum Kirchnerum, 1677, in 4.

Opera Medico-Practica. Quibus continentur: I. Casus & Observationes Practicæ triginta sex annorum. II. Descriptiones medicamentorum singularium. III. Epistolæ & Consilia. IV. Consilium de Peste. V. Responsa. VI. Consilium Diæteticon. Accessit Ægidii van der Myle Hortolini Timæani Topographia & Inscriptiones. Lipsiæ, apud Christianum Kirchnerum, 1677, in 4.

BAPTISTA CODRONCHIUS, *Imolensis Medicus*

De Christiana & tutâ Medendi ratione, Libri duo, variâ doctrinâ referti. Cum Tractatu de Baccis Orientalibus, & Antimonio. Ferrariæ, 1591, in 4. Bononiæ, apud Clementem Ferronium, 1629, in 4.

De Morbis Veneficis, ac Veneficiis

ficiis, Libri IV. In quibus non solùm certis rationibus veneficia dari, demonstratur; sed eorum species, causæ, signa, & effectus novâ methodo aperiuntur, & de eorum curatione & præservatione pertractatur: veraque, nova, & experta remedia proponuntur. Venetiis, apud Franc. de Franciscis, 1595, in 8. Mediolani, 1618, in 8.

☽ De Vitiis Vocis, Libri duo. In quibus traditur definitio vocis, illius differentiæ, instrumenta, & causæ aperiuntur: ultimò, de conservatione, præservatione, ac vitiorum ejus curatione. Opus ad utilitatem Concionatorum præcipue editum. Cui accedit Consilium de Raucedine: ac Methodus Testificandi in quibusvis Casibus Medicis oblatis. In qua nonnullæ difficilimæ ac pulcherrimæ Quæstiones explicantur, & Formulæ quædam Testationum proponuntur. Opus non modò neotericis Medicis, sed & Jurisperitis ac Judicibus plurimùm ex usu. Francofurti, apud Hæredes Andreæ Wecheli, Claudium Marnium, & Johannem Aubrium, 1597, in 8.

De Morbis, qui Imolæ, & alibi communiter hoc anno 1602, vagati sunt, Commentariolum. In quo potissimùm de Lumbricis tractatur; & de morbo novo, Prolapsu scilicet mucronatæ cartilaginis, Libellus. Bononiæ, apud Bindonum, & Johan. Bapt. Bellagambam, & Venetiis, apud Societ. 1603, in 4.

☽ De Annis Climactericis: nec non de ratione vitandi eorum pericula, itemque de Modis, vitam producendi, Commentarius. Bononiæ, 1620, in 8. Coloniæ, apud Matth. Smitz, 1623, in 8. Ulmæ, 1651, in 8.

De Rabie, Hydrophobia communiter dicta, Libri duo: De Sale Absinthii, Libellus: De iis, qui aquâ immerguntur, Opusculum: & de Elleboro, Comentarius. Francof. apud Nicol. Basseum, 1610, in 8. & apud Matthiam Beckerum, 1610, in 8.

BAPTISTA EGNATIUS

Aurelium Cornelium Celsum edidit, cum Emendationibus. Venetiis, apud Aldum, 1524, in fol.

BAPTISTA FIERA, *Mantuanus*

Commentaria in Artem medicinalem definitivam Galeni. Ejusdem Quæstio de Virtute movente Pulsum. Ejusdem Quæstio de Phlegmatico & Bilioso æqualiter Febrientibus. Ejusdem Tractatus de Intensione & Remissione. Cum aliis quibusdam Philosophicis. Mantuæ, 1515, in fol. Venetiis, 1548, in fol.

☽ Cœna: de Herbarum virtutibus, & eâ medicæ artis parte, quæ in Victus ratione consistit. Extat cum Eobani Hessi Libello de tuenda valetudine, & Commentario Placotomi, ad Eundem. Francof. apud Egenolphum, 1564, in 8. Patavii in 4. Hæc Editio prodiit cum Adnotationibus Caroli Avantii.

Quæstio de Attractione Medicinarum solutivarum. Extat cum Ejusdem Opusculo de Animæ Immortalitate,

©BIUM

litate, contra Pomponatium, *Mantuanum*. Venetiis, apud Franciſc. Bindonum, 1524, in fol.

BAPTISTA PLATINA, *Cremonenſis*

De Honeſta Voluptate: de ratione victus: de natura rerum: & arte loquendi, Libri decem. Venetiis, apud Johan. Tacuinum de Trino, 1517, in 4. Coloniæ, apud Eucharium Cervicornum, 1529, 1537, in 8.

BARTHOLOMÆUS ACCURSINUS, *Conſignanenſis*

Tractatuum & Conſultationum Medicinalium Tomus prior. In quo præter multa, quæ in Tractatibus à nemine hactenus ex profeſſo examinata, habentur; in paucis etiam conſultationibus generoſiorum præſidiorum materierum formulæ, quæ omnibus pene morbis inſervire poſſunt, continentur. Ravennæ, apud Petrum de Paulis, 1622, in 4.

BARTHOLOMÆUS ALBANUS

De Balneis oppidi Bergomatis Tranſcheri. Extat cum aliis ejusdem argumenti. Bergomi, 1582, in 4.

BARTHOLOMÆUS AMBROSINUS

Ulyſſis Aldrovandi de Quadrupedibus digitatis vivi & ovi paris Libr. collegit & edidit.

BARTHOLOMÆUS ANGLICUS

De Proprietatibus Rerum, Lib. XVIII. Argentinæ, 1491, in fol. Norimb. 1519, in fol. Francof. apud Wolfg. Richterum, 1601, in 8. Huic acceſſit Lib. XIX. de variarum rerum accidentibus, Georgio Bartholdo Pontano procurante.

BARTHOLOMÆUS BAUSNERUS, *Saxo-Tranſylvanus*

De Conſenſu Partium Humani corporis, Libri III. In quibus ea omnia, quæ ad quamque actionem, quoquo modo in homine concurrunt, recenſentur, actionum modus, ut & conſenſus ratio explicatur, adeoque univerſa Hominis œconomia traditur. Amſtelod. apud Johan. Ravenſteinium, 1656, in 8.

BARTHOLOMÆUS BONACURSIUS, *Bononienſis*

De Humano Sero, ſeu, de Urinis, Liber. Bononiæ, apud Johan. Bapt. Ferronium, 1650, in 4.

De Malis externis, Opuſculum. Bon. 1656, in 4.

BARTHOLOMÆUS BURCHELATUS

Charitas, ſive, convivium dialogicum ſeptem Phyſicorum. In quo quidem apparatus, ritus, ordines, cibaria, potus, utenſilia, & idgenus plurima, ex antiquorum promptuariis appoſita elucidantur. Additis in id quæſtionibus convivantium. Tarviſii, apud Aurel. Reghettum, 1593, in 4.

BARTHOLOMÆUS CABROLIUS

Αλφάβητον ἀναλομικὸν, id eſt, Anatomes elenchus accuratiſſimus, omnes humani corporis partes eâ, quâ ſolent ſecari methodo, delineans. Ac-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 138 sur 1339

©BIUM

ceſſere Oſteologia, Obſervationesq; Medicis ac Chirurgis perutiles. Genevæ, apud Jacobum Chouet, 1604, in 4.

⊙ Obſervationes variæ. Extant cum Celeberrimorum Anatomicorum, Severini, Caſtrenſis, Jaſolini, Cabrolii, Variis Opuſculis Anatomicis. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1668, in 4.

⊙ Collegium Anatomicum Clariſſimorum trium Virorum, Jaſolini, Severini, Cabrolii. Extat ibidem, typis iisdem, anno eodem, eâdemq; formâ.

⊙ Hujus Authoris Anatomica quædam Scripta extant cum Johannis Georgii Volckameri Collegio Anatomico concinnanto exClariſſimis Triumviris, Julio Jaſolino, Marco Aurel. Severino, & hoc Bartholomæo Cabrolio. Hanoviæ, 1654, in 8. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1668, in 4.

BARTHOLOMÆUS CASTELLUS, *Meſſanenſis*

Totius Artis Medicæ, methodo diviſâ Compendium, & Synopſis. In qua quidquid ab Hippocrate, Galeno, Avicennâ, cæterisque ſummæ autoritatis Doctoribus, ad eandem artem ſcriptum eſt, mirâ dexteritate, facilitate, & ſtudio, acervatim contexitur. Meſſanæ, apud Petrum Bream, 1597, in 4.

☽ Lexicon Medicum Græco-Latinum. Venetiis, apud Nicol. Polum, 1607, in 8. & operâ Emanuelis Stupani auctum. Baſileæ, apud Johan. Jacob. Genathium, 1628, in 8. Iterum Venetiis, 1626, in 8. apud Johan. Bapt. Ceſtari, 1642, in 8. Auctum tertia ſui parte, & ab innumeris, quibus ſcatebat, mendis repurgatum, operâ Adriani Ravenſteinii: ex Hippocratis, Galeni, Avicennæ, atque aliorum Celeberrimorum Medicorum monumentis. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1644, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1651, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1657, in 8. Ibidem, apud Arnoldum Leers, Jun. 1665, in 8. Ibidem, 1670, in 8. Norimbergæ, apud Joh. Danielem Tauberum, 1682, in 4. Hæc Editio ad vera novaq; Artis Medicæ principia accommodata, à plurimis mendis & vitioſis allegationibus correcta, & innumerabilium penè Vocabulorum acceſſione amplificata eſt à Jacobo Pancratio Brunone. Additâ Ejusdem Brunonis Mantiſſâ Nomenclaturæ Medicæ Hexaglottæ, Vocabula Latina ordine Alphabetico cum annexis Arabicis, Hebræis, Græcis, Gallicis & Italicis proponentis.

BARTHOLOMÆUS CHRYSÆUS

Epiſtola Medica ad Abrah. Seyllerum. Extat eo in Opere, quod Laur. Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 84.

BARTHOLOMÆUS à CLIVOLO, *Taurinenſis*

De Balneorum naturalium viribus, Libri quatuor. Lugduni, apud Matthiam Bonhomme, 1552, in 4.

BAR-

BARTHOLOMÆUS COCLES *Bononienſis Medicus, Chirurgus, Deſtillator, Phyſiognomiſta, Chiromanticus, & Geomanticus. Claruit ſub Maximiliano Imperatore, & Carolo VIII. Galliæ Rege: & Galeatio Sfortiâ, Piſaurienſis Principis Fratre, A.C. 1500. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medicorum. Juxta Renat. Moreau vixit A.C. 1440.*

Anaſtaſis Chiromantiæ & Phyſiognomiæ ex pluribus & penè infinitis Autoribus. Bononiæ, 1504, in 4. cum earundem principiis Alexandri Achillini.

Phyſiognomiæ Compendium, quantum ad partes capitis, gulamque & collum attinet. Cui accedit Andreæ Corvi Chiromantia. Argentorati, 1533, in 8.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS, *Sanctoſeverinus*

Opuſcula Anatomica: nempe, de Renum ſtructura, officio, & adminiſtratione: De auditus organis: Oſſium examen: De motu Capitis: De Vena, quæ Αζυγὸς Græcis dicitur; & de alia, quæ in flexu brachii communem profundam producit: De Dentibus. Venetiis, 1563, apud Vincentium Luchinum, 1574. in 4.

Erotiani, Græci ſcriptoris vetuſtiſſimi, Vocum, quæ apud Hippocratem ſunt, collectio. Cum Annotationibus Barthol. Euſtachii. Ejusdemque Libellus de Multitudine. Venetiis, apud Luc. Ant. Juntam, 1566, in 4.

BARTHOLOMÆUS FRITZSCHIUS, *Budiſſinus*

De Morbis Venenoſis proprie ſic dictis in genere, Diſputatio. Extat Decade III. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ Johann. Jacobus Genathius, 1620, in 4.

BARTHOLOMÆUS GAJONUS

Epiſtola ad Joſ. Valdanium de Sectione Venæ, quæ eſt ad annularem digitum ſiniſtræ manus, in Lienis affectibus. Patavii, apud Petrum Antonium Alciatum, 1567, in 8.

BARTHOLOMÆUS GALESIUS

Epiſtola, ſuper morbo hoc tempore graſſante. Bononiæ, 1630, in 4.

BARTHOLOMÆUS HIEROVIUS

Quæſtionum Medicinalium Decas prima, continens Quæſtiones lectu omnino jucundas ac dignas. Francofurti, apud Petrum Fiſcherum, 1595, in 8.

Methodus Chirurgica, docens, ſummâ facilitate & brevitate, rationem curandi apoſtemata, vulnera, & ulcera. Ibid. apud Eundem, anno & formâ iisdem. Bini hi Hierovii Tractatus extant cum Alberti Bottoni & Æmilii Campolongi Methodis Medicinalibus à Lazaro Suſenbeto editis.

BARTHOLOMÆUS HORN

Vates Medicus Hippocraticus, ſeu, Commentarius in Hippocratis Prognoſtica. Stralſundi, 1645, in 8.

BARTHOLOMÆUS HUBNERUS, *Erfordienſis*

Oratio de veris immotisque fundamentis artis Medicæ & Philoſophiæ, deque impietate, portentoſis,

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 140 sur 1339

©BIUM

& pernicioſis erroribus Phil. Paracelſi, & Sectatorum ejus, quibus Theologiam pariter & Philoſophiam, cum Medicina nefariè conſpurcarunt. Erphordiæ, apud Johann. Piſtorium, 1593, in 8.

De Morbis incurabilibus, Liber. Erphordiæ, apud Johan. Piſtorium, 1589, in 4.

BARTHOLOMÆUS KORNDOERFER

De Tinctura Gemmarum. 1635, in 8.

BARTHOLOMÆUS MAGGIUS, *Bononienſis*

De Sclopetorum & Bombardarum vulnerum curatione, Liber. Bononiæ, apud Barth. Bonardum, 1552, in 4. Extat etiam cum Chirurgia, ſeu de Chirurgiæ Scriptoribus à Gesnero editis, pag. 243.

BARTHOLOMÆUS à MARANTA

Venuſinus, Medicus apprime eruditus. Vixit circa A. C. 1554, Wolfg. Juſtus in Chronol. Medicorum.

Methodi cognoſcendorum ſimplicium Medicamentorum, Libri tres. Venetiis, apud Vincent. Valgriſium, 1559, in 4.

De Theriaca & Mithridatio, Libri duo, Italico Sermone ſcripti. In quibus velut in Tabula quapiam vera hæc Antidota componendi ratio, breviter ob oculos ponitur, omniaque Simplicia (quorum in hiſce Antidotis conficiendis uſus eſt) ſolertiſſimè examinantur. Nunc primùm operâ D. Joachimi Camerarii, *Norimbergenſis*, Latinâ civitate donati. Francof. apud Egenolphum, 1576, in 8.

De Aquæ, Neapoli in Luculliano, ſcaturientis, metallicâ naturâ ac viribus. Neapoli, apud Matthæum Cancrum, 1559, in 4.

Epiſtola excuſatoria de quibusdam contra Matthiolum editis. Extat Lib. IV. Epiſt. Matth. pag. 642.

Lucullianæ Quæſtiones. Baſileæ, apud Joh. Oporinum, 1564, in fol.

BARTHOLOMÆUS MAYROLA, *Papienſis*

Compendioſa Methodus in acutis Morbis curandis. Papiæ, apud Hier. Bertolum, 1563, in 8.

BARTHOLOMÆUS MERLINGERUS, *Auguſtanus*

De Infantium Morbis, & eorum valetudine tuendâ. Extat cum Alb. Magni de Mulierum Secretis Lib. Vid. Albert. Magnus.

BARTHOLOMÆUS MOLES, *Hiſpanus*

Speculum Sanitatis, ſive, de ſanitate conſervandâ, Liber. Salamanticæ, 1545, in 8.

BARTHOLOMÆUS MONTAGNANA, ſive, de MONTEGNANA

☽ *Natus Montanianæ, Italiæ oppido, hincq. à patria Montagnana dictus. In Academia Bononienſi Medicinam fecit & docuit. Claruit circa A. C. 1417, vel, juxta alios, 1440.*

☽ Selectiorum Operum, in quibus Ejusdem Conſilia, variique Tractatus alii, tum proprii, tum aſciti-

tii

tii continentur, Liber unus, & alter. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol. Lugduni, apud Jacobum Myt, 1525, in 4. Francofurti, apud Palthenium, 1604, in fol. Noribergæ, 1652, in fol. Duæ poſtremæ Editiones à Petro Uffenbachio accuratè, naviter, & ſedulò emaculati, reviſi, relecti & locupletati ſunt.

Continentur autem in his:

I. De Conſervanda ſanitate.
II. De Regimine transfretantium.
III. De Præſervatione corporum debilium in aêre ſubtili.
IV. Conſilia de Ægritudinibus
Cerebri,
Nervorum,
Oculorum,
Aurium,
Narium,
Oris, & Faciei,
Dentium,
Pectoris, & Pulmonis,
Cordis,
Mammillarum,
Stomachi,
Hepatis,
Splenis,
Ventris inferioris,
Ani,
Renum,
Veſicæ,
Membrorum generationum in Viris,
Membrorum genitalium in Mulieribus,
Apparentibus in extremitatibus membrorum,
Totius, quæ non ſunt febres,
Febribus,
Cutis,

Hæc omnia Conſilia ſequuntur Tractatus ſequentes:

I. De Balneis:
II. De Modo componendi Medicinas: & de Doſi earum inveniendâ:
III. Conſilia Medicinalia Antonii Cermiſoni.
IV. Franciſci Caballi, *Brixienſis*, Liber de Animali Thirio.

⊙ Hæc Barthol. Montagnanæ Conſilia; (quorum numero ſunt 305.) in quibus agitur de Univerſis ferè Ægritudinibus, humano Corpori evenientibus, & mirâ facilitate, curandi eas, adhibetur modus, ſeorſim etiam prodierunt, ſine illis Ant. Cermiſoni Conſiliis, ſineq; Franc. Caballi Libro de Animali Thirio. Adjectis tantum Ejusdem Authoris Tractatibus tribus de Balneis Patavinis, hoc eſt, de Situ, Aſpectu, Minera, Viribus ac proprietatibus eorundem: Item Ejusdem Tractatu, de Modo Componendi medicinas, & de Doſi earum; Nec non Ejusdem Antidotario omnium refertiſſimo. Omnia ſummâ fide ac diligentiâ in lucem edita, & à mendis repurgata. Venetiis, apud Caſparum Bindonum, 1565, in fol.

Seorſim extant:

De Urinarum Judiciis, Tractatus. Patavii, apud Matth. Cerdonis de Windiſchgretz, 1487, in 4.

De Balneis, Tractatus. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 37.

De Compoſitione & Doſi Medi-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 142 sur 1339

©BIUM

camentorum. Extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dosibus. Patavii, apud Gratiosum Perchacinum, 1556, in 8. apud Paulum Mejettum, 1579, in 4. Lugduni, apud Joh. Marescallum, 1585, in 8. Venetiis, apud Vinc. Valgrisium, 1562, in 8.

BARTHOLOMÆUS MOSERUS

Quadriga Medicinæ Triumphantis, quatuor Tractatibus constans, I. De Origine & progressu Medicinæ. II. De Honoribus & divitiis Medicinæ. III. De Viribus illustribus Medicinæ. IV. de Medicis sanctis eorumque vitiis. Coloniæ, 1645, in 12.

BARTHOLOMÆUS PASCHETTUS, *Veronensis*

De Destillatione, Catarrho vulgò dictâ, Libri tres. In quibus copiosissimè, & exactissimè de destiliatione, fluxione, & catarrho disputatur sequenti ordine. In primo omnia, quæ ad Destillationis exactam Cognitionem pertinent, copiosè docentur. In secundo, quæ pro Præservatione ab ipsa Destillatione agenda, præcavendaque sunt, longâ serie comprehenduntur. In tertio ejusdem Destillationis, sive, Catarrhi Curatio cumulatè absolvitur. Venetiis, apud Bernhardum Juntam, 1615, in 4.

BARTHOLOMÆUS PERDULCIS, *Parisiensis*

Universa Medicina, ex Medicorum Principum sententiis consiliisque collecta, à Renato Charterio primùm edita. Parisiis, apud Mathurinum Henault, 1630, in 4. operâ G. Sauvageon præter notas in margine, pluribus therapeuticis locis ex Auctoris autographo aucta & ubique emendata. Cui etiam accessit de Morbis Animi, Liber. Parisiis, apud Johannem Bessin, 1641, in 4.

In Jacobi Sylvii Anatomen, & in Lib. Hippocratis de Natura humana, Commentarii. Nunc primùm prodeunt ex Bibliotheca Gabrielis Naudæi. Parisiis, apud Olivarium de Varennes, 1643, in 4.

⊙ BARTHOLOMÆUS PIELAT

Insulæ Ceyloniæ Thesaurum Medicum, vel, Laboratorium Ceylonicum Latinitate donavit. Amstelodami, apud Henricum & Theodorum Boom, 1679, in 12.

BARTHOLOMÆUS REUSNERUS, *Lembergius*

Liber primus de Febribus. Vratislaviæ, apud Crispinum Scharffenberg, 1561, in 8.

BARTHOLOMÆUS & PETRUS ROSTINIUS

Sententiarum omnium ac verborum, quæ in divini Hippocr. Aphorismis continentur, in novum ordinem alphabeticumque digestio: ut quævis in ipsis commemorata, nunc facilius & celerius, quàm antea inveniri queant, ut ita Medicinæ studiosis, majori nimirum, quàm prius usui futura sint. Venetiis, apud Balthazar. Constantinum, 1555, in 8.

⊙ BARTHOLOMÆUS SANTINELLUS

Confusio Transfusionis Sanguinis. Romæ, 1668, in 8.

BAR-

BARTHOLOMÆUS SCHOENBORNIUS

Dialogus de Peſte, ab eo, Serveſtæ, graſſante ibidem Peſte, anno 1582, conſcriptus, menſe Novembri, & Decembri, & M. Balthaſari Kiswettero Dialogiſtæ donatus, hujusque operâ & ſtudio publicatus. Witebergæ, apud Laur. Sauberlin, 1613, in 8.

BARTHOLOMÆUS SILEBER

Præcautio luis Venereæ. Viennæ, 1525, in 4.

BARTHOLOMÆUS SYLVANIUS, *Salonenſis*

Galeni Finitiones Medicas Latine expoſuit.

Item, Introductionis, ſeu Medici, Verſionem Andernaci recognovit.

Item, De atra bile Libellum interpretatus eſt. De ſubſtantia facultatum naturalium, Fragmentum.

De Conſtitutione Artis Medicæ vertit.

Item, Quod animi mores corporis temperaturam ſequantur.

Item, De Plenitudine.

Item, Aliorum aliquot Verſiones in Galenum recognovit circa editionem Juntarum. Venetiis, 1551.

⊙ BARTHOLOMÆUS TORRINUS

Parnaſſus triceps, ſeu Muſarum Afflatus Phyſiatro-Mathematici de Myſteriis Naturæ & Artis. Auguſtæ Taurin. 1657, in fol.

Anacriſis de Sectione Saphenæ in Suppreſſione Menſtruorum. Ibidem, 1661, in 8.

BARTHOLOMÆUS TURRIANUS, *Genuenſis*

Περὶ βυλιατρείας, ſive, de Medica conſultatione, Libri quatuor. Genuæ, 1605, in 8. Francof. apud Palthenium, 1604, 1606. in 8.

BARTHOLOMÆUS VICARIUS

De Ægrotantium optimo aſſiſtente, ejusque officio, in ſingulis morbis, Libri tres. Romæ, apud Georgium Ferrarium, 1591, in 4.

BARTHOLOMÆUS VIOTTUS à CLIVOLO, *Taurinenſis*

De Balneorum naturalium viribus, Libri quatuor. Lugduni, apud Matth. Bonhomme, 1552, in 4. & Operis de Balneis Veneti pag. 247.

BARTHOLOMÆUS ab URBE VETERI

In Antidotarium Meſuæ cum declaratione ſimplicium medicinarum, & ſolutione multorum dubiorum ac difficilium terminorum, Opus. Extat cum Angeli Palcæ Opere in Antidotarium Meſuæ. Venetiis, apud Bartholomæum de Zanettis, 1543, in fol. Pariſiis, apud Frobenium, 1546, in 8. Lugduni, 1550, in 8.

BARTHOLOMÆUS WALTHERUS

Vita Clariſſ. Philoſophi, & Medici D. Wolfgangi Meureri, Collegii Medici Decani, & Profeſſoris publici in Academia Lipſienſi. Lipſiæ, apud Abrah. Lamberg. 1588, in 4.

⊙ BARTHOLOMÆUS ZORNN, *Berolinenſis*

Mauricii Hoffmanni Synopſin Inſtitt.

©BIUM

ſtitt. Medicinæ edidit, & Ejusdem Authoris Tribus Methodis de Curandis Morbis ex Principiis Circulationis Sanguinis auxit. Patavii, apud Johann. Baptiſt. Pasquatum, 1664, in 8.

BASILIUS BESLERUS, *Norimbergenſis*

☽ Hortus Eyſtettenſis, ſive, diligens, & accurata omnium Plantarum, florum, ſtirpium, ex variis orbis terræ partibus, ſingulari ſtudio collectarum, quæ in celeberrimis viridariis Arcem Epiſcopalem ibidem cingentibus, hoc tempore conſpiciuntur, Delineatio, & ad vivum repræſentatio. Norimbergæ, impenſis Autoris, 1613, in maximo fol. 4. Voll. Ibidem, 1640, formâ eâdem, curis ſecundis.

⊙ Continuatio Rariorum & aſpectu dignorum varii generis, quæ collegit, & ſuis impenſis ævi ad vivum incidi curavit atque evulgavit Author. Noribergæ, apud Authorem, in fol. transverſo.

⊙ BASILIUS PLINIUS

De Magnete. Auguſtæ Vindelicorum, 1603, in 8.

BASILIUS VALENTINUS, *Monachus Benedictinus*

☽ Azoth, ſive, Aureliæ occultæ partes duorum Philoſophorum materiam primam, & decantatum illum Lapidem Philoſophorum filiis Hermetis, ſolidè, perſpicuè, & dilucidè explicantes, per Ænigma Philoſophicum, Colloquium Parabolicum, Tabulam Smaragdinam Hermetis, Symbola, Parabolas, & Figuras Saturni, M. Georgio Beato interprete. Francof. apud Johan. Bringerum, 1613, in 4. Extant etiam Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Opus præclarum ad utrumque. Quod pro Teſtamento dedit Filio ſuo adoptivo. Extat eodem vol. quarto Theatri Chemici, 1613, in 8.

☽ Practica, unà cum XII. Clavibus, & Appendice, ex Germanico in Latinum translata. Extat cum Tripode aureo à Michaële Majero edito. Francof. apud Lucam Jenniſium, 1618, in 4. Extat etiam cum Muſæo Hermetico Reformato & Amplificato. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1677, & 1678.

De Microcoſmo, deque magno mundi myſterio & Medicina hominis, Liber geminus; recens ab Angelo Medico Latinitate donatus cum Interpretis Aphoriſmis Baſilianis & Præfatione Philoſophicâ ad Illuſtriſs. Princ. Dn. Auguſt. Anhaltinum. Marpurgi, apud Wolgangum Kezelium, 1609, in 8.

⊙ Apocalypſis Chymica. Erfurti, 1624, in 8.

⊙ Currus Triumphalis Antimonii, Commentario illuſtratus & Latinitate donatus à Theodoro Kerckringio. Amſtelodami, apud Andream Friſium, 1671, in 12.

⊙ Tractatus Chymico-Philoſophicus de Rebus ſuper-naturalibus & Naturalibus Metallorum & Mineralium. Francofurti, 1676, in 8.

BAS-

BASSIANUS LANDUS

☽ *Natus Placentiæ: Joh. Baptiſtæ Montani Diſcipulus, & poſtea Collega in Profeſſione Medicinæ Ordinariâ Patavii fuit. Cùm aliquando noctu domum rediiſſet, ante fores ædium ſuarum à ſicario quodam 7. vulneribus impetitus, die ſeptimâ pòſt Patavii obiit A. C. 1562.*

☽ Du humana Hiſtoria, vel, ſingularum Hominis Partium Cognitione, Libri duo. Baſileæ, apud Johan. Oporinum, 1542, in 4. Francof. apud Johan. Spieſſium, & Johan. Jacob. Porſium, 1605, in 8.

⊙ Anatomia Corporis humani, id eſt, Capitis, Cerebri, Cordis, Pulmonum, Oſsium, Nervorum, Membranarum, Venarum, Arteriarum, Muſculorum, Inteſtinorum, Renum &c. Conſtitutio & Cognitio. Francofurti, 1652, in 8. Videtur idem eſſe cum priori.

De Incremento, Libellus. Venetiis, apud Balthaſar. Conſtantinum, 1556, in 8.

Jatrologia: ſive, Dialogi duo, In quibus de Univerſæ Artis Medicæ, præcipue verò morborum omnium & cognoſcendorum, & curandorum abſolutiſſimâ methodo diſseritur. Venetiis, apud eundem, 1557, in 4. Baſileæ, apud Johan. Oporinum, 1543, in 4.

De Origine & cauſa Peſtis Patavinæ, anni 1555. Venetiis, apud Balthaſar. Conſtantinum, 1555, in 8.

Præfatio in Aphoriſmos Hippocratis. De Vacuatione, Liber. Extant cum Opuſculis de Motu, de Loco, de Tempore. Patavii, apud Sim. Galignanum, 1552, in 8.

Dialogus, qui Barbaro-maſtix, ſeu, Medicus, inſcribitur. Venetiis, apud Lucam Anton. Juntam, 1533, in 4. Extat etiam cum Novæ Academiæ Florentinæ Opuſculis.

BAVERIUS de BAVERIIS

Excerpta de Balneis. Extant Operis Veneti de Balneis pag. 143.

Conſilia. Bononiæ, 1489, in fol.

BELISARIUS AQUIVIVUS.

Neritinorum Dux

De Venatione & Aucupio per accipitres, Libri duo. Neapoli, 1519, in fol.

BELISARIUS GADALDINUS

Victoris Trincavellii Explanationes in Galeni Libros de Differentiis Febrium, primus edidit.

BENEDICTUS

De Conſervatione Sanitatis, Liber. Romæ, 1490, in 4.

BENEDICTUS ARETIUS

Stoc-hornii & Neſſi in Bernatium Helvetiorum ditione Montium, & naſcentium in eis Stirpium Deſcriptio. Extat cum Valerii Cordi Annotationibus in Dioſcoridem. Tiguri, apud Andream Geſnerum, 1561, in fol.

⊙ BENEDICTUS de BACQUERE

Senum Medicus: quædam præſcribens obſervanda, ut ſine magnis moleſtiis aliquousque Senectus protrahatur. Opus rarum ac curioſum, omnibus longam vitam producere

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 146 sur 1339

©BIUM

cupientibus utile. Coloniæ Agrippinæ, 1673, in 8.

BENEDICTUS BUSTAMENTE PAZ, *Hiſpanus*

Methodus in ſeptem Aphoriſmorum Libris ab Hippocrate obſervata, quâ & continuum Librorum ordinem, argumentaq; & ſchemata declarat. Venetiis, apud Aldi filios, 1550, in 4. Pariſiis, apud Martinum Juvenem, 1550, in 16.

BENEDICTUS CERUTUS, *Veronenſis*

☽ Muſæum Franc. Calceolarii Jun. *Veronenſis*, incepit. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1622, in fol.

Epiſtola Medica. Extat cum Ciſta Medica Johan. Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

BENEDICTUS CURTIUS, *Symphorianus*

Hortorum Libri triginta. In quibus continentur Arborum Hiſtoriæ, partim ex probatiſſimis quibusque Auctoribus, partim ex ipſius Auctoris obſervatione collectæ. Lugduni, apud Johan. Tornæſium, 1560, in fol.

⊙ BENEDICTUS HERMANNUS

Obſervatio, de Epilepſia rara. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann. I. N. 124.

BENEDICTUS MATAMORUS

Diſputationes, de Febribus. Viſaonæ, 1622, in fol.

⊙ BENEDICTUS MENZINUS

De Literatorum Hominum Invidia. Florentiæ, 1675. Extat etiam cum J. Dan. Majoris Genio Errante. Vid. J. D. Major.

BENEDICTUS PATINA, *Brixianus*

⊙ *Natus Breſciæ, Venetæ Ditionis Urbe, A. C. 1534. Ab Imperatore Maximiliano II. palpitatione Cordis tum affecto Viennam ad curandum illum morbum aliquando accerſitus eſt. Patavii deinde tempore contagii ſummâ cum laude Praxin exercuit. Fuit etiam Poëta Satyricus ſuâ ætate incomparabilis: ſed paulò ante obitum Poemata ſua Satyrica Vulcano conſecravit. Obiit A. C. 1577, ætatis ſuæ 43.*

Pro Divo Maximiliano, Cæſare ſemper Auguſto, de Cordis Palpitatione, Conſilium. Brixiæ, apud Vincent. Sabium, 1573, in 8.

BENEDICTUS RINIUS

Venetus Philoſophus, & Medicus eminentiſſimus. Floruit ſub Julio III. Pontifice. Wolfg. Juſtus, in Chronol. Medic.

De Morbo Gallico, Tractatus. Extat Tomo II. Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 14.

☽ Avicennæ Librum Canonis, de Medicinis Cordialibus, & Cantica, eruditiſsimis accuratiſsimisq; Lucubrationibus illuſtravit. Venetiis apud Juntas, 1544, & 1555, in fol. Baſileæ, apud Hervagium, 1556, in fol.

BENE-

BENEDICTUS SYLVATICUS

☽ De Lithotomia, seu, calculi vesicæ sectione, Consultatio. Extat cum Lib. IV. Observationum posteriorum Greg. Horstii. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4. Et Edit. Norib. in fol. Itemq; cum Johannis Beverovicii Libro de Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

☽ Consiliorum & Responsionum medicinalium Centuriæ IV. Quibus rari Casus proponuntur, pluresque difficultates dilucidantur. Additis Indicibus locupletissimis. Accessit Ejusdem Methodus Consultandi. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1656, in fol. Genevæ, apud Johan. Anton. & Samuel. de Tournes, 1662, in fol.

BENEDICTUS TEXTOR, *Segusianus*

Stirpium differentiæ ex Dioscoride, secundum locos communes, Opus ad ipsarum plantarum cognitionem admodum conducibile. Lutetiæ, apud Simonem Colinæum, 1534, in 16. Argentorati, apud Wendelinum Rihelium, 1552, in 4. cum Hier. Tragi Opere Botanico.

Ratio præcavendæ & curandæ Pestilentiæ, ac Sententia optimorum Autorum selecta. Lugduni, apud Johan. Tornæsium, 1551, in 8.

De Cancro, ejus natura, & curatione, Liber. Lugduni, apud Johannem Tornæsium, 1550, in 8.

BENEDICTUS VICTORIUS

☽ *Natus Faventiæ, hincq; à patria communiter dictus Faventinus. Fuit nepos Leonelli Victorii, Bononiæ Medicorum principis: & ipse Medicinæ Professor Bononiensis: Majorum nostrorum ævo nullus ferè Medicorum in Praxi tantam, quantam hic, sequelam habuit. Claruit circa A. C. 1540.*

Empirica Medicina de curandis morbis totius corporis, & Febribus: cum exhortatione ad Medicum, rectè sanctèque medicari cupientem. Venetiis, apud Valgrisium, 1550, & 1554, in 8. Huic posteriori editioni Camilli Thomaji Methodus rationalis, & Trotulæ curandarum ægritudinum muliebrium, Liber accesserunt. Francof. apud Theobald. Schönwetterum, 1598, & 1626, in 8. cum Dispensatorio Chymico. Et Lugduni apud Sebast. Honoratum, 1558, in 16.

Practicæ magnæ de morbis curandis ad tyrones, Tomi duo. Quorum primus agit de cura morborum capitis; alter de cura morborum partium spirationi servientium. Venetiis, apud Valgrisium, 1562, in fol. Francof. apud Johan. Theobaldum Schönwetterum, 1628, in 8. per Petrum Uffenbachium emaculata, & revisa.

☽ Medicinalia Consilia ad varia morborum genera. Venetiis, apud Vincent. Valgrisium, 1551, in 4. Ibidem, apud Jordanum Zilettum, 1557, in 8. Huic secundæ Editioni accessere Ejusdem Authoris aliquot nova Consilia, nunc primùm in lucem edita.

☽ De Morbo Gallico, Liber. Basileæ, apud Johan. Bebelium, 1536, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 148 sur 1339

©BIUM

cum aliis Authoribus de Morbo Gallici curat. exquisitissima. Florentiæ, apud Laurent. Torrentinum, 1551, in 8. Huic Editioni annectitur de Curatione Pleuritidis per sanguinis missionem, Liber, ad Hippocratis, & Galeni scopum; sed sine aliis Authoribus de Morbo Gallico. Ultimùm, Tomo I. Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 528, 557.

Compendium, de Dosibus Medicinarum. Extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dosibus, &c. Patavii, apud Gratiosum Perchacinum, 1550, in 8 lb. apud Paulum Mejettum, 1579, in 4 Lugduni, apud Johan. Marescballum, 1584, in 8. Venetiis, apud Vinc. Valgrisium, 1562, in 8.

Commentaria in Hippocratis Aphorismos. Venetiis, apud Vincent. Valgrisium, 1556, in 4.

In Hippocratis Prognostica, Commentarii. Quibus accessit Theoricæ latitudinum Medicinæ Liber, ad Galeni scopum in Arte medicinali. Florentiæ, apud Laur. Torrentinum, 1551, in fol.

De Pleuritide, Liber. Venet. 1536, in 4.

BENEVENUTUS BORDONUS, *Patavinus*

Disputatio: continens Theoremata Logica, Mathematica, Naturalia, & Medica. Patavii, 1563, in 4.

BENEVENUTUS GRAPHEUS, *de Jerusalem*

Ars probata, de Oculorum affectibus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol.

BENEVENUTUS GRASSUS

De Oculis, eorumque ægritudinibus, in 4.

⊙ BENJAMIN à BROECKHUYSEN

Oeconomia Corporis Animalis, sive, Cogitationes succinctæ, de Mente, Corpore, & Utriusque Conjunctione: juxta Methodum Philosophiæ Cartesianæ deductæ. Noviomagi, apud Regnerum Smecium, 1672, in 8. Amstælodami, apud Henricum Wetsteinium, 1683, in 4.

BENJAMIN MUSSAPHIA, *aliàs* DIONYSIUS *dictus*

Sacro-Medicæ Sententiæ. Accessit Ejusdem de Auro potabili, Epistola: olim presso Auctoris nomine in lucem edita. Hamburgi, apud Jacobum Rebenlini, 1640, in 8.

⊙ BENJAMIN SCHARFFIUS

Ἀρκευθολογία, seu, Juniperi Descriptio Curiosa. Ad normam & formam Sacri Romani Imperii Academiæ Naturæ Curiosorum elaborata, & variis medicamentis observationibusq; referta. Jenæ, typis & sumptibus Gollnerianis, 1679, in 8.

Τοξικολογία, seu, Tractatus Physico-Medico-Chymicus, de Natura Venenorum in genere. In quo Venenorum vires & qualitates considerantur; ex Veterum ac Recentiorum opinione examinantur, & tandem ab occultis ad manifestas qualitates reducuntur. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

Observa-

Obſervatio, de Vomitu Sanguinis Quotidiano Gravidæ innoxio. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. IX. & X. N. 6.

de Vermibus Uteri. Ibid. Ann. eod. N. 7.

de Opio in Phthiſi ſiniſtrè exhibito. Ibid. Ann. eod. N. 103.

de Lactis copioſâ quidem & diuturnâ, è mammis mulieris Gravidæ, at innoxiâ effluxione. Ibid. Decur. II. Ann. II. N. 99.

de Aquæ ex Utero prægnantis duorum ante partū menſibus quotidiano quidem, at innoxio effluxu. Ibid. Ann. eod. N. 100.

de Menſium per Os exeuntium curatione. Ibid. Ann. eod. N. 101.

de Monſtro â conſtrictione. Ibid. Ann. eod. N. 102.

de Aſthmate Paralytico ſicco curato. Ibid. Ann. eod. N. 103.

de Febre quotidianâ Ureticâ ſputatoriâ. Ibid. Ann. eod. N. 104.

BERNHARDINUS BALDINUS

⊙ *Natus in Italia A. C. 1515: in Gymnaſio Papienſi Medicinam, & poſt Mediolani Matheſin publicè docuit, ibidemq; obiit A. C. 1600, ætatis ſuæ 85.*

Problemata excerpta ex Commentariis Galeni in Hippocratem. Venetiis, 1567, in 8.

BERNHARDINUS CAJUS, *Venetus*

De Alimentis, quæ cuique naturæ conveniant, Liber. In quo etiam de Voluptatis naturâ: de Sapore: de Frigidæ potione: de viribus Salnitri ad refrigerandum: de Auro potabili: ac de Octimeſtri partu, cumulatiſſimè diſputatur. Venetiis, apud Evangel. Deuchinum. 1608, in 4. apud Societat. 1610, in 4.

☽ Bernhardini Paterni Explanationes in primam Fen primi Canonis Avicennæ in lucem edidit. Venetiis, apud Franciſcum de Franciſcis, 1596, in 4.

De Sanguinis effuſione, Diſputatio. Ibidem, apud Eundem, 1607, in 4.

Diſputatio, de Veſicantium uſu. Ibidem, apud Eundem, 1606, in 4.

⊙ BERNHARDINUS CHRISTINUS à JUVELLINA, *Cyrnæus*

Inſtitutiones Medicæ, & Regulæ, Conſultationes & Obſervationes. Quibus acceſſerunt Centuriæ quinque Curationum Morborum: Tractatus de Lue, ſeu, Morbo Venereo: de Febre Peſtilentiali: cum brevi Romæ Contagii Narratione: & Aſtrologicus ad Medicinam pertinens. Præmittuntur Arcana Lazari Riverii ab Eodem Authore primùm edita. Venetiis, apud Bartholomæum Tramontinum, 1676, in 4.

BERNHARDINUS CRIPPA

Peripatetica vitæ conſervatio. Romæ, 1592, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 150 sur 1339

©BIUM

BERNHARDINUS DONATUS

Galeni Libr. de dignoſcendis, curandisque Animi morbis, interpretatus eſt.

BERNHARDINUS GOMESIUS MIEDE

Αλογραφία, ſive, Diaſcepſeon de Sale, Libri quatuor. Quorum primus eſt de Sale Phyſico, ſeu, Philoſophico: II, Medico, ſeu Empirico: III, Geniali, ſive locoſo: IV, Myſtico. Nunc denuo reviſi, & in certa quædam capita diſtincta, ab Autore locis plus ſexaginta aucti, cum Appendicibus. Valentiæ, apud Petrum Huetæ, 1579, in 4. Per Petrum Uſſenbachium, *Francof.* Urſellis apud Johann. Bernerum. 1605, in 8.

BERNHARDINUS de LANDRIANO

Additiones in Practicam Johannis Petri de Ferrariis, *Papienſis*, Venetiis, apud Octav. Scotum, 1496, in fol.

BERNHARDINUS MONTANA, *de Monferrat, Medicus Regius*

De Hominis Anatomia. Valleſoleti, 1551, in fol.

BERNHARDINUS PATERNUS, *Salonenſis*

☉ *Natus Salodii, Patre & ipſo Medico: adepto in Veneto Collegio Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris titulo, primùm in Piſana, deinde Montis Regalis, denique in Ticinenſi, & poſtremò in Patavina Univerſitate Medicinam publicè docuit: in eo munere, licèt à Stephano Bathoreo, Poloniæ Rege, expeteretur, obiit, Patavii ſenio gravis, A. C. 1592.*

☽ De humorum purgatione circa morborum initia tentanda. Et Ejusdem Tractatus, quòd Cœna prandio liberalior, etiam in catarrho, ex antiquorum Medicorum decretis, eſſe debeat. Romæ, apud Doricos fratres, 1547, in 8. Spiræ, apud Bernhardum Albinum, 1581, in 8.

Conſilium de Balneis Aquenſibus, apud aquas Statiellorum, quod una cum Viris clariſſ. Julio Delphino, & Johan. Cellanovâ, illuſtriſſimo Viro Ferdinando Gonzagæ de Luto dedit. Extat pag. 303. Operis de Balneis.

Explanationes in primam Fen primi Canonis Avicennæ, à Bernhardino Cajo, *Veneto*, in lucem editæ. Venetiis, apud Franc. de Franciſcis, 1596, in 4.

Conſilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurent. Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

BERNHARDINUS STAINER

Gerocomicon, ſive, Diæteticum regimen, de conſervanda Senum ſanitate, & vitæ eorundem ad præfixum terminum (per praxin ſex rerum non naturalium) productione. Edidit Johannes Neydecker. Wirceburgi, apud Eliam Mich. Zinck, 1631, in 4.

BERNHARDINUS TAURISANUS

Medicationes in Theriacam, & Mithridaticam Antidotum, à Clariſſ. Med. Junio Paulo Craſſo, Bernh. Tauri-

Taurisano, Marco Oddo, ex inclyto Patavinorum Collegio ad id selectis, accuratissimè elucubratæ, & ab eodem Collegio confirmatæ. Venetiis, apud Paulum & Anton. Mejetos, 1576, in 4.

BERNHARDINUS TELESIUS

De Rerum Natura, Lib. IX. Neapoli, 1587, in fol.

Quòd Animal universum ab unica animæ substantia gubernetur. Venetiis, 1590, in 4.

De Usu Respirationis, Liber. Venetiis, 1590, in 4.

De Saporibus, Opusculum. Ibid. 1590, in 4.

BERNHARDINUS TOMITANUS

De Morbo Gallico, Libri duo. Extant Tomo II Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 58.

BERNHARDINUS TRIVISANUS

⊙ *Natus Patavii A.C. 1506, Patre Marco Trivisano, Medico Celebri: adepto in patria Medicinæ Doctoris titulo, in eadem Professor per multos annos & Bernhardini Paterni Collega fuit. Obiit ibidem 1583, ætatis suæ 77.*

Περὶ χυμείας, Opus Historicum & Dogmaticum, ex Gallico in Latinum simpliciter versum, & nunc primùm in lucem editum. Extat cum Johan. Franc. Pici Libris tribus de Auro. Ursellis, apud Cornel. Sutorium, 1598, in 8. Francof. apud Conr. Eifridum, 1625, in 8.

☽ De Chymico miraculo, quod Lapidem Philosophiæ appellant. Accessit Dionysii Zacharii, *Galli*, Opusculum Philolophiæ naturalis Metallorum autoritatibus variis Principum hujus artis, Democriti, Gebri, Lullii, Villanovani, confirmatum & illustratum per Gerhardum Dorneum. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1583, in 8. Ibidem, apud Conrad. Waldkirch, 1600, in 8. Extat etiam cum Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8. pag. 748.

⊙ BERNHARDUS BELOW

Observatio, de Præparandi salem Nasturtii aquatici modo. Ibid. Ann. VI & VII. N. 21.

de Vermicularis herbæ viribus & præcellentiâ. Ibid. Ann. eod. N. 22.

de mira omnium membrorum circumgyratione. Ibid. Ann. eod. N. 23.

BERNHARDUS BERTRANDUS RHEGINUS

Galeni Libr. de Humoribus interpretatus est, cum Annotationibus ad marginem, & adjectâ ad finem Libri Tabellâ, quæ totius Libri summa Capita complectitur.

BERNHARDUS CÆSIUS, *Mutinensis*

Mineralogia, sive, Naturalis Philosophiæ Thesauri. In quibus metallicæ concretionis, medicatorumque fossilium miracula, terrarum pretium, colorum & pigmentorum apparatus, concretorum succorum virtus, lapidum atque gemmarum dignitas, continentur. Lugduni, apud

©BIUM

apud Jacobum & Petrum Proſt, 1636, in fol.

⊙ BERNHARDUS CANESIUS

Tabulam Smaragdinam primus edidit.

BERNHARDUS CARANES

Adverſus Valentinos, & alios noſtri temporis Medicos, de Ratione mittendi ſanguinem, in Febribus putridis, Lib. III. Barcinonæ, apud Paulum Malum, 1592, in 8. Venetiis, 1595, in 8.

BERNHARDUS DESSENIUS CRONENBURGIUS

⊙ *Natus Amſtelrodami A.C. 1510: nacto in Italia Medicinæ Doctoris titulo, reverſus in Hollandiam, Groningæ Friſiorum per integrum novennium Medicinam publicè profeſſus eſt. Inde Coloniam Agrippin. digreſſus, ibidem Medicinam, liberali ſtipendio conductus, fecit, & obiit Medicus & Botanicus eximius A.C. 1574, ætatis ſuæ 64.*

Defenſio Medicinæ veteris & rationalis, adverſus Georgium Phædronem, & Sectas Paracelſi. Item, Purgantium Medicamentorum & Pilularum in minore pondere, particularis diviſio. Coloniæ, apud Gualtherum Fabricium, 1573, in 4.

☽ De Compoſitione Medicamentorum, hodierno ævo apud Pharmacopolas paſſim extantium: & quo artificio eadem rectè parari queant, cum Simplicium, atque Aromatum (quibus conſiſtunt) expoſitionibus, ac plerorumque omnium delectu, Libri decem. Non Medicis & Pharmacopœis tantùm, ſed omnibus inſuper rerum cognoſcendarum ſtudioſis utiliſsimi pariter ac neceſſarii. Ubi ſingula ad ipſisſimam veritatem expenduntur, plurimi errores aperiuntur, & controverſiæ frequentes conciliantur. Francof. apud Hæredes Chriſtophori Egenolph, 1555, in fol. Lugduni, apud Gul. Rovillium, 1556, in 8.

De Peſte, Commentarius verè aureus. In quo cauſæ, ſigna, præſagia, cùm univerſalia, tum particularia Peſtilentis Contagii dilucidè explicantur. Deinde ejusdem præſervatio ac curatio ſummâ fide ita docentur, ut à nemine hactenus, ſimili ratione, & methodo, tradita habeantur. Coloniæ, apud Gualtherum Fabricium, 1564, in 4.

Epiſtola ad Andr. Matthiolum. Extat Lib. II. Epiſt. Matth. pag. 235.

BERNHARDUS GORDONIUS

☽ *Natus eſt in Gallia: Medicus & Profeſſor Academiæ Montispeſſulanæ celeberrimus: poſtquam Medicinam annos 20 docuiſſet, ſcribere demum aggreſſus eſt ſuum* Lilium Medicinæ. *Obiit circa A.C. 1305.*

☽ Opus, Lilium Medicinæ inſcriptum, de Morborum prope omnium curatione, ſeptem particulis diſtributum, unà cum aliquot aliis ejus Libellis: videlicet, de Indicationibus curandorum morborum: de Victus ratione, & Pharmacorum uſu in morbis acutis: de Prognoſticis, Tractatus, quinque particulis diſtributus: de Urinis & Cautelis earum: de

de Pulsibus. Accesserunt præterea Pharmacorum, quæ hodie in frequenti sunt Practicantium usu, aliquot schemata, omnibus Medicinam facere volentibus omnino necessaria, per Remaclum Fuchsiu, *Limburgensem*. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1494, in fol. Parisiis, apud Ponatum le Preux, 1542, in 8. Lugduni, apud Gul. Rovillium, 1559, in 8.

De Urinis, Tractatus. Ferrariæ, 1487, in fol.

De Conservatione Vitæ humanæ, à die Nativitatis usque ad ultimam horam mortis, Tractatus, nunc demum editus operâ Joachimi Baudisii. Lipsiæ, apud Johan. Rhambæ, 1570, in 8. Lugduni, apud Rovillium, 1580, in 8. Adjectis de Phlebotomia, & Floribus Diætarum, Libris.

De Febribus, Liber. Extat Operis Veneti de Febribus, pag. 208.

☉ BERNHARDUS à KALLEN

Apologia pro Auri solutione sine corrosivo. Francofurti, 1653, in 4.

BERNHARDUS LANGWEDELIUS, *Hamburgensis*

Carolus Piso Enucleatus, sive, Observationes Medicæ Caroli Pisonis, certis conclusionibus Physico-Pathologicis comprehensæ, rationibus firmis illustratæ, & in Epitomē reductæ. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1639 in 12. Hamburgi, apud Zach. Hertelium 1639, in 8.

☽ Hippocratis Defensio, contra quoscumque petulcos ejusdem obtrectatores ac calumniatores susceptа. Lugd. Batav, apud Johann. Maire, 1647, in 12. Amstelodami, apud Petrum van den Berge, 1661, in 12.

☽ Colloquium Romano-Hippocraticum inter Marforium & Pasquinum, Patritios Romanos. Ibid. apud eundem, 1648, in 12. Amstelodami, apud Petrum van den Berge, 1661, in 12.

Thesaurus Hippocraticus, sive, Aphorismi Hippocratis in Classes & certos titulos ordine dispositi, atque succinctis rationibus illustrati. Hamburgi, apud Zach. Härtelium 1639, in 12.

BERNHARDUS G. PENOTUS, *à Portu S. Mariæ Aquitanus*

Tractatus, de Denario Medico, quo decem medicaminibus, omnibus morbis internis medendi, via docetur. Cui plures alii Tractatus additi sunt. Bernæ Helvetiorum, apud Johan. le Preux, 1607, in 4. 1608, in 8.

Quæstiones tres de Corporali Mercurio: An arte ex corporibus perfectis extractus, suo corpori commixtus, faciat ad generationem Lapidis Physici, sicut est quorundam firma opinio? Ad varias quæstiones Responsio. Quinquaginta septem Canones de Opere Physico, quibus Ars dilucidior fit. Vera Mercurii ex auro extractio, cum sua historia. Chrysorrhoas, sive, de arte Chemica, Dialogus, qui præclarissimas hujus artis actiones, rationi & naturalibus principiis consentaneas esse, demonstrat:

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 154 sur 1339

©BIUM

ſtrat; impoſtorum verò & ſycophantarum ſomnia & nugas detegit. Extant hæc omnia Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

☽ Tractatus varii de vera præparatione & uſu medicamentorum chymicorum. Francof. apud Petr. Fiſcherum, 1594, in 8. Urſellis, apud Jonam Rhodium, 1602, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8. pag. 654. Baſileæ, apud Lud. Regem, 1616, in 8.

De Balneis, Excerpta. Extant Operis Veneti de Balneis p. 225.

CHRISTOPHORUS BENNETTUS, *Londinenſis*

Theatri Tabidorum Veſtibulum, ſeu, Exercitationes Dianoëticæ cum Hiſtoriis & Experimentis demonſtrativis. Quibus Alimentorum, reſpectu Subactionis & Diſtributionis, nec non Sanguinis & Succi nutritii innatantis: reſpectu Qualitatis, Conſiſtentiæ, Maturitatis & Circulationis, vitia, deteguntur, in Morbis plerisque, præſertim Phthiſi, Atrophia & Hectica. Πνευματολογία annectitur, & Rubentis Sanguinis Cauſa propalatur. Londini, apud Sam. Thomſon, 1654, in 8. Ibid. 1656, in 8. Idem Tractatus extat etiam ſub hoc titulo: Chriſtophori Benedicti Tabidorum Theatrum, ſive, Phthiſios, Atrophiæ & Hecticæ Xenodochium. Francofurti, apud Georg. Fickwirtum, 1665, in 12.

CHRISTOPHORUS BURGENSIS, *Conſolentaneus*

Jac. Hollerium de Morborum Curatione edidit.

CHRISTOPHORUS CACHETUS, *Lotharingus*

Controverſiæ Theoricæ Practicæ, in primam Aphoriſmorum Hippocratis Sectionem, Opus in duas partes diviſum, Philoſophis ac Medicis perutile, ac perjucundum. In quo quæcunque ad Venæſectionem, Purgationem, & probam Victus rationem pertinent, non minùs accurate, quàm acutè ac eleganter in utramque partem diſputantur ac enodantur. Pars prima. Tulli Leucorum, apud Sebaſt. Philippe, 1612, in 8. apud Simon. San-Martellum, 1618, in 8.

CHRISTOPHORUS CASTANEA, *Laudenſis*

Jacobi Forlivienſis Nova Caſtigatio Expoſitionis Aphoriſmorum Hippocratis. Papiæ, apud Jac. de Burgofranco, 1521, in fol.

CHRISTOPHORUS à COSTA

Aromatum & Medicamentorum in Orientali India naſcentium, Liber: plurimum lucis adferens iis, quæ à Doctore Garcia de Orta in hoc genere ſcripta ſunt: Caroli Cluſii operâ ex Hiſpanico ſermone Latinus factus, in Epitomen contractus, & quibusdam Notis illuſtratus. Altera editio caſtigatior & auctior. Antverpiæ, apud Plantinum, 1593, in 8.

CHRISTOPHORUS DIATRISTAN de ACUNA

Antitheſis ad Repetitionem de Tertia-

Tertiana, pro Medicina Iberorum. Lovanii, apud Jac. Zegers, 1642, in 4.

CHRISTOPHORUS ENCELIUS, *Salveldensis*

De Re Metallica, hoc est, de Origine, Varietate, & Natura Corporum Metallicorum, Lapidum, Gemmarum, atque aliarum, quæ ex Fodinis eruuntur, rerum, ad Medicinæ usum deservientium, Libri tres. Francof. apud Christoph. Egenolphum, 1557, in 8.

CHRISTOPHORUS FABIUS BRECHTELIUS

Nomenclatura Pharmaceutica, inserviens ad singula materiæ medicæ vasa & thecas, pro usu Officinarum. Noribergæ, apud Paulum Kaufmannum, 1603, in fol.

CHRISTOPHORUS FUNCCIUS, *Saganus Silesius*

De Sterilitate Muliebri, Disputatio. Extat Decade 11. Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Joh. Jac. Genathius, Basileæ, 1619, in 4.

CHRISTOPHORUS GEORGIUS de HONESTIS

Florentinus. Floruit circa A. C. 1468. Wolfg. Justus in Chronol. Medic.

Expositio super Antidotario Mesuæ. Addito Tractatu de Aqua Hordei: & Modo faciendi Ptisanam, secundùm communem modum Practicantium. Ferrariæ, apud Andr. Gallum, 1488, in fol. Venetiis, apud Luc-Ant. Juntam, 1527, in fol. cum Mesuæ Operibus. Ibidem, 1541, in fol.

CHRISTOPHORUS GLUCKRADT

Johan. Begvini Tyrocinio Chymico Notas addidit elegantes.

CHRISTOPHORUS GUARINONIUS

Natus Veronæ, ubi Medicinam felicissimè exercuit. Tum Ducis Urbini Archiater, & deinde Imperatoris Rudolph. II. Pragæ Consiliarius & Medicus aulicus factus est. Obiit Pragæ, & claruit A.C. 1600.

Consilia Medicinalia. In quibus universa Praxis Medica exactè pertractatur. Venetiis, apud Thom. Baglionum, 1610, in fol.

Commentaria in primum Librum Aristotelis, de Historia Animalium. In quibus Animantium Differentiæ conspicuæ fiunt, & sedulo ad certam divisionis normam ordinantur. Francof. apud Johan. Saurium, 1601, in 4.

De Natura Humana, Sermones IV. Francof. apud Nicol. Steinium, 1601, in 4.

Tractatus, de Methodo Doctrinarum. Ibidem, formâ & anno iisdem.

De Generatione Viventium. Ibid. in 4.

De Principio Venarum. Ibid. in 4.

⊙ CHRISTOPHORUS HARDERUS

Observatio, de Hydrope Ascite cum tuberibus. Extat Ephemer. Acad.

Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. III. N. 180. unà cum Scholiis ad eam.

CHRISTOPHORUS HEGENDORPHINUS

Ariſtotelis Libelli, de Longitudine & Brevitate Vitæ: & de Divinatione per Somnum, Latinè translati, & Scholiis illuſtrati: Addito Textu Græco. Baſileæ, apud Weſthemerum, 1536, in 4.

Encomion Sobrietatis. Lipſiæ, 1520, in 4.

Antidotum contra Peſtilentiam. Lipſiæ, 1540, in 8.

CHRISTOPHORUS HEINICUS

Diſputatio, de Calculi Natura & Amotione. Extat inter Diſputationes Baſileenſes, quas collegit & edidit Joh. Jacob Genathius. Baſileæ, 1631, in 4.

CHRISTOPHORUS HENRICUS AYRERUS

☽ Methodica & ſuccincta Informatio Medici, Praxin aggredientis. In uſum ac utilitatem Medicinæ Studioſorum ſcripta. Francof. apud Joh. Saurium, 1594, in 8.

Regimen Peſtis & Dyſenteriæ, populariter graſſantium, Præſervandæ & Percurandæ. Argentorati, apud Paulum Bohemum, 1607, in 4.

Epiſtolæ quædam Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

CHRISTOPHORUS HEYL

Wisbadenſis. Medicus clarus, & Profeſſor Lipſienſis. Vixit A. C. circiter 1534. Juſtus in Chronol. Medic.

Galeno adſcriptum Lib. de Renum Affectuum Dignotione & Medicatione interpretatus eſt.

☉ Artificialis Medicatio, conſtans Paraphraſi in Galeni Librum de Artis Medicæ Conſtitutione. Moguntiæ, apud Johannem Schœffer, 1534, in 4.

CHRISTOPHORUS HIEBLINUS

De Lapide Bezoar, Tractatus. S. Galli, apud Leonhardum Straubium, 1589, in 8.

CHRISTOPHORUS HORNIUS

Hortulus Medicus, Hippocraticus, Spagyricus, Hermeticus, Poëticus. Caſſellis, apud Weſſelium, 1610, in 4.

De Auro Medico Philoſophorum, Dialogus Scholaſticus. Extat Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1622, in 8.

⊙ CHRISTOPHORUS JERVINUS

Johannis Walæi Opera Medica omnia edidit. Londini, apud T. Davies & T. Sadler, 1660, in 8.

⊙ CHRISTOPHORUS LIPSTORPIUS

Obſervatio, de Vitula bicipite Anno LXXIII. Stadæ nata. Extat Ephem.

Ephem. Acad. Nat. Curiol. Germ. Ann. VI. & VII. N. 74.

⊙ CHRISTOPHORUS LOVE MORLEY

De Morbo Epidemico, tam hujus, quàm ſuperioris Anni, id eſt, 1678, & 1679, Narratio. Cui acceſſit Lucæ Schachtii de eodem Morbo ad Auctorem Epiſtolica Narratio ſanè quàm doctiſſima. Londini, apud Johannem Gay, 1680, in 8.

☉ CHRISTOPHORUS MERRETTUS

Pinax Rerum Naturalium Britannicarum, continens Vegetabilia, Animalia & Foſſilia, in hac Inſula reperta. Londini, apud Cave Pulleyn, 1667, in 8.

Obſervationes & Notæ in Antonii Neri Libros ſeptem de Arte Vitraria, in quibus omne gemmarum artificialium, encauſtorum, & lacearum, artificium explicatur. Extant cum Ejusdem Antonii Neri de Arte Vitraria Libris ſeptem. Amſtelodami, apud Andream Friſium, 1668, in 12.

CHRISTOPHORUS MEURERUS

Natus Lipſiæ A. C. 1558, Patre Wolfgango Meurero, Med. Doctore & Profeſſore. Adepto 1582 in Patria Philoſophiæ Magiſtri titulo, vix ſesquianno elapſo, eâdem in Academia Mathematum Profeſſor conſtitutus eſt. Anno 1592. demum Medicinæ Doctor Lipſiæ creatus, ibidem Medicinam facere, ſimulq; Xenodochiorum Medicus 1594 fieri cœpit. Obiit in Patria 1616, ætatis ſuæ 58.

De Anatomia, Oratio. Lipſiæ, apud Lantzenberg 1596, in 4.

Diſputatio, de Phthiſi, ſeu, Tabe. Lipſiæ, apud Joh. Beyerum, 1592, in 4.

CHRISTOPHORUS NUNNEZ, *Optenſis*

De Coctione & Putredine, Opus, In quo commentantur tria priora Capita Ariſtot. ex Meteor. Lib. IV. Matriti, apud Mich. Serrango de Vargas, 1613, in 4.

CHRISTOPHORUS OROSCIUS

Hiſpanus, Medicus doctiſſimus, in Gymnaſio Salmanticenſi. Floruit A. C. 1496. Wolfg. Juſtus Chronol. Medic.

Annotationes in Interpretes Aëtii Med. præclariſſimi. Baſileæ, apud Rub. Winter. 1540, in 4.

Annotationes in Interpretes Pauli Æginetæ. Venetiis, apud Luc. Anton. Juntam, 1536, in fol.

CHRISTOPHORUS PECELIUS, *Plavenſis*

Oratio, de Generatione Hominis. Wittebergæ, 1565, in 8.

CHRISTOPHORUS PEREZ de HERRERA, *Matritenſis*

Compendium totius Medicinæ, in tres Libros diviſum, ex Veterum & Neotericorum monumentis accuratiſſimè elaboratum. Matriti, apud Ludov. Janctium, 1614, in 4.

Clypeus Puerorum, ſeu, de eorum Sanitate tuenda. Pintiæ, 1640, in 8.

CHRI-

CHRISTOPHORUS PEUTINGERUS, *Auguſtanus*

Practica Medica. Extat cum Georg. Hieronym. Velschii Exotic. Curat. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthaſar. Kuenium, 1676, in 4.

CHRISTOPHORUS PITHOPOEUS

Epiſtolæ quædam Medicæ. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 112, & ſeqq.

CHRISTOPHORUS PLANTINUS

Icones Stirpium, ſeu, Plantarum tam exoticarum, quàm indigenarum, in gratiam rei herbariæ ſtudioſorum in duas partes digeſtæ. Cum ſeptem Linguarum Indicibus, ad diverſarum nationum uſum. Antverpiæ, apud Chriſt. Plantinum, 1581, in 4. & Joan. Moretum, 1591, in 4.

CHRISTOPHORUS PREIBISIUS

Fabrica Corporis humani, in gratiam nonnullorum Literatiſſimorum Juvenum, octo Diſputationibus, in alma Academia Lipſienſi, comprehenſa. Lipſiæ, apud Hæredes Schüreri, 1621, in 4.

CHRISTOPHORUS ROESLERUS

Obſervationes ſelectiores collectæ & Scholiis illuſtratæ à Gottofredo Chriſtian. Wincklero. Extant cum Miſcellan. Curioſ. ſive, Ephemer. Medico-Phyſicar. German. Anno Tertio. Francofurti & Lipſiæ, apud Hæred. Schureri-Götzianos & Johan. Fritzschium, 1673, in 4.

Obſervationum ſelectiorum Semicenturia. Extat Ephem. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. III. N. 301.

CHRISTOPHORUS RUMBAUM, *Uratislavienſis*

Exercitationes quædam, de Corporis humani Partibus. Quibus Generatio, Subſtantia, Uſus, Sanitas, Morbus, & Curatio illorum, exponitur. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1586, in 8.

CHRISTOPHORUS SCHEINERUS, *Mundelheinenſis, è Soc. Jeſu*

Oculus, hoc eſt, Fundamentum Opticum. In quo ex accurata Oculi anatome, abſtruſarum experientiarum ſedulâ perveſtigatione, ex inviſis ſpecierum inviſibilium, tam everſo, quàm erecto ſitu, ſpectaculis, nec non ſolidis rationum momentis, radius viſualis eruitur, ſua Viſioni ſedes decernitur, anguli viſorii ingenium aperitur, &c. Oeniponti, apud Danielem Agricolam, 1619, in 4.

CHRISTOPHORUS SCHELHAMMERUS, *Hamburgenſis*

Natus Hamburgi Saxon. A. C. 1620: Baſileæ Doctor Medicinæ 1643 creatus, & eodem adhuc anno Jenam vocatus, in numerum Medicinæ Profeſſo-

©BIUM

fessorum Publ. caoptatus est. Vinariæ tandem, quò Amicos visitandi gratiâ abierat, obiit A. C. 1651, ætatis suæ 31.

Dissertationum, de Humani Corporis Humoribus, biga. Jenæ, apud Christ. Laurentium Kempf. 1652, in 4.

CHRISTOPHORUS SCHILLINGUS

Epistolæ quædam Medicæ. Extant eo in Opere, quod Laur. Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 109, & seqq.

⊙ CHRISTOPHORUS SELIGER.

Observatio, de singulari Prægnantium Imaginatione. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. VIII. N. 55.

de Febre Pemphygode, seu, Bullosâ. Ibid. Ann. eod. N. 56.

de Gonorrhæa virulentâ, cum Excrescentiis. Ibid. Decur. II. Ann. I. N. 136.

de Vomitu infeliciter coërcito. Ibid. Ann. eod. N. 137.

de Epilepsia ex decocti hyosciami fomentatione. Ibid. Ann. eod. N. 138.

de Tragœdia notabili ex comesta Cucurbitâ. Ib. Ann. eod. N. 139.

de Variis symptomatibus ex injectis per incantationem materialibus. Ibid. Ann. eod. N. 140.

de Utero loco fœtus incautè extracto. Ibid. Ann. eod. N. 141.

CHRISTOPHORUS STATHMIO, *Coburgensis*

De Tertiana Febri, Astrologica Experientia, & contra Manardum Defensio Considerationis Astrologicæ in medicatione. Wittebergæ, apud Hæredes Georg. Rhaw, 1546, in 8.

⊙ CHRISTOPHORUS THEOPHILUS SCHEURL

Discursus Medico-Chirurgicus, de Arteriotomia. Norimbergæ, apud Wolffgang. Eberhardum Felseckerum, 1666, in 12.

CHRISTOPHORUS à VEGA

Complutensis Academiæ Professor, Caroli V. Medicus à Cubiculo. Obiit A. C. 1556, Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.

Opera, nunc recens in unum Volumen congesta, Auctorisque postremâ manu aucta & purgata. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1576, 1586. in fol. Annotationibus illustrata, operâ Ludovici Serrani, *Lugdunensis*. Ibidem, apud Anton. Chard. 1626, in fol.

Sunt autem:

De Arte Medendi, Liber.

Commentaria in Galeni Lib. de Differ. Febrium.

Commentarius, de Urinis.

Commentaria in Librum Aphorismorum Hippocratis.

Pro-

Prognoſticorum Hippocratis è Græco in Latinum Verſio, cum Expoſitionibus ac Annotationibus in Galeni Commentaria.

Ex his ſeorſim extant:

De Arte Medendi Liber, qui univerſam Artem Medicam juſtâ Tractatione continet. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1565, in fol.

Commentaria in Galenum de Febrium Differentiis. Compluti, 1552, in 8. In Hippocr. Prognoſtica. Salmanticæ, 1552, in fol. Lugduni, 1551, in 8. & Aphorismos. Lugduni, 1568, in 8. Taurini, 1569, in 8. Lugd. apud Rouillium, 1570, in 8.

Commentaria in Librum Aphorismorum Hippocratis. Antigolæ, 1563, in 8. Lugduni, apud Clementem Baudin, 1568, & 1570, in 8. Venetiis, 1571, in 8.

De Urinis. Compluti, 1554, in 8.

De Curatione Caruncularum. Salmanticæ, 1552. Compluti, 1553.

CHRISTOPHORUS ZIEGLERUS, *Regiomontanus*

De Epilepſia, Diſputatio. Extat Decade 11. Diſput. quas collegit & edidit Baſileæ Johan. Jac. Genathius, 1619, in 4.

CIRIGIUS de GOMEDI

Prognoſticon Medicinale in annum 1642. Brixiæ, 1642, in 12.

CLAUDIUS ÆLIANUS

De Animalium natura Libri XVII. Petro Gillio, *Gallo*, & Conrado Gesnero, *Helvetio*, interpretibus. Græco-Latinè. Tiguri, apud Gesneros FF. 1555, in fol. Genevæ, apud Jacobum Stoer, 1616, in 12. Latinè. Quos ex veteri exemplari Græco Petrus Gillius vertit. Lugduni, apud Guiliel. Rouillium, 1562, in 8. Coloniæ Allobr. 1616, in 12.

CLAUDIUS ALBERIUS, *Triumcurianus*

De Concordia Medicorum, Diſputatio exoterica. Genevæ, apud Johan. le Preux, 1585, in 8.

CLAUDIUS ANCANTKERUS

Pſelli Nomenclatorem Gemmarum edidit primus, ex Græco.

CLAUDIUS BADUELLUS

Oratio, de Laudibus Artis Medicæ. Extat cum reliquis ejus Operibus. Lugduni, apud Sebaſt. Gryphium, 1544, in fol.

⊙ CLAUDIUS BONNETIUS

Epitome, Univerſam Dan. Sennerti Doctrinam ſummâ fide complectens, ex triplici Volumine in unum congeſtam; ad uſum commodiorem, cùm Philoſophorum, tum Medicorum, qui Catholicam & Apoſtolicam fidem in veritate profitentur, ac proinde omnia diligenti curâ & examine purgata ab illis, quæ orthodoxæ fidei puritati viſa ſunt adverſari potiſſimùm in Tractatu de Anima rationali, aliisq; nonnullis, ab omni Hæreticæ pravitatis errore & ſuſpicione

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 204 sur 1339

©BIUM

liberis. Adjectis quibusdam non vulgaribus Notatiunculis in Praxi animadversis per asteriscum designatis. Cum duplici Indice, altero Librorum & Capitum: altero Vocum & Sententiarum, locupletissimo. Avenion. 1655, in fol. Coloniæ Allobrogum, apud Philippum Gamonetum, 1655, in fol.

CLAUDIUS BOUCARDUS

De Methodo Johannis Griffonii in aperienda interiore Vomica, Epistola. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Cent. 1. Basileæ, apud Ludov. Regem, 1606, in 8. pag. 110.

CLAUDIUS BURGENSIS

Apologia in Ludovicum Arrivabenum pro D. Jacobo Sylvio, optimo jure ocreato. Extat cum Operibus Sylvii. Coloniæ Allobr. apud Jac. Chovët. 1630, in fol.

CLAUDIUS CAMPENSIUS

Hippocratis Aphorismorum nova Interpretatio. Ejusdem in Aphorismos Annotationes, quibus illustrantur evidentissima Galeni errata. His deinde annexæ sunt Animadversiones, simul cum Apologia in Galenum: itemque Naturales Animadversiones in Aristotelem. Lugduni, apud Claud. Ravot, 1579, in 8.

CLAUDIUS CHAPUSIUS

De Infelicissimo successu Cauterii potentialis brachio applicati. Item de gravissimo Tumore Brachii ex Cancro Mammillæ progenito, Observatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Cent. IV. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4. pag. 167. Francof. 1646, in fol.

CLAUDIUS de la COURVEE

⊙ Ostentum de Ferramentis Dorsi. Parisiis, 1648, in 8.

De Nutritione Fœtus in Utero, Paradoxa. Dantisci. apud Georg. Forsterum, 1655, in 4.

CLAUDIUS DARIOTTUS, *Pomarcensis*

De Morbis: & Diebus Criticis, ex astrorum motu cognoscendis, Fragmentum. Lugduni, apud Mauricum Roy, 1557, in 4. cum Autoris ad Astrorum Judicia facili Introductione.

De Præparatione Medicamentorum, Liber. Lugduni, apud Carolum Pesnot, 1582, in 8.

CLAUDIUS DEODATUS, *Gebvveyſenſis*

Pantheum Hygiasticum Hippocratico-Hermeticum, de Hominis vita ad centum & viginti annos salubriter producenda, Libris tribus distinctum, &c. Buntruti, apud Ludov. Köning, 1629, in 4.

De vero & legitimo aquæ cordialis concinnandi modo, & utendi ratione, Libellus. In quo præter ingredientium examen, nonnulla quoque

que ſcitu digna, atque jucunda, ex uberrimo Spagyriæ fonte deducta, proponuntur. Patavii, apud Laurentium Paſquatum, 1603, in 8. Hanoviæ, 1652, in 12.

De admirabili admodum & horrifica Mania, Obſervatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſerv. Cent. IV. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4. pag. 21. Francof. 1646, in fol.

De admirando Dentium dolore, & graviſſimis inde conſequutis ſymptomatibus, Obſervatio. Extat ibidem, pag. 50,

De admirabili quodam Affectu Uterino, Obſervatio. Extat ibidem, pag. 126.

Utrum Hydrargyri Inunctio Arthriticis conveniat? Epiſtola. Extat ibidem, pag. 190.

De Dyſenteria, & uſu Aquæ chalybeatæ in dyſentericis, Epiſtolæ tres. Extant Cent. 1. Epiſt. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1616, in 4. pag. 286. & ſeqq.

De leproſo malè examinato, Epiſtola. Extat ibidem, pag. 302.

De admiranda & obſervatione digniſſimâ cujusdam Vulnerati Hiſtoria, Epiſtola. Extat Cent. VI. Obſerv. Chirurg. Hildani. Francof. apud Matthæum Merianum, 1627, in 4. pag. 239.

⊙ CLAUDIUS DURETUS

Hiſtoriæ Admirabiles de Plantis Herbisq; Mirabilibus & Miraculoſis per Naturam. Pariſiis, in 8.

CLAUDIUS FABER

De Peſte curandâ, Liber. Pariſiis, apud Nicolaum Cheſneau, 1568, in 8.

Paraphraſis in Cl. Galeni Librum, cui titulus: Prognoſtica de Decubitu Infirmorum, ex Mathematica ſcientia. Lugduni, apud Theobaldum Paganum, 1550, in 8.

CLAUDIUS GALENUS

Pergamenus, Medicorum poſt Hippocratem facilè Princeps, Filius Niconis, qui Græcæ Linguæ erat peritiſſimus. Vixit poſt Hippocratem annis ſubinde ſexcentis A. C. 140. Ipſe partim Empiricus, partim rationalis, emicuit ſub Trajano: Floruit ſub M. Antonio, Philoſopho, Commodo, & Ælio Pertinaci Athenis, Alexandriæ & Romæ. Præceptores ejus fuêre Satyrus, Fecianus, & Pelops. Medicinam aggreſſus eſt A. ætatis 17. Cæterùm in aliis diſciplinis Philoſophicis excellentiſſimus. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medicorum.

⊙ Galenus de Oſſibus Græcè & Latinè. Accedunt Veſalii, Sylvii, Heneri, Euſtachii, ad Galeni doctrinam Exercitationes. Ex Bibliotheca Johannis van Horne. Lugduni-Batavorum, apud Danielem van der Boxe, 1665, in 12.

Opera, quæ extant, omnia, ſingulari ſtudio, ſummâque diligentiâ Johan. Baptiſtæ Raſarii, emendata, novo ordine, cujus reddita eſt ratio, diſpoſita, Librorum nuper inventorum acceſſione aucta, & magnâ ex parte in Latinam Linguam conversa.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 206 sur 1339

©BIUM

Venetiis, apud Vincentium Valgrisium, 1562, in fol. Iidem Libri nuper inventi, ac à Joh. Bapt. Rasario Latinitate donati, seperatim. Cæsaraugustæ, 1576, in 4. Græcè. Venetiis, apud Aldum & Andream Asulanum, 1525, in fol. V. voll. Basileæ, apud Cratandrum, Hervagium, & Bebelium, 1538, in fol. V. Tomis. Latinè. Ex variorum interpretatione, ut ostendemus in Catalogo Librorum singulorum. Lugduni, apud Sim. Colinæum, 1536, in fol. Hæc editio, ut prima, valde mutila est. Venetiis, apud Joh. Farreum, 1542, in 8. Basileæ, apud Frobenium, 1541, 1549, 1562, in fol. In postremam hanc editionem præfatus est Conradus Gesnerus, & de Galeni Vita, ejusque Libris & interpretibus elegantissima ac doctissima prolegomena præmisit. Lugduni, apud Johannem Frellonium, 1554, in fol. Longè hæc omnium pulcherrima est & nitidissima. Venetiis, apud Juntas. Editio prima prodiit 1541, altera 1550, tertia 1556, quarta 1563, quinta 1570, sexta 1576, septima 1586, octava 1600, nona 1609, & 1625; omnes in fol. E quibus ut elegantissima est octava, ita completissima omnium etiam præcedentium, nona. Græcè & Latinè conjunctim Hippocratis & Galeni. Universa, quæ extant, Opera Renatus Charterius, *Vindocinensis*, plurima interpretatus, universa emendavit, instauravit, notavit, auxit, secundùm distinctas Medicinæ Partes, in tredecim Tomos digessit ediditque. Lutetiæ Parisiorum, 1639, in fol. XIII. Voll. quorum singulo quæ contineantur vide sis ad Hippocratem.

Sunt autem Operum

GALENI

juxta nonam, & ultimam Juntarum Editionem Tomi octo: quorum

I. Prolegomena complectitur, & Libros Isagogicos.

II. Physiologica, & Classem primam.

III. Ygieina, & Ætiologica: seu, Classem secundam, & tertiam.

IV. Semeiotica, & Classem quartam.

V. Pharmaceutica, & Instrumenta Medica: seu, Classem quintam, & sextam.

VI. Therapeutica, & Classem septimam.

VII. Aphoristica, & Notha: seu, Libros extra ordinem Classium, spurios, & Fragmenta.

VIII. Antonii Musæ Brasavoli Indicem refertissimum in omnes Galeni Libros.

Continentur verò

PROLEGOMENIS:

Fabii Paulini Epistola ad Venetorum Medicorum Collegium.

Ejusdem Epistola ad Græcarum Literarum & Galeni Studiosos.

Johannis Costæi Epistola ad Ulyssem Aldrovandum.

Hier. Mercurialis ad Lucam Antonium Juntam Epistola, in qua de Ordine Librorum Galeni.

Galeni

Galeni Vita nunc recognita, & aliquot adnotationibus aucta.

Index Librorum omnium Galeni, qui in omnibus Voluminibus continentur.

Omnium Galeni Operum Synopsis, quæ breviter complectitur quidquid in unoquoque Libro, & in ejusdem Libri singulis Capitibus continetur, quod ad propositæ rei argumentum spectet. Lucii Scarani Phil. ac Med. operâ, & labore nunc denuo confecta.

ISAGOGICIS LIBRIS:

Qui, cùm in totam Artem Medicam introducunt, in principio totius Operis sunt locati: ut prius in ipsis Tyrones exerceantur, quàm ad difficiliora Artis accedant.

Τὸ εἰσαγωγικὸν.

Galeni Paraphrastæ Menodoti Filii Suasoria ad Artes Oratio, Ludovico Bellisario, *Mutinensi*, interprete. pag. 1. seorsim Græcè, adjectâ versione Latinâ D. Erasmi Rot. Parisiis, apud Christianum Wechelum, 1541, in 4. apud Feder. Morellum, 1583, in 4. à Federico Jamotio, Bethunienſi Medico recognita, & Annotationibus illustrata. Accedit & seorsim Paraphrasis ipsa Græcè multis in locis hac Editione castigata.

Si quis Optimus Medicus est, eundem esse Philosophum, Ludovico Bellisario, *Mutinensi*, interprete p. 6. seorsim Græcè, cum versione Latina D. Erasmi Rot. Parisiis, apud Christianum Wechelum, 1541, in 4.

De Sophismatis in verbo contingentibus, Horatio Limano interprete. pag. 7.

Galeno adscriptus Liber, quòd Qualitates incorporeæ sunt. Horatio Limano interprete. p. 8. ℣.

Galeni de Libris propriis Liber, à Johanne Fichardo, *Francofordiano*, aliàs Latinitate donatus, nunc verò ad Græci Exemplaris fidem emendatior multis in locis ab Augustino Gadaldino redditus. pag. 10. ℣.

De ordine Librorum suorum, Liber ad Eugenianum, à Johanne Fichardo, *Francofordiano*, olim Latinitate donatus, postea verò ad Græci Exemplaris fidem ab Augustino Gadaldino aliquot in locis emendatus. pag. 13.

De Sectis, ad eos, qui introducuntur, Horatio Limano interprete. Denuo emendatus, p. 15. ℣.

De Optima Sectâ, Liber ad Thrasybulum, Junio Paulo Crasso, *Patavino*, interprete. p. 19. ℣.

De Optimo docendi genere Liber, Erasmo Roterodamo interprete. pag. 30. Seorsim Græcè, & Latinè separatim. Parisiis, apud Christ. Wechelum, 1541, in 4.

De Subfiguratione Empirica, incerto interprete. pag. 31.

Fragmentum quoddam exiguum, ac mendosum Gal. adscriptum, Græcè adhuc non impressum, ex eis fortasse Libris superstes, quos ipse ad Empiricos spectantes conscripserat:

©BIUM

plerat : cujus titulus eſt : Sermo adverſus Empiricos Medicos, Auguſtino Gadaldino, *Mutinenſi*, interprete. pag. 35.

De Conſtitutione Artis Mediçæ ad Patrophilum, Victore Trincavellio interprete. pag. 36.

Galeno adſcriptæ Finitiones Medicæ, Bartholomæo Sylviano, *Salonenſi*, interprete. pag. 43.

Galeno adſcripta Introductio, ſeu, Medicus. Johannes Guintherius Andernacus Latinum fecit : recognovit Bartholomæus Sylvanius: nuper autem cum Græco exemplari eſt collatus. p. 50. ℣.

Quomodo Morbum ſimulantes ſint deprehendendi? Libellus. Joh. Fichardo, *Francofordiano*, interprete, ad Græci exemplaris fidem recognitus. pag. 61.

Ars Medicinalis, Nicolao Leoniceno interprete. Ad Græcorum veterum exemplarium fidem ab Auguſtino Gadaldino aliquibus in locis emendata. Seorſim Græcè. Antverpiæ, apud Johan. Loëum, 1549, in 8, Latine. Venetiis, apud Franc. Bolzettam, 1606, in 24. Argentorati, apud Antonium Bertramum, 1586, in 8. Helmæſtadii, apud Jacobum Lucium, 1587, in 8.

Seorſim prodierunt Ejusdem de Conſtitutione Artis Medicæ. Item, de Partibus Artis Medicæ. Item, Introductio, ſeu, Medicus. Item, Ars Medicinalis, Nicolao Leoniceno interprete. Lugduni, 1552, in 12.

CLASSE PRIMA:

Naturam Corporis humani, hoc eſt, Elementa, Temperaturas, Humores, Structuræ Habitudinisque modos, Partium Anatomas, Uſus, Facultates, Seminis denique, Fœtuumque, Tractationes, complectente.

Τὸ Φυσιολογικόν.

Galeni de Elementis ex Hippocratis ſententia, Lib. duo, Victore Trincavellio interprete. pag. 2, 8. ℣. Seorſim Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1548, in 16. Adjectus eſt in calce Hippocratis Liber de Elementis, unà cum Commentario in Eundem Jacobi Sylvii Medici. Ibidem, 1550, in 12.

De Temperamentis, Libri tres, Thoma Linacro interprete. Rurſus adhuc diligentiùs recogniti, pag. 10. 15 ℣. 21 ℣. Seorſim editi ſunt Pariſiis, apud Sim. Colinæum, 1523, in fol. Accedit Ejusdem de inæquali intemperie, Liber eodem interprete, cum Commentariis Jacobi Sylvii, Lugd. 1549, in 12.

In librum Hippocratis de Natura humana, Commentarius primus, Victore Trincavellio interprete. pag. 25 ℣. Seorſim Johanne Guintherio Andernaco interprete. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1553, in 16. Acceſſerunt Jacobi Sylvii Scholia locupletiora.

De Atra Bile Libellus, Barthol. Sylvanio, *Salonenſi*, interprete. pag. 84.

De optima noſtri corporis Conſtitutione,

tione, Liber, Ferdinando Balamio, *Siculo*, interprete. Ad Græcorum Exemplarium fidem caſtigatus. pag. 37. ℣. Seorſim Johanne Lalamantio interprete. Lugduni, 1578, in 8.

De Bona Habitudine, Ferdinando Balamio, *Siculo*, interprete, pag. 39.

De Oſſibus ad Tyrones, Liber. Ferdinando Balamio, *Siculo*, interprete. Ad fidem Codicis Græci ab Auguſtino Gadaldino emendatus. pag. 39. ℣. Seorſim Ferdinando Balamio interprete. Lugduni, 1549, in 12. Item Salom. Alberto interprete, 1579, in 8.

De Muſculorum Diſſectione ad Tyrones, Auguſtino Gadaldino interprete. pag. 44.

De Nervorum Diſſectione ad Tyrones, Liber integer, Auguſtino Gadaldino, *Mutinenſi*, interprete. Liber hic in Græcis Exemplaribus impreſſis corruptus ac mutilus legitur, pag. 53.

De Venarum Arteriarumque Diſſectione ad Tyrones, Liber, ab Antonio Fortolo, *Foſorienſi*, Latinitate donatus. Poſt Andreæ Veſalii, *Bruxellenſis*, caſtigationem, plerisque in locis ad antiquioris Exemplaris Græci fidem nuperrime ab Auguſtino Gadaldino emendatus. pag. 55. ℣.

An Sanguis in Arteriis naturâ contineatur? Julio Martiano Rotâ interprete: ex ultima interpretis recognitione, pag. 60. Seorſim Victore Trincavellio interprete. Lugduni, 1550, in 12.

De Anatomicis Adminiſtrationibus, Libri novem. A Johanne Andernaco Latinitate donati. Et, poſt diligentiſſimas Andreæ Veſalii, *Bruxellenſis*, & aliorum quoque Caſtigationes, pluribus in locis emendati. pag. 63, 68 ℣. 72, 79 ℣. 84 ℣. 89, 94, 99, 103 ℣. Seorſim Johanne Andernaco interprete. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1551, in 16.

De Inſtrumento odoratus, Ludovico Belliſario, *Mutinenſi*, interprete. pag. 109.

De Uſu Partium corporis humani, Lib. XVII. Nicolao Rhegino, *Calabro*, interprete. Denuo ab Auguſtino Gadaldino plerisque in locis emendati. pag. 113, 120. ℣. 127 ℣. 135 ℣. 142, 147 ℣. 157, 164 ℣. 171, 177 ℣. 184 ℣. 192 ℣. 198 ℣. 204, 210, 214, 221.

De Utilitate Reſpirationis, Liber unus. Quodam Excellente Viro interprete. pag. 223. ℣.

De Cauſis Reſpirationis, Liber unus. Quodam excellente Viro interprete. pag. 226. ℣.

De Pulſuum Uſu, Thomâ Linacro, *Anglo*, interprete. pag. 227.

De Hippocratis & Platonis Decretis, Libri novem. In quorum primo quædam in principio deſiderantur, Johanne Bernhardo Feliciano interprete: Ab Alexandro Juſtiniano, *Chio*, ad vetuſtorum Exemplarium Græcorum fidem accuratiſſimè caſtigati. pag. 231,

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 210 sur 1339

©BIUM

234, 241, 248, 254, 260 ¥. 267 ¥. 273, 279. Seorsim Basileæ, apud Paulum Mirallietum, 1550, in 16. Lugduni eodem año, parique formâ.

De Naturalibus Facultatibus, Libri tres, Thomâ Linacro, *Anglo*, interprete. pag. 289, 296 ¥. 302. Seorsim eodem interprete. Accesserunt Jacobi Sylvii Scholia & Epitome, de Naturalium Facultatum Substantia. Lugduni, 1548, 1550, in 12.

De Motu Musculorum, Libri duo. Nicolao Leoniceno interprete. p. 308. ¥. 313.

Quòd Animi vires corporis temperaturas sequantur, Junio Paulo Crasso, *Patav.* interprete. pag. 317.

De Fœtus formatione Liber. Johanne Bernhardo Feliciano interprete. pag. 322.

Liber, in quo inquirit, an omnes particulæ animalis, quod fœtatur, fiant simul? Nicolao Rhegino, *Calabro*, interprete. pag. 326.

Galeno Liber falsò adscriptus: An animal sit id, quod in utero est, Horatio Limano interprete. pag. 326 ¥.

Galeni de Semine, Libri duò: Johanne Bernhardo Feliciano interprete. p. 328 ¥. 335 ¥. Seorsim Joh. Guintherio Andernaco interprete. Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1533, in 8. Adjectæ sunt ad calcem, Græci Exemplaris Castigationes aliquot.

De Septimestri Partu, Johan. Bernhardo Feliciano interprete. pag. 340 ¥.

CLASSE SECUNDA:

Materiam Sanitatis conservatricem tradente: quæ circa Aërem, Cibum & Potum, Somnum & Vigiliam, Motum & Quietem, Inanitionem & Repletionem, Animi deniq; affectus versatur.

Τὸ Τγιεινὸν.

Galeni in Hippocratem, de Aëre, Aquis, & Locis, Commentarius primus, Moyse Alatino, Med. Hebræo, interprete. Præmissâ Hujusdem Præfatione. pag. 1.

In Hippocratem, de Aëre, Aquis, & Locis, Commentarius secundus, Eodem interprete. p. 3 ¥.

In Hipp. de Aëre, Aquis, & Locis, Commentarius tertius, Eodem interprete. pag. 5 ¥.

De Alimentorum Facultatibus, Libri tres, Martino Gregorio interprete, Ab Augustino Gadaldino plerisque in locis emendati. pag. 7, 16, 25 ¥. Martino Gregorio interprete seorsim extat. Lugduni, apud Gul. Rouillium, 1547, in 16.

De Succorum Bonitate, & Vitio, à Julio Alexandrino, *Tridentino*, olim translatus, & nunc ab eodem diligenter recognitus. pag. 33. ¥. In Latinum autem conversus à Sebastiano Scrofa, multisque in locis castigatus & explicatus. Lugduni, apud Paulum Mirallietum, 1547, in 16. Huic adscripta sunt non pœnitenda, in margi-

margine, Scholia: brevisque, de Cibo & Potu, ex Fuchsio assumpta. Disputatio, in Libri calce, adjecta.

In Librum Hippocratis de Salubri Diæta, Commentarius, Hermanno Cruserio, *Campensi*, interprete. pag. 39 ℣.

De Attenuante Victus ratione, Liber unus, Martino Gregorio interprete. pag. 43 ℣. Seorsim editus Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1547, & Philibert. Rolletium & Barthol. Frænum, 1549, in 16.

De Ptisana, Liber, ex antiquissimi Græci exemplaris fide, ab Hier. Donzellino, *Veronensi*, in Latinum versus, ac ad pristinam integritatem restitutus: cùm prius in Græcis etiam Codicibus multis haberetur. pag. 46 ℣. Seorsim Johanne Lalamantio interprete, Lugduni, 1578, in 8.

De Parvæ Pilæ Exercitio, Valeriano Centannio, *Vicentino*, interprete. pag. 48 ℣.

De Dignoscendis curandisque Animi Morbis, (quos perturbationes Latini appellant) libellus, Bernhardino Donato, *Veronensi*, interprete, nunc diligenter recognitus. pag. 50.

De Cujusque Animi peccatorum cognitione, atque Medela, Libellus. Quem olim Junius Paulus Crassus, *Patav.* interpretatus, & denuo accuratissimè recognovit. pag. 56.

De Consuetudinibus, Liber, ab Augustino Gadaldino è Græco ad verbum ferè Latinè expressus. pag. 59 ℣.

De Sanitate tuenda, Libri sex, Thoma Linacro, *Anglo*, interprete. Post diligentissimam Hier. Donzellini recognitionem, ab Augustino Gadaldino aliquot in locis, veterum Exemplarium Græcorum ope, emendati. pag 62, 69, 76, 82, 90, 95. Seorsim Thomâ Linacro interprete. Parisiis, apud Claud. Chevallonium, 1538, in 8. Lugduni, 1548, in 12.

Ars tuendæ sanitatis, num ad Medicinalem Artem spectet, an ad Exercitatoriam? Liber ad Thrasybulum. Junio Paulo Crasso, *Patavino*, interprete. pag. 101 ℣.

CLSSE TERTIA:

Morborum, ac Symptomatum differentias omnes, & causas, & tempora explicante.

Τὸ Αἰτιολογικόν.

Galeni', de Differentiis Morborum, Liber, Nicolao Leoniceno interprete. Ab Augustino Gadaldino recognitus. pag. 2. Seorsim Græcè. Antverpiæ, apud Joh. Loëum, 1550, in 8.

De Causis Morborum, Liber unus, Nicol. Leoniceno interprete. pag. 6. Seorsim Græcè. Antverpiæ, apud Joh. Loëum, 1550, in 8.

De Symptomatum Differentiis, Liber unus, Thoma Linacro, *Anglo*, interprete. pag. 10. Seorsim Græcè.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 212 sur 1339

©BIUM

cè. Antverpiæ, apud Johan. Loëum, 1550, in 8.

De Symptomatum cauſis, Libri tres, Thoma Linacro, *Anglo*, interprete. pag. 15, 19 ℣. 24 ℣. Seorſim Græcè. Antverpiæ apud Johan. Loëum, 1550, in 8. Omnes hi ſex Libri junctim prodierunt Guilielmo Copo interprete. Lugduni, 1550, in 12.

De Differentiis Febrium, Libri duo, Nicolao Leoniceno, *Vicentino*, interprete. Ad vetuſtorum Exemplarium Græcorum fidem diligenter emendati ab Auguſtino Gadaldino, *Mutienſi*. pag. 20 ℣. 36. Seorſim Laurentio Laurentiano, *Florentino*, interprete, accuratè per Simonem Thomam recogniti, & ex fide Græci Exemplaris penè alii facti. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1548, 1550, in 16. Cum Hectoris Gibalti Commentariis. Ibid. 1561, in 12. & Operis Veneti de Febribus pag 7. lit. B.

De Inæquali Intemperie, Liber, Thoma Linacro, *Anglo*, interprete. pag. 43. Seorſim editus Pariſiis, apud Simonem Colinæum, 1523, in fol. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1549, in 16. Cum Iſagoge in eosdem Libros, & Scholiis marginalibus longè doctiſſimis, per Jacobum Sylvium, Johanne Lalamantio interprete. Lugduni, 1578, in 8.

De Marcore, Liber, Auguſtino Gadaldino, *Mutinenſi*, interprete. pag. 45.

De Comate ex Hippocratis ſententia, Libellus, ab Auguſtino Gadaldino translatus, & multis in locis emendatus, pag. 48 ℣.

De Tremore, Palpitatione, Convulſione, & Rigore, Liber, Johan. Guintherio Andernaco interprete. Ab Auguſtino Gadaldino ad Græcorum Exemplarium fidem emendatus. pag. 51.

De Difficultate Reſpirationis, Libri tres, Jano Cornario interprete, Ab Auguſtino Gadaldino accuratiùs emendati. pag. 56 ℣. 63, 69.

Liber de Plenitudine, Victore Trincavellio interprete. pag. 76. Johan. Guintherio Andernaco interprete. Pariſiis, apud Chriſtianum Wechelum, 1528, in fol. 1531, in 8. Johanne Lalamantio interprete, Lugduni, 1578, in 8.

De Tumoribus præter naturam, Liber, Horatio Limano interprete. pag. 82 ℣. Seorſim Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1626, in 4.

De Morborum Temporibus, Liber unus, Johanne Guintherio Andernaco interprete. pag. 85.

De Totius Morbi Temporibus, Liber, Johanne Guintherio Andernaco interprete. pag. 88.

De Typis, Liber, ab Auguſtino Gadaldino, antiquorum Exemplarium, & translationis veteris ope, Latinitate donatus. pag. 90.

Liber contra eos, qui de Typis ſcripſerunt, Victore Trincavellio interprete, nunc ſummâ curâ diligenter recognitus, pag. 91 ℣.

Liber,

Liber, de Cauſis procatarcticis, Nicolao Rhegino, *Calabro*, interprete. pag. 95.

In primum Hippocratis de Morbis vulgaribus Librum, Commentarii tres, Hermanno Cruſerio interprete, ab Auguſtino Gadaldino pluribus in locis emendati. p. 100 ℣. 107. ℣. 117.

In Librum tertium Hippocratis de Morbis vulgaribus, Commentarii tres, Hermanno Cruſerio, *Campenſi*, interprete, ab Auguſtino Gadaldino ad antiquiſſimorum Exemplarium Græcorum fidem diligentiſſimè emendati. pag. 127, 134 ℣. 140 ℣.

In ſextum Hippocratis de Morbis popularibus Librum, Explanationes, à Junio Craſſo, *Patavino*, in linguam Latinam verſæ; denuo rurſus ab Eodem recognitæ. pag. 152, 160 ℣. 169 ℣. 179, 187 ℣. 194 ℣. In hoſce tres Libros Commentarii ſeorſim prodierunt, Johanne Vaſſæo interprete. Lugduni, 1550, in 12.

In ſecundum Hippocratis de Morbis vulgaribus Librum, Commentarius ſecundus. Noviſſimè repertus, & ab Excellentiſſ. Johanne Baptiſta Raſario è Græco in Latinum ſermonem translatus. p. 198. Seorſim à Joh. Sozomeno Græcè & Latinè editus. Venetiis, apud Rubie Miettum, 1617, in 8.

In ſecundum Hippocratis de Morbis vulgaribus Librum Commentarius tertius. pag. 204 ℣. Seorſum, Johanne Sozomeno interprete. Venetiis, 1617, in 8.

Reliquum ſexti Commentarii in ſextum de Morbis vulgaribus Librum, quod in impreſſis antehac non extabat, nuper in lucem prolatum, Johanne Baptiſtâ Raſario interprete. pag. 212 ℣.

In ſextum Hippocratis de Morbis vulgaribus, Commentarius ſeptimus, Johanne Baptiſta Raſario interprete. pag. 215.

In ſextum Hippocratis de Morbis vulgaribus, Commentarius octavus, Johanne Baptiſta Raſario interprete. pag. 220.

In Librum Hippocratis de Humoribus, Commentarii tres, nuper in lucem editi, & Latinitate donati à Johanne Baptiſta Raſario. p. 225 ℣. 242, 254.

CLASSE QUARTA:

Signa, quibus tum dignoſcere morbos, & locos affectos, tum præſcire futura poſſimus, docente.

Τὸ σημειωτικὸν.

Galeni de Locis affectis Libri ſex, Guilielmo Copo, *Baſilenſi*, interprete, ab Auguſtino Gadaldino pluribus locis emendati, adhibitis etiam vetuſtiſſimis Codicibus Græcis, ſummâ curâ hinc inde conquiſitis, p. 2, 8, 14. 21 ℣. 28 ℣. 36. Seorſim Guil. Copo interprete. Lugd. apud Guil. Rouillium, 1527, in 12. 1547, 1549. in 16. Singulari diligentiâ recogniti, brevique, atque eâdem dilucidâ expoſi-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 214 sur 1339

©BIUM

tione marginali non vulgariter illuſtrati.

De Pulſibus, Libellus ad Tyrones, Hermanno Cruſerio, *Campenſi*, interprete. Hic Liber unà cum aliis, qui de Pulſibus tractant, pluribus locis ab Auguſtino Gadaldino nunc denuo eſt caſtigatus, adhibitis etiam emendatiſſimis codicibus Græcis manuſcriptis. pag. 43.

De Pulſuum Differentiis, Libri quatuor, Hermanno Cruſerio, *Campenſi*, interprete. pag. 46 ℣. 53, 59, 64.

De Dignoſcendis Pulſibus, Libri quatuor, Hermano Cruſerio, *Campenſi*, interprete. pag. 70, 75, 79 ℣. 82 ℣.

De Cauſis Pulſuum, Libri quatuor, Hermanno Cruſerio, *Campenſi*, interprete. pag. 86 ℣. 91, 95, 99 ℣.

De Præſagitione ex Pulſibus, Libri quatuor, Hermanno Cruſerio, *Campenſi*, interprete. pag. 104, 109 ℣. 114 ℣. 119 ℣.

Synopſis Librorum ſuorum ſexdecim de Pulſibus, Auguſtino Gadaldino interprete. p. « CXXIII.

Aſcriptus Liber de Urinis, Joſepho Struthio, *Polono*, interprete. Maximâ diligentiâ reſtitutus Codicis Græci fide. pag. 123.

De Criſibus, Libri tres, Nicolao Leoniceno interprete. Denuo etiam ab Auguſtino Gadaldino ad optimorum Exemplarium Græcorum veritatem multis in locis emendati. pag. 125 ℣. 133 ℣. 139. Seorſim Nic. Leoniceno interprete. Lugd. 1558, in 12.

De Diebus Decretoriis, Libri tres, Johanne Guintherio Andernaco interprete, ab Auguſtino Gadaldino accuratè emendati. pag. 145, 151 ℣. 156 ℣. Seorſim eodem Guintherio interprete. Lugduni, 1553, in 12.

In primum Prorrhetici Librum Hippocrati attributum Commentarii tres, Johanne Vaſſæo, *Meldenſi*, interprete. Plurimis locis ad veterum Codicum Græcorum fidem ab Auguſtino Gadaldino nunc rurſum emendati. p. 160 ℣. 168 ℣. 178.

Prognoſtica Hippocratis, cum Commentariis Galeni, Laurentio Laurentiano, *Florentino*, interprete. Ad veterum Exemplarium fidem recognita. pag. 189, 197, ℣. 206. Seorſim Pariſiis, apud Carolum Guillard. 1543, in 8. Johanne Gorræo interprete. Lugduni, 1552, in 12.

Ex Galeni Libris de Dignotione ex Inſomniis. Auguſtino Gadaldino interprete. pag. 223.

De Præcognitione Liber ad Poſthumum. Jul. Martiano Rotâ interprete. pag. 223 ℣.

CLASSE QUINTA:

Eam Medicinæ Partem, quæ ad Pharmaciam ſpectat, exponente: Simplicium Medicamentorum, Subſtitutorum, Purgantium, Antidotorum, Componendorum tam per locos, quàm per genera Medicamentorum, Ponderum denique, ac Menſurarum doctrinam comprehendente.

Τὸ φαρ-

Τὸ φαρμακευτικόν.

Galeni de Simplicium Medicamentorum Facultatibus, Libri undecim, Theodorico Gerardo Gaudano interprete. Denuo ab Augustino Gadaldino multis in locis emendati. p. 2, 9 ℣. 16 ℣. 24, 31 ℣. 39, 49, 56 ℣. 64, 71 ℣. 77 ℣. Seorsim Theod. Ger. Gaudano interprete. Lugduni 1547, in 12. apud Guil. Rouillium, 1561, in 16. Emendatiores facti, locis compluribus suo nitori restitutis, ex Græci exemplaris collatione.

De Substitutis Medicinis, Liber, Julio Martiano Rotâ interprete. pag. 84.

De Purgantium Medicamentorum Facultate, Julio Martiano Rotâ interprete pag. 86.

Quos purgare conveniat, quibus Medicamentis, & quo tempore, Liber, Julio Martiano Rotâ interpreta. p. 88. Seorsim cum Commentariis Sebastiani Coquillati. Lugduni, 1553, in 12.

Hieronymi Mercurialis, *Forolivienſis*, Judicium de Libro Theriaces ad Pisonem, pag. 89.

De Theriaca ad Pisonem, Julio Mart. Rotâ interprete. p. 89 ℣.

De Usu Theriacæ ad Pamphilianum, Julio Martiano Rotâ interprete. pag. 97.

De Antidotis, Libri duo, Julio Martiano Rotâ interprete. pag. 99 ℣. 100.

De Compositione Medicamentorum localium, sive, secundùm locos, Libri decem, à Jano Cornario Med. jam in Latinum sermonem conversi, ac denuo post Nicolai Macchelli, *Mutinenſis*, emendationem, plurimis in locis ad veterum Græcorum Codicum amussim castigati. pag. 121, 131 ℣. 140 ℣. 149, 158 ℣. 166 ℣. 177, 187, 197, 205 ℣. Seorsim Jano Cornario interprete. Lugduni, 1549, in 12.

De Compositione Medicamentorum per genera, Libri septem, Johanne Andernaco interprete. Ad vetustissimorum Græcorum Codicum fidem diligenter aliàs ab Augustino Gadaldino recogniti, & nunc etiam ab Eodem aliquibus in locis emendati. pag. 209 ℣. 218, 228, 235 ℣. 245 ℣. 254 ℣. 263. Seorsim, Johanne Andernaco interprete, & ad antiquissimorum Græcorum Exemplarium fidem castigati, Capitibusque distincti, ac Argumentis & Annotationibus illustrati. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1552, in 16. Basileæ, 1537, in fol.

Falsò adscriptus Liber de Ponderibus, & Mensuris, Augustino Gadaldino, *Mutinenſi*, interprete. pag. 275.

CLASSE SEXTA:

De Cucurbitulis, Scarificationibus, Hirudinibus, & Phlebotomia, præcipuo Artis remedio, tradente.

Ὀργανα εἰς κλυσμὸν.

Galeni de Hirudinibus, Revulsione, Cucurbitulâ, Cutis Concisione, sive,

©BIUM

sive, Scarificatione, Ferdinando Balamio, *Siculo*, interprete. p. 2.

De Venæsectione adversus Erasistratum, Liber, Josepho Tectandro, *Cracovienſi*, interprete. Denuo ab Augustino Gadaldino ad Græcorum Exemplarium fidem emendatus. pag. 7.

De Venæsectione adversus Erasistrateos, qui Romæ degebant, Liber, Josepho Tectandro, *Cracovienſi*, interprete. Ab Augustino Gadaldino, ad vetustissimorum Exemplarium Græcorum fidem diligenti curâ emendatus. p. 9.

De Curandi ratione per Sanguinis Missionem, Liber, Theodorico Gaudano interprete. Denuo ad Græcorum Exemplarium fidem ab Augustino Gadaldino diligentius recognitus. pag. 15 ℣. Seorsim cum Comment. Leonhardi Fuchsii. Lugduni 1550. in 12.

CLASSE SEPTIMA:

Curativam methodũ tum diffusè, tum breviter descriptam, Victus rationem in morbis acutis, singulorum morborum facilè paranda remedia, Privatam quorundam morborum curationem, Chirurgiæ constitutionem, Fracturarum, ac Luxationum sanationem, Fasciarum denique, & Laqueorum, & Machinamentorum Tractatum continente.

Τὸ Θεραπευτικόν.

Galeni Methodi Medendi, id est, de Morbis curandis, Libri quatuordecim, Thoma Linacro, *Anglo*, interprete, Denuo ad Græcorum Codicum fidem ab Augustino Gadaldino aliquot in locis emendati. p. 2, 9, 16, 23, 29 ℣. 36 ℣. 43, 49 ℣. 55 ℣. 61, 67 ℣. 74. ℣. 80, 86 ℣. Seorsim Thoma Linacro interprete. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1547, in 16. Accesserunt huic Editioni ad cujuscunque varietatis Exemplarium fidem collatæ & restitutæ, peritissimorum quorundam Medicorum industriâ, nova quædam Partitio Librorum in sua Capita, item & Annotationes complures in margine: cum interpretatione Græcorum nominum, quæ in toto Opere extant. Ex his VIII, IX, X, XI, & XII, qui de Febribus curandis agunt, exhibentur Operis Veneti de Febribus. p. 20. lit. D 2.

De Arte Curativa ad Glauconem Libri duo, Nicolao Leoniceno interprete. Ab Augustino Gadaldino recogniti. pag. 94, 100 ℣. Horum primus seorsim extat Operis Veneti de Febribus. pag. 34. ambo Martino Akakia interprete. Lugduni, 1551, in 12.

In Librum Hippocratis de Victus ratione in morbis acutis, Commentarii quatuor, Johanne Vassæo, *Meldenſi*, interprete, ab Augustino Gadaldino plerisque in locis emendati. pag. 108, 116, 125, 134. Seorsim Parisiis, apud Jacobum Bogardum, 1543, in 8.

De Diæta Hippocratis in Morbis acutis, Augustino Gadaldino interprete. p. 149.

De Re-

De Remediis paratu facilibus, ab Huberto Barlando Latino ſermoni traditus, nunc denuo accuratiſſimè caſtigatus, & ab omni labe purgatus. p. 153. Seorſim, Antverpiæ, apud Joh. Stelsmanum, 1533, in 8.

Aſcriptus Liber de Medicinis facilè parabilibus ad Solonem Medicorum principem, Junio Paulo Craſſo, *Patavino*, interprete. pag. 161.

Liber tertius de Medicamentis, quæ ad manum ſunt, Gal. adſcriptus, Junio Paulo Craſſo, *Patavino*, interprete. pag. 170.

Documentum de Puero Epileptico, Nicolao Leoniceno Thomeo, *Patavino*, interprete. p. 178 ℣. Seorſim Venetiis, 1533.

In Librum de Natura Humana Commentarius ſecundus, Victore Trincavellio interprete. p. 180 ℣.

De Oculis à Demetrio translatus, nuper à variis mendis expurgatus. pag. 186.

Aſcriptus Liber de Renum Affectuum Dignotione, & Medicatione, Chriſtophoro Heylio, *Wyſſbadēſi*, interprete. Seorſim Moguntiæ, apud Joh. Schœffer, 1530, in 8. Nunc primùm ad Græcorum Codicum fidem accuratiſſimè recognitus. pag. 195 ℣.

In Hippocratem de Officina Medici Commentarii tres; Vido Vidio, *Florentino*, interprete. pag. 197, 205, 214.

In Hippocratem de Fracturis, Commentariorum Libri tres, Vido Vidio, *Florentino*, interprete. Ab Eodem denuo multis locis ex vetuſtis manuſcriptis Græcis Exemplaribus caſtigati. pag. 223, 231 ℣. 242.

In Hippocratem de Articulis, Commentariorum libri quatuor, Vido Vidio, *Florentino*, interprete. pag. 251, 262, 268 ℣. 283.

De Faſciis, Vido Vidio, *Florentino*, interprete. pag. 293.

De Laqueis ex Heracle, Vido Vidio, *Florentino*, interprete. pag. 306 ℣.

Oribaſius ex Heliodoro de Machinamentis, Vido Vidio, *Florentino*, interprete. pag. 309.

EXTRA ORDINEM CLASSIUM LIBRIS:

In quibus breves rerum determinationes traduntur; quarum perceptio Superiorum librorum Lectionem requirit.

Τὸ ἀφορισμικόν.

Galeni in Aphorismos Hippocratis Commentarii ſeptem, quos à Nicolao Leoniceno translatos Jul. Martianus Rota, & Auguſtinus Gadaldinus è complurib. Græcis Codicibus illuſtraverunt. Aliquot etiam locis nuperrimè ab Auguſtino Gadaldino expurgatis. p. 2, 11, 19 ℣. 27, 37, 45 ℣. 54. Seorſim per Guilielmum Plantium Cenomanum Latinitate donati, ejusdemque Annotationibus illuſtrati. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1554, in 16. & ab Adriano Toll. Lugd. Bat. noviter repur-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 218 sur 1339

©BIUM

gati. Lugduni Batav. apud Johan. Maire, 1636, in 12.

Adversus Lycum, quòd nihil in eo Aphorismo Hippocrates peccet, cujus initium: Qui crescunt, plurimum habent caloris innati, Julio Alexandrino, *Tridentino*, interprete. Ex postrema recognitione interpretis ad veterum Exemplarium Græcorum fidem. pag. 61 ℣.

Contraea, quæ à Juliano in Hippocratis Aphorismos dicta sunt, Julio Alexandrino, *Tridentino*, interprete. Ex postrema interpretis recognitione ad veterum Exemplarium Græcorum fidem. pag. 66.

Linguarum, hoc est, Obsoletarum Hippocratis Vocum Explanatio, Mariâ Nizolio, *Bruxellensi*, interprete. Hunc Librum Augustinus Gadaldinus ex plurium Græcorum Codicum collatione, pluribus in locis nuperrimè emendavit, pag. 71.

SPURIIS GALENO ADSCRIPTIS LIBRIS:

Qui variam Artis Medicæ farraginem ex variis Autoribus excerptam continentes, optimo, quo fieri potuit, ordine sunt dispositi, & in unum corpus redacti.

Τὸ νόθα.

De Historia Philosophica, Julio Martiano Rotâ interprete. p. 2.

Liber, cui titulus: Prognostica de decubitu ex Mathematica scientia, Jacobo Antonio Mariscotto, *Florentino*, interprete. Expressa autem ferè sunt Græca verba Latinis verbis, ne qua fortè fiat sensus permutatio aut ambiguitas. Atque ex collatione vetustorum exemplarium multa loca castigata, & restituta. pag. 12. Seorsim Lugduni, apud Theobaldum Paganum, 1550, in 8. cum Paraphrasi Claudii Fabri.

De Partibus Artis Medicæ. p. 16.

De Dynamidiis. p. 18. ℣. 19.

De Spermate. p. 36.

De Incantatione, Adjuratione, & Suspensione. p. 41.

De Natura, & ordine cujuslibet corporis. p. 42.

De Anatomia parva. p. 43 ℣.

De Anatomia Vivorum. p. 44 ℣.

De Anatomia Oculorum, Nicolao Rhegino, *Calabro*, interprete. pag. 58.

De Compagine Membrorum, sive, de Natura humana. pag. 59.

De Virtutibus nostrum corpus dispensantibus. p. 61.

De Voce, & Anhelitu. p. 61 ℣.

De Utilitate Respirationis. p. 63.

Compendium Pulsuum. p. 66.

De Motibus manifestis & obscuris, quem Johannitius de Græca lingua in Arabicam transtulit: Marcus autem Toletanus de Arabica in Latinam. pag. 67.

De Dissolutione continuâ. p. 72.

Ex Galeno, & aliis præstantissimis Medicis de Aquis, Capita sex Oribasii, Augustino Gadaldino, *Mutinensi*, interprete. p. 76. ℣.

De Vi-

De Vinis ex Galeno. Caput ſextum Libri quinti Collectionum Medicinalium Oribaſii ad Julianum Imperatorem, Auguſtino Gadaldino, *Mutinenſi*, interprete. pag. 79.

Præſagium experientiâ confirmatũ, Georgio Vallâ, *Placentino*, interprete. pag. 81.

De Urinæ Significatione ex Hippocrate, Georgio Vallâ, *Placentino*, interprete. pag. 83.

De Simplicibus Medicaminibus ad Paternianum. pag. 84.

De Virtute Centaureæ. pag. 97. ℣. Extat apud Practicam Serapionis. 1527, in 4.

De Catharticis. p. 99.

De Gynæceis, id eſt, Paſſionibus Mulierum, Nicolao Rhegino, *Calabro*, interprete pag. 100 ℣.

Secretorum ad Monteum, Liber. pag. 101 ℣.

De Medicinis expertis, cui titulus eſt: Medicinalis Experimentatio. pag. 108, ℣.

⊙ De Malis principem animam vexantibus, ad Mentem illorum, qui ante Galenum Medicinam exercebant, Liber Unus. In quo demonſtratur, aut omnia, aut majorem partem eorum, quæ de his Morbis aut Galenus ipſe, vel cæteri Scriptores, qui ante eum fuerunt, literis prodidere, priſcos illos prius abundè ac diligenter narraſſe. Ibidem, apud Eosdem, anno & formâ eâdem. Videtur idem eſſe cum priori Tractatu.

CYPRIANUS MANTEGARRIUS, *Venetus*

Horatii Guarguanti Reſponſa varia, ad varias ægritudines, ſtudioſè collecta edidit.

CYPRIANUS MAROXA

De Febribus: & Lue Venerea. Valliſoleti, 1641, in fol.

CYRIACUS LUCIUS de CLAF

De Ligni Cotonei naturâ, viribus, & facultatibus, Libellus. Ingolſtadii, apud Sartorium, 1580, in 4.

De Lithoſophiſtica, erroneâ quorundam de Lapide Philoſophico nunc diſceptantium doctrinâ, religioni Chriſtianæ incommodâ, Obſervatio, atque de Lapide Chriſtoſophico, ſummo Chriſtianorum bono. Admonitio. Ibidem, apud Eundem, 1582, in 4.

De variis Medicorum Sectis, nunc in Republica vigentibus, optima Doctrina, & Medicina Philoſophica. Ibidem, apud Wolfgangum Eberum, 1583, in 4.

De Medicina Philoſophica. In qua oſtenditur, quòd ſcientia Medica liberalibus diſciplinis omnibus, &c. uſui eſſe queat. Ibidem, apud Eundem, 1597, in 4.

Diſputatio Phyſiologica, de Humoribus & Superfluitatibus. Ingolſtadii, 1588, in 4.

D.

DAMAGERON

De Re ruſtica, Fragmenta aliquot, Extant in Συναγωγῇ, ſeu, de Re ruſtica ſelectorum Lib. xx. Græcè Joh. Alex. Braſſicani operâ in lucem editis, Baſileæ, apud Rob. Winter,

©BIUM

1539, in 8. Latinè autem, Johan. Cornario interprete. Basileæ, apud Frobenium, 1538, in 8.

DAMIANUS LAPHANCHINUS

In Hippocr. Aphorismos Dialogus. Venet. 1586, in 4.

⊙ DANIEL ANGELUS

Catalogus Medicamentorum Spagyricorum Pharmacopœæ Spagyricæ Illustrissimi Domini, Domini Comitis Odoardi de Pepulis. In quo de eorum virtute, usu & dosi agitur; cui adjuncta est Ejusdem Authoris Appendix de Compositione Medicamentorum generis cujuscunque ad morbos diversos. Dantisci, apud Simonem Reinigerum, sumptibus Casp. Wæchtleri, Bibliopolæ Francofurt. 1667, in 8.

Observatio, de Calculi vesicæ grandioris spontaneâ excretione. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. VI. & VII. N 195.

de Abusu Tabaci. Ib. Ann. VIII. N. 76.

de Tumore brachii ex scabie retropulsa. Ibid. Ann. eod. N. 77.

de Bubonibus Venereis inunctione retropulsis. Ibid. Ann. eod. N. 78.

⊙ DANIEL APPELLATUS

Fragmenta quædam Curationum. Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Exotic. Curat. & Observat. Medicinal. Ulmę, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676, in 4.

DANIEL BECKHERUS

⊙ *Natus Regiomontii A. C. 1627, Patre homonymo, & ipso Medic. Doctore ejusdemq. Professore Publ. & Electoris Brandenburgici Archiatro atq. Civitatis Kneiphofianæ Physico. Adepto Medicinæ Doctoris Argentorati 1652 titulo, paulò pòst anno nempe 1653 Regiomontii Professor ordinar. & 1663 Electoris Brandenburgic. Consiliarius atq. Archiater declaratus est. Obiit Regiomontii 1670, ætatis 43.*

☽ Medicus Microcosmus, seu, Spagyria Microcosmi, tradens Medicinam è corpore hominis tum vivo, tum extincto doctè eruendam, scitè præparandam, & dextrè propinandam. Rostochii, apud August. Ferberum, 1622, in 12. Triplo auctior & correctior Lugduni Batav. prodiit apud Jacob. Marci, 1633, in 4. Londini, apud Joh. Martin. 1660, in 12. quæ Editio præterea cum Indice, continente medicamenta ad curandos morbos desumpta ex corpore humano tam vivo, quàm mortuo, locupletata est.

De cultrivoro Prussiaco. Observatio & curatio singularis, Decade Positionum, variis variorum observationum historiis refertarum, illustrata. Jungitur Medicorum Leydensium super hoc Scripto Judicium, Regiomontii, apud Laur. Segebadium,

dium, 1636, in 4. Lugd. Batav. apud Joh. Maire, 1638, 1640, in 8.

Hiſtoria Morbi Academici Regiomontani, ſeu, Febris malignæ epidemicæ Civibus Academiæ, imprimis Communis Electoralis Menſæ Convictoribus funeſtæ, cum indolis & cauſarum ejusdem explicatione, Problematibus nonnullis incluſa, conſenſu Ampliſſ. Facultatis Medicæ in Acad. Regiomontana conſignata. Regiomontii, apud Johannem Reusnerum, 1649, in 4.

⊙ De Unguento Armario. Extat cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Joh. Andr. Endterum & Wolffgangi Jun. Hæredes, 1662, in 4.

⊙ Comment. de Theriaca. Regiomontii, apud Johannem Keusnerum, 1649, in 4.

DANIEL BROUCHUISIUS

Thomæ Aquinatis Secreta Alchimiæ magnalia edidit. Colon. Agrippinæ, apud Nicol. Bohmbargen. Lugduni, apud Thomam Baſſium, 1612, in 8.

Theſaurus Alchimiæ. Coloniæ. 1579, in 4.

DANIEL BUCRETIUS, *Uratislavienſis*

☽ Supplementum Tabularum Anatomicarum Julii Caſſerii, *Placentini*. Extat cum Adriani Spigelii, *Bruxellenſis*, Operibus, quæ extant omnibus, à Joh. Antonid. van der Linden recenſitis. Amſtelodami, apud Joh. Blaeu, 1645, in fol. reg.

⊙ Adriani Spigelii de Humani Corporis Fabrica Libros X. Tabulis XCIIX. æri inciſis exornatos, Opus poſthumum, juſſu Authoris, edidit. Venetiis, apud Evangeliſtam Deuchinum, 1627, in fol. reg. Francofurti, apud Matthæum Merianum, 1632, in 4.

DANIEL CARMENIUS, *Bononienſis*

De Medendi Methodo, Libri ſex. Bononiæ, apud Nicol. Thebaldinum, 1636, in fol.

DANIEL DANIELIS

De Morſu Canis Rabidi, & uſu cauterii actualis in eo, obſervatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſervat. Chirurg. Cent. IV. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1613, in 4. pag. 220, 222. Francof. 1646, in fol.

DANIEL FURLANUS, *Cretenſis*

Theophraſti Ereſii, Peripateticorum, poſt Ariſtotelem, principis, pleraque antehac Latine nunquam, nunc Græcè & Latinè edita. Interpretibus Dan. Furlano & Adriano Turnebo. Acceſſerunt Lib. de Innato Spiritu, Ariſtoteli attributus, & D. F. uberes ad omnia Commentarii. Ex Bibliotheca Johannis Vincentii Pinelli. Hanoviæ, apud Marnium, & Hæredes Aubrii, 1605, in fol.

⊙ DANIEL GEORGIUS MORHOFIUS

Epiſtola de Scypho Vitreo per certum humanæ Vocis ſonum rupto.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 244 sur 1339

©BIUM

Kiloni, apud Joachim. Reumannum, 1672, in 4.

De Metallorum Transmutatione, Epiſtola. Hamburgi, apud Gothofredum Schultzium, & Amſtelodami, apud Johan. Janſſonium à Wäsberge, 1673, in 8.

⊙ DANIEL GEYGERUS

Reſponſum Medicum Defenſivum de Morbo & Morte Cardinalis Würtenbergici ad Johannem Helwigium. Auguſtæ Vindelicorum, 1662, in 4.

DANIEL HEINSIUS, *Flander*

Theophraſti Ereſii Textum Græcum, Editionis 1613. in fol. apud Johan. Maire, locis infinitis partim ex ingenio, partim è Libris emendavit; hiulca ſupplevit; malè concepta recenſuit, interpretationem paſſim interpolavit.

DANIEL HERMANNUS

De Rana & Lacerta Succino Pruſſiaco inſitis, Diſcurſus.

⊙ DANIEL LUDOVICI

De Pharmacia moderno ſeculo applicandâ Diſſertationes III. Gothæ, apud Salomonem Reyherum, 1671 in 12.

De Volatilitate Salis Tartari Diſſertatio. Gothæ, apud Salomonem Reyherum, 1667, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1674, in 12.

Obſervatio, de Sale Volatili Tartari, à Wedelio exhibito. Extat Ephem. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. II. N. 123.

Obſervatio, de Auro ſpecialiori de cauſa ferè friabili. Ib. Ann. III. N. 248.

de Argento colore aureo ſatisq; ſtabili, à roris magmate tincto. Ib. Ann. eod. N. 249.

de Atrophiæ puerorum ſpecie. Ib. Ann. eod. N. 250.

de perfecta Aneſtaſia per totam corporis peripheriam. Ib. An. eod. N. 251.

de Dolore ſuperciliari acerbiſſimo periodico. Ibid. Ann. eod. N. 252.

de Vomitu Hypochondriacorum ſebaceo. Ibid. Ann. eod. N. 253.

de Lumbrico terete longiſſimo. Ibid. Ann. eod. N. 254.

de dislocatione oſſium pubis in partu. Ibid. Ann. eod. N. 255.

de Hydrope pudendorum in gravidis. Idid. Ann. eod. N. 256.

de Inteſtini recti perfecta & profunda coaleſcentia. Ibid. Ann. eod. N. 257.

de Dudaim Geneſeos XXX. & Cant. VII. quæ nihil aliud fuiſſe, quàm tubera, probatur. Ibid. Ann. IV. & V. N. 199.

de Spiritu ſeu Oleo Conorum Abjetis: & de pinguedinum in aquam reductione. Ibid. Ann. eod. N. 200.

de Cereviſiæ viniq; concentratione, melioratione, zytho betu-

betulino, ſpirituumq; è frumentaceis proportione. Ibid. Ann. eod. N. 201.

Obſervatio, de periodica nonnunquam vigoris in Cinamomo variatione. Ib. A. eod. N. 202.

de Nitro murario. Ib. Ann. eod. N. 203.

de Speculo ex Orichalco ſingulari. Ib. Ann. eod. N. 204.

de Moſchi folliculis. Ibid. Ann. eod. N. 205.

de Tinctura Bezoartica parabiliore: & Sudorifero maximo D. P. I. Fabri compendioſiore. Ib. Ann. eod. N. 206.

de innoxia Opiatorum continuatione. Ibid. Ann. eod. N. 207.

de ſingulari gravidæ imaginatione: & Roſtro leporino ſingulari. Ib. Ann. eod. N. 208.

de Apoſtemate Linguæ. Ib. Ann. eod. N. 209.

de Palpebrarum Paralyſi. Ibid. Ann. eod. N. 210.

de fœtûs cervini II. Novembris conſtitutione. Ibid. Ann. VI. & VII. N. 242.

de inquiſitione in majorem Spiritus Tartari proventum. Ib. Ann. eod. N. 243.

de Experimentis cum calce vivâ factis. Ibid. Ann. eod. N. 244.

de Sale culinario, anomalo quaſi ammonicacale. Ib. Ann. eod. N. 245.

de Cervini fœtûs temporibus. Ib. Ann. VIII. N. 17.

Obſervatio, de Antimonio Martiali compendioſo. Ibid. Ann. eod. N. 65.

de Tentaminibus circa majorem olei roſarum veri copiam. Ib. Ann. eod. N. 66.

de Apum ictu. Ibid. Ann. eod. N. 67.

de dormitione puellæ quaſi Lucumoriana. Ibid. Ann. eod. N. 68.

de partu ſeptimeſtri. Ibid. Ann. eod. N. 69.

de Veſicatoriis, Moxa, ac Tentigine etiam Mortuorum. Ibid. Ann. IX. & X. N. 34.

de Cinamomi Decocto in Menſium profluvio, & de Hepate Anguillæ, menſtruoq; ſanguine. Ib. Ann. eod. N. 35.

de Eſſentia ſuccini, nonnulla, deq; foſſili Wittenbergenſi. Ib. Ann. eod. N. 36.

de Martis Limaturæ cum Aqua incaleſcentia. Ibid. Ann. eod. N. 37.

de Moſchi folliculis. Ibid. Ann. eod. N. 38.

de Variis, Acaris, & Sironibus. Ib. Ann. eod. N. 39.

de Hafnienſium liquore ſtyptico. Ib. Ann. eod. N. 152.

de Magnete Arſenicali Salæ, fonticulorumque hinc aliave excitatione. Ibid. Ann. eod. N. 153.

de Cinnabari nativa ejuſque purificatione. Ibid. Ann. eod. N. 154.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 246 sur 1339

Observatio, de Prole tertianaria pallidissima. Ibid. Ann. eod. N. 155.

de Purgantibus, singularia quædam, deq; argilla vulgari alba sudorifera. Ibid. Ann. eod. N. 156.

de Apostematis Tuberculisque Pulmonum secundum Antiquiores, & de exulceratione asperæ arteriæ. Ibid. Ann. eod. N. 157.

de Abscessu Testium & Hydrocele. Ib. Ann. eod. N. 158.

de Apoplectico in Venere, extremisq; Infantum Epilepticorum convulsionibus. Ibid. Ann. eod. N. 159.

de Rumination humano brutorumque. Ibid. Ann. eod. N. 160.

⊙ DANEL MENO MATTHIÆ

Experimentorum Medico-Chymicorum Decades III. in Annum 1679, 1680, 1681, quæ Lectori communicant arcanissimas Chymicorum Medicaminum Præparationes. Mantissæ loco annectitur Disceptatio de Reformandis Pharmacopoliis & Rei Medicæ superfluæ & inutilis rejectione. Cui accedit Pharmacopæa Cracovienſis Johannis Woynæ. Francofurti, apud Johannem Justum Erytrophilum, 1683, in 12.

DANIEL MILIUS

Pharmacopææ Spagyricæ Liber secundus. Francofur. 1628, in 8.

DANIEL MIVERIUS, *Gausanus*

Epistolæ quædam Medicæ. Extant cum Miscellaneis Henrici Smetii, Francof. apud Johannem Rhodium, 1611, in 8.

DANIEL MOEGLINGIUS

⊙ *Natus Tubingæ A. C. 1546. Fuit Medicinæ Professor in Academia Tubingensi & Illustriss. Ducis Würtemberg. Archiater. Obiit in patria A.C. 1596, ætatis 50.*

Disputatio, de Humano Corpore. Tubingæ, 1590, in 4.

Disputatio, de Mixtorum Crasibus. Tubingæ, apud Cellium, 1600, in 4.

Disputatio, de Catarrho. Tubingæ, apud Georg. Grupenbach, 1588, in 4.

Disputatio, de Ratione curandi per Sanguinis Missionem. Tubingæ, apud Cellium, 1602, in 4.

Disputatio, de Judiciis Morborum. Ibidem, 1588, in 4.

DANIEL PELICANUS, *Oppavianus*

De Fonticulis, Disputatio. Extat Decade v. Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Joh. Jac. Genathius, 1621, in 4.

⊙ DANIEL PROTTENIUS

Observatio, de Ossium mollitie ac ceræ instar flexilitate. Extat Actor. Hafnienſ. Volum. III. N. 24.

de Unguento Nephritico secreto fa-

to familiæ cujusdam nobilis. Ibid. Volum. eod. N. 25.

de Materiæ perlatæ larvâ detecta & veriſſima materia ejusdem, utilitateq; detectâ. Ibid. Volum. eod. N. 26.

☉ DANIEL PUERARIUS

De Carnibus lucentibus Reſponſio. Extat cum Thom. Bartholini Epiſtola de Flammula Cordis. Haffniæ, apud Danielem Paulli, 1667, in 8.

Thomæ Burneti Theſaurum Medicinæ Practicæ ex Præſtantiſſimorum Medicorum Obſervationibus, Conſultationibus, Conſiliis & Epiſtolis ſummâ diligentiâ collectum, ordineque Alphabetico diſpoſitum & in Tomos II. diviſum auxit Obſervationibus ſelectiſſimis. Genevæ, apud Johan. Herm. Widerhold, 1678, in 12.

DANIEL RIXINGERUS

Epiſtola Medica de Acidulis Schwalbacenſibus. Extat cum iis Reſponſis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit. Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4.

DANIEL SENNERTUS, *Uratislavienſis*

☉ *Natus Uratislaviæ A. C. 1572, Patre Nicolao Sennerto, Calceario & Cive: Witteberge 1598 Philoſophiæ Magiſter, & ibidem 1601 Medicinæ Doctor, paulo poſt anno nempè 1602 ejusdem Profeſſor Publ. nec non tandem etiam Electoris Saxon. Archiater conſtitutus eſt. Obiit Witteberge 1637, ætatis 65.*

☽ Opera omnia in tres Tomos diviſa, quæ antea ſparſim, variisq; formis ferebantur, certo ordine hâc Editione diſpoſiti, correctiſſimi, & cum meliori Exemplari collati in lucem prodeunt. Cum tribus Indicibus, Capitum, Quæſtionum, Rerumque & Verborum magis notabilium. Venetiis, apud Franciſcum Baba', 1641, in fol. Dividitur autem hæc Editio in tres Tomos ita: Primus Tomus continet Inſtitutionum Medicinæ Libros v. Librum de Chymicorum cum Ariſtotelicis & Galenicis Conſenſu & Diſſenſu. Epitomen naturalis ſcientiæ. Hypomnemata Phyſica. Secundus Tomus complectitur Primum, Secundum & Tertium Librum Practicæ, Tractatumq; de Arthritide. Tertius Tomus comprehendit Quartum, Quintum & Sextum Librum Practicæ, quatuorq; Libros de Febribus.

Pariſiis, apud Michaëlem Solii, & Socios, 1645. Lugduni, apud Johan. Ant. Huguetan, 1650, in fol. Venetiis, 1651, in fol. Lugduni, 1657, in fol. Ibidem 1666, in fol. Hæc Editio itidem in tres quid. Tomos diviſa eſt, ſed paulò aliter & ita, ut Tomus I. contineat Vitam Authoris & Judicia Virorum Doctorum de ipſo: Epitomen Scientiæ naturalis: Hypomnemata Phyſica: Methodum diſcendi Medicinam: Inſtitutiones Medicas & Tract. de Origine Animarum in Brutis: Tom. II. de

©BIUM

de Febribus Libr. IV. & Practicæ Libr. I. II. & III. Tom. III. Practicæ Libr. IV. & V. Tract. de Arthritide: Practicæ Libr. VI. De Consensu & Dissensu Galenicorum & Peripateticorum cum Chymicis: & Exoterica.

Tandem prodiere hæc Opera iterum Lugduni, apud Johannem Antonium Huguetan, 1676, in fol. in sex Tomos divisa. Tom. I. continentur Epitome Scientiæ naturalis: Hypomnemata Physica: Methodus discendi Medicinam: De Consensu & Dissensu Chymicorum cum Galenicis: & de Origine Animarum in brutis. Tom. II. Epitome Institutionum Medicinæ: & Institutionũ Medicinæ Libri quinq;. Tom. III. Practicæ Liber I. & II. Tom. IV. Practicæ III. & IV. Tom. V. Practicæ Liber V. Tractatus de Arthritide: Practicæ Liber VI. & Exoterica. Tom. VI. Epitome Librorum de Febribus: De Febribus Libri quatuor: Fasciculus Medicamentorum contra Pestem: & Epistolarum Medicinalium una cum Responsoriis D. Michaelis Doringii Centuriæ duæ.

Tomo primo cæteris in Editionibus continentur,

Vita Autoris, & Judicia Virorum Doctorum de ipso.
Epitome Scientiæ naturalis.
Hypomnemata Physica.
Methodus discendi Medicinam.
Institutiones Medicæ, &
De Origine Animarum in Brutis.

Tomo secundo,

De Febribus, Lib. IV.
Practicæ, Lib. I, II, & III.

Tomo tertio,

Practicæ, Liber IV, V.
Tractatus, de Arthritide.
Practicæ, Liber VI.
De Consensu & Dissensu Galenicorum & Peripateticorum cum Chymicis.
Exoterica.

Seorsim prodierunt:

☽ Institutionum Medicinæ, Libri quinque. Wittebergæ, apud Zachar. Schurerum, 1620, in 4. Ibidem, apud Tobiam Mevium, 1644, in 4. Ibidem, 1667, in 4.

De Febribus, Libri quatuor. Wittebergæ, apud Hæredes Schureri, 1619, in 8. 1628, in 4. Francof. & Witteb. 1653, in 4. Huic editioni accessit Fasciculus medicamentorum contra pestem. Lugduni, apud Johan. Lautret, 1627, in 8. Accessit ad calcem ejusdem de Dysenteria Tractatus.

☽ Epitome Institutionum Medicinæ, & Librorum de Febribus. Wittebergæ, apud Hæredes Schureri, 1634, in 12, 1647, in 8. Amstelodami, apud Jodocum Janssonium, 1644, in 12. Patavii, 1644, in 8. Wittebergæ, 1654, in 12. Amstelodami, 1625, in 12. Wittebergæ, apud Hæredes Tobiæ Mevii & Elerdi Schumacheri, 1664, in 12.

Epitome Institutionum Medicarum, Disputationibus XVIII comprehensa. Wittebergæ, apud Schurerum, 1631, in 12. 1647, in 8.

Practicæ Medicinæ, Liber primus. Ibidem, apud Viduam & Hæredes Schureri, 1628, 1636, in 4. Lugdu-

Lugduni, apud Petrum Ravaud, 1629, in 8.

Practicæ Medicinæ, Liber ſecundus. Ibidem, apud Eosdem, 1629, 1640, in 4.

Practicæ Medicinæ, Liber tertius. Ibidem, apud Eosdem, 1631, in 4. apud Hæredes Tob. Mevii, 1648, in 4.

Practicæ Medicinæ, Liber quartus. Ibidem, apud Eosdem, 1632, in 4. Ibid. 1649, in 4.

De Infantium Curatione, Tractatus, Libro quarto Practicæ adjectus. Ibidem.

Practicæ Medicinæ, Liber quintus, De Tumoribus, Ulceribus, Cutaneis vitiis, Vulneribus, Fracturis, & Luxationibus. Ibidem, 1634, in 4.

Practicæ Medicinæ, Liber ſextus de Morbis occultis. Ibid. apud Hæredes Zachariæ Schureri, Senioris, 1635, in 4.

☽ De Scorbuto, Tractatus. Cui acceſſerunt ejusdem argumenti Tractatus & Epiſtolæ Balduini Ronſei, Johannis Echthii, Johannis Wieri, Johannis Langii, Salomonis Alberti, Matthæi Martini. Wittebergæ, apud Schurerum, 1624, in 8. Ibid. 1654, in 4. Jenæ, 1661, in 4.

De Dyſenteria, Tractatus. Wittebergæ, apud Zach. Schurerum, 1626, in 8.

☽ De Arthritide, Tractatus. Cui acceſſit Tragopodagra Luciani. Wittebergæ, apud Hæredes Schureri, 1631, in 4. Ibidem, 1653, in 4.

☽ De Chymicorum cum Ariſtotelicis & Galenicis Conſenſu, ac Diſſenſu, Liber. Ib. apud Eosdem, 1619, in 8. Ibidem, apud Viduam & Hæredes Zachariæ Schureri, Senioris, 1629, in 4. Huic & ſequentibus Editionibus acceſſit Appendix de Conſtitutione Chymiæ. Francofurti & Wittebergæ, apud Hæredes Tobiæ Mevii & Elerdi Schumacheri, 1655, in 4.

Quæſtionum Medicarum Controverſarum, Liber. Cui acceſſit Tractatus de Peſtilentia. Wittebergæ, apud Clementem Bergerum, 1609, in 8. ap. Martinum Henckeliú, 1610, in 8.

☽ Epitome Naturalis ſcientiæ. Wittebergæ, apud Caſp. Heiden, 1618, in 8. 1624, in 8. 1633, in 8. Francofurti, apud Caſparum Wächtlerum, 1650, in 8. Amſtelodami, 1651, in 12.

Auctarium Epitomes Phyſicæ. Ib. 1635, in 8.

Hypomnemata Phyſica, I. De Rerum naturalium principiis; II, De Occultis Qualitatibus; III, De Atomis & Miſtione; IV. De Generatione Viventium; V, De ſpontaneo viventium ortu. Francof. apud Clementem Schleichium, 1635, & 1636, in 8.

De Origine & Natura Animarum in Brutis, Sententiæ clariſſ. Theologorum in aliquot Germaniæ Academiis, quibus ſimul Daniel Sennertus à crimine blaſphemiæ & hæreſios, à Joh. Freitagio ipſi intentato, abſolvitur. Francof. apud Clem. Schleichium, 1638, in 8.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 250 sur 1339

©BIUM

Paralipomena, cum præmissa Methodo discendi Medicinam, Tractatus posthumus. Accesserunt in fine Vita Authoris, & Judicia Cl. Virorum super Eodem, Ejusque scriptis. Wittebergæ, apud Zachar. Schurerum, 1642, in 4.

De Fungis læsarum partium corporis humani, Observatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observat. Chirurg. Cent. 11. Genevæ, apud Petrum Chouët, 1611, in 8. pag. 127.

Epistola. In qua dubia nonnulla, circa probationem Acidularum Schwalbacensium moventur, ob laborem probationis nondum tum penitus finitum, orta. Extat cum iis Responsis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit. Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4.

☽ Epistola, de Fermentatione Platonica. Extat cum Thessalo in Chymicis redivivo: & Anatomia Fermentationis Platonicæ Antonii Guntheri Billichii. Francof. apud Johan. Beyerum, 1639, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1643, in 8. Extat etiam cum Herm. Conringii de Sanguinis Generatione, &c. Amstelodami, apud Lud. Elzevirium, 1646, in 8.

De benè vivendi, beatèque moriendi ratione, Meditationes. Wittebergæ, 1636, in 12.

⊙ Methodus discendi Medicinam, publicè 1636 Wittebergæ prælecta, jam autem Johannis Magiri notis illustrata & excusa. Marpurgi, apud Joseph. Dieteric. Hampelium, 1672, in 12.

⊙ De Unguento Armario. Extat cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Joh. Andr. Endterum, & Wolffgang. Jun. Hæredes, 1662, in 4.

DANIEL SUEPPIUS

Epistolæ quædam Medicæ. Extant cum Cista Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

DANIEL VERMOSTIUS, *Areschotanus*

☽ Breve Apologema pro Vopisco Fortunato Plempio, Artium & Medicinæ Doctore, atque in Academia Lovaniensi Practicen primo loco profitente, adversus dicteria & ineptias cujusdam Κηπούρου. Lovanii, apud Viduam Jac. Zegers, 1644. in fol. Extat etiam cum ejusdem Plempii Libris de Fundamentis Medicinæ, quem vide suo loco.

DANIEL ULIERDENUS, *Bruxellanus*

Epistola, non minùs Theologica, quàm Medica, ostendens, Medicum non corpori solùm, verùm etiam animæ suppetias dare, &c. Basileæ, apud Frobenium, 1544, in 8.

Consilia quædam, de Arthritide. Extant eo in Opere, quod Henricus Garetius edidit. Francof. apud Joh. Wechelum, 1592, in 8.

⊙ DANIEL VOET

Physiologia. Adjectis aliquot ejusdem argumenti Disputationibus publicè antehac propositis. Opusculum posthumum, ab ejus Fratre nunc editum.

editum. Amſtelodami, apud Johannem à Wäsberge, 1661, in 4.

DANIEL WINCLERUS, *Uratislavienſis*

Animadverſiones in Tractatum, qui inſcribitur: Diſſertatio de Vita fœtus in utero, quâ luculenter demonſtratur, Infantem in utero non animâ matris, ſed ſuâ ipſius vitâ vivere, propriasque ſuas vitales actiones etiam in alvo maternâ exercere, & matre extinctâ ſæpe vivum & incolumem ex ejus ventre eximi poſſe: adeoque à Magiſtratu in benè conſtitutis Rebuſp. non concedendum, ut vel ulla gravida rebus humanis exemta ſepeliatur, priusquam ex ejus utero fœtus exciſus, vel ad minimum ſectione, an infans adhuc vivus, an verò mortuus ſit, exploratum fuerit. Jenæ, apud Tob. Steinmannum, 1630, in 4.

De Opio, Tractatus. In quo ſimul Liber de Opio Johannis Freitagii. Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1635, in 8.

⊙DANIEL WINCKLERUS, *Jun.*

Obſervatio, de Morbo à Spectro. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. German. Ann. VI. & VII. N. 28.

de Hæmorrhagia ingenti VI. vel VII. die poſt acceptum vulnus. Ibid. Ann. eod. N. 29.

de Carnis Vomitu cum Sanguine. Ibid. Ann. eod. N. 30.

de Stramine ἄνω καὶ κάτω expurgato. Ibid. Ann. eod. N. 31.

de Epileptica à Spectro. Ibid. Ann. eod. N. 32.

Obſervatio, de Steatomate ſub mento. Ibid. Ann. eod. N. 33.

de Calculo ex pene exſecto. Ib. Ann. eod. N. 34.

de Tumore circa lumbos à terrore. Ibid. Ann. eod. N. 35.

de Calculo in Orificio penis urinam reprimente. Ibid. Ann. eod. N. 36.

de Excreſcentia in labio ſuperiore. Ibid. Ann. eod. N. 37.

de Paralytico muto ex Apoplexia cum febre maligna. Ibid. Ann. eod. N. 38.

de Urinâ cruentâ hincq; purulẽta. Ib. Ann. eod. N. 39.

de deglutitione ablatâ in apoplectico. Ibid. Ann. eod. N. 40.

de Vulnere pectoris. Ibid. Ann. eod. N. 41.

de Angina in morbillis igneis. Ibid. Ann. eod. N. 42.

de Hæmoptica paſſione. Ib. An. eod. N. 43.

de Colica cum Vomitu & lipothymia ob herniam. Ibid. An. eod. N. 44.

de falsò gravida. Ibid. Ann. eod. N. 45.

de Tumore inſcroto. Ibid. Ann. eod. N. 46.

de Tumoris in ſcroto temeraria curatione. Ibid. Ann. eod. N. 47.

de Vomitu ſanguinis. Ibid. Ann. eod. N. 48.

de Vomitu ſanguinis à retentione menſtrui. Ib. Ann. eod. N. 49.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 252 sur 1339

©BIUM

Obſervatio, de Epilepſia cõcitate ſoluta. Ibid. Ann. eod. N. 50.

de Herpete brachii lethali. Ibid. Ann. eod. N. 51.

de Hydrope poſt Tertianam. Ib. Ann. eod. N. 52.

de Variolis cum petechiis nigris. Ibid. Ann. eod. N. 53.

de Phrenitide Aphrodiſia. Ibid. Ann. eod. N. 54.

de Hæmorrhagia narium. Ibid. Ann. eod. N. 55.

de Sanguine Vermiformi cum Urinâ excreto. Ibid. Ann. eod. N. 56.

de Uteri prolapſu. Ibid. Ann. eod. N. 57.

⊙ DAVID *von der* BECKE

Epiſtola ad Joelem Langelottum, de Volatiliſatione Salis Tartari. Hamburgi, apud Gothofredum Schultzium, 1673, in 8.

Experimenta & Meditationes circa Naturalium Rerum Principia; quibus, quæ circa fixi & alcaliſati Salis, ante calcinationem in miſto, præexiſtentiam, ac cauſas Volatiliſationis, obſcura aut dubia eſſe poterant, clarè ſolvuntur. Hamburgi, apud Gothofredum Schultzium, 1674, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1684, formâ eâd. Hæc ſecunda Editio auctior eſt & notis illuſtrata.

Barnerus leviter & amicè caſtigatus. Hamburgi, apud Gothofredum Schultzium, 1675, in 8.

Diſſertatio Anatomico-Practica de Procidentia Uteri, ab erroribus Clar. Johannis Garmeri, *Hamburg.* & Phyſic. Patriæ primarii vindicata. Hamburgi, apud Petrum Grooten, 1683, in 8.

DAVID CHYTRÆUS

Oratio, de Structura humani corporis, & expreſſis in ea ſapientiæ divinæ & virtutum veſtigiis. Roſtochii, apud Jac. Lucium, 1579, in 8.

DAVID CRUSIUS, *Crimnicenſis*

Theatrum Morborum Hermetico-Hippocraticum, ſeu, Methodica Morborum, & Curationis eorundem diſpoſitio: multis elegantiſſimis Problematis, ac Hermeticæ Medicinæ Floſculis illuſtrata. Erfurti, apud Johan. Epiſcopium, 1615, in 8. Ibid. 1616, pari formâ.

Theatri Morborum Hermetico-Hippocratici, ſeu, Methodicæ Morborum & Curationis eorundem diſpoſitionis Pars poſterior. Ibid. apud Eundem, 1616, in 8.

DAVID HOESCHELIUS, *Auguſtanus*

Hermetis Trismegiſti Jatromathematicam, cum notis, auctam & emendatiorem edidit.

⊙ DAVID *van* HOOGSTRATEN

Diſſertatio Epiſtolica de Hodierno Medicinæ Statu, ad Virum Doctiſſ. Nicolaum van der Kappen. Dordrechti, apud Johannem ab Hoogſtraten, 1683, in 8.

DAVID

DAVID KYBERUS,
Argentinenſis

☽ Lexicon Rei Herbariæ Trilingue, ex variis & optimis, qui de Stirpium Hiſtoria ſcripſerunt, Autoribus concinnatum. Item Tabulæ Collectionum in genere, & particulatim per XII Menſes, in uſum Pharmacopolarum conſcriptæ per Conradum Geſnerum. In quibus obiter Stirpium quarundam nomina Germanica, & alia quædam à nemine hactenus tradita docentur. Argentinæ, apud Wendelinum Rihelium, 1553, in 8. Tiguri, apud Froſchoverum, 1587, in 8.

DAVID KYNALOCHUS,
Scotus

De Hominis procreatione, Lib. I. De Anatome, & Morbis internis Lib. II. Extat parte II Deliciarum Poëticarum Scotorũ. Pariſiis, 1596, in 4. Amſtelodami, apud Johan. Blaeu, 1637, in 12.

DAVID LAGNEUS

Harmonia, ſeu, Conſenſus Philoſophorum Chemicorum, maximo cum labore & diligentiâ in ordinem digeſtus, & à nemine alio hac methodo diſtributus. Pariſiis, apud Claud. Morellum, 1611, in 16. & Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

DAVID LIPSIUS,
Iſcanius

☽ Ἐξήτασις ἰατρικὴ μεθοδικὴ Galenico-Spagyrica de Hydropiſis, ejusque ſpecierum triplicium cauſis, ſignis, præſervandi, curandique modo optimorum quorumque Medicorum, veterum & recentium monitis & verbis conſcriptus, & editus, publicæ ſalutis omnium Hydropicorum causâ, quorum vel tuenda ſanitas eſt, vel reparanda. Lipſiæ, apud Wittelianum, 1625, in 4. Jenæ, apud Johannem Gollnerum, 1678, in 4. Cui Editioni Auctarii loco adjecta ſunt Capita Huberiana de Morbis Incurabilibus.

Demonſtratio exemplis & rationibus, Hominem non ſolùm per aliquot dies & menſes, ſed per complures annos absque cibo & potu vitam tranſigere poſſe. Extat cum Miſcellaneis Henrici Smetii. Francof. apud Jonam Rhodium, 1611, in 8.

⊙ DAVID MARTINUS,
Rigâ-Livonus

Diſſertatio Medica, de Natura Acidi & Alcali, genuinarum Sanitatis & Morborum Cauſarum. Propter novitatem argumenti hac formâ recuſa, in quibusdam locis aucta, ac à mẽdis repurgata. Lugdun. Batavorum, apud Arnoldum Doude, 1676, in 8.

DAVID ORIGANUS

Aſtrologia Naturalis, Opus Medicis, Agricolis, Nautis, cæterisq; planè neceſſarium. Maſſiliæ, 1645, in 4.

DAVID de POMIS,
Hebræus

Enarratio brevis, de Senum affectibus præcavendis, atque curandis; rationali Methodo decorata, æque

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 254 sur 1339

©BIUM

atque præstantissimis, arcanisque auxiliis, in quibusdam profligandis morbis, insignita. In qua, quod singulæ humani corporis pravæ constitutiones haud absque innati caloris oppressione, defectuvè oriri possint, passim liquidòque ostenditur. Accessit præterea Diocles Epistola ad Antigonum Regem, pro tuenda valetudine conscripta, ac Scholiis non spernendis exposita. Venetiis, apud Johan. Variscum, 1588, in 4.

De Medico Hebræo, Enarratio Apologica. In qua tum quamplurima alia notatu digna reperiuntur; tum etiam quòd magna inter Hebræum & Christianum adsit affinitas; quodque mutua inter eorum utrumque dilectio (jure divino) esse debeat, pervalidis rationibus passim demonstratur. Venetiis, apud Johan. Variscum. 1588, in 4.

⊙ DAVID SPILENBERGERUS

Observatio, de Cantharidibus innoxiè sumptis. Extat Ephemer. Acad. Nat. Cur. Germ. An. I. N. 133.

de Effigie humana in ossiculo cordis humani. Ibid. Ann. II. N. 40.

de Cancro latente Cœcitatis causâ. Ibid. Ann. eod. N. 70.

de Priapismo post Medicamentum purgans. Ibid. Ann. eod. N. 71.

de Abscessu flatuoso. Ib. An. III. N. 107.

de duobus Monstris. Ibid. Ann. eod. N. 108.

Observatio, de Capillo prodigioso, ut & pilorum caninorum mictione. Ibid. Ann. IX. & X. N. 12.

de Vermibus nivalibus. Ibid. Decur. II. Ann. II. N. 110.

DAVID STEGMANNUS, *Memmingensis*

De Difficultate Partus, Disputatio. Extat Decade v. Disputationum, quas collegit & edidit Basileæ, Johan. Jac. Genathius 1621, in 4.

DAVID VERBEZIUS, *Carno-Lubeanus*

Exercitationum Medicarum super Disputatione quadam de Peste. Liber unus. Campoduni, apud Christoph. Krausium, 1618, in 4.

☽ Pro Raymundi Mindereri Disquisitione Jatro-Chymica de Chalcantho, ad Dodecaporii Chalcanthini Petri Castelli Partem priorem Responsio. Qua simul Aëtii Cleti, *Signini*, Dodecaporium Chalcanthinum Romæ 1620, in 4. editum examinatur. Aug. Vindelic. apud Seb. Mylium, 1626, in 4.

Homo non homo, sive, Monstrum Tubingense. Campod. 1618, in 4.

⊙ DAVID ULTRAJÆUS

Tractatus Medicus de Moscho.

DEMETRIUS, *Constantinopolitanus*

De Re Accipitraria, Liber. Græcè, & Latinè redditus à Petro Gillio. Lutetiæ, apud Sebast. Cramoisy, 1612, in 4. cum Rei accipitrariæ Scriptoribus,

bus, & seorsim Latinè eodem interprete. Lugduni, apud Guiliel. Rouillium, 1562, in 8. cum Æliani Historia Animalium.

Galeni Libr. de Oculo, in Latinum transtulit.

DEMETRIUS CANEVARIUS, *Genuensis*

Ars Medica. Genuæ, 1626, in fol.

Morborum omnium, qui corpus humanum affligunt, ut decet, & ex Arte curandorum accurata & plenissima Methodus. Venetiis, apud Rob. Mejettum, 1605, in 8.

De Ligno Sancto, Commentarium. In quo præcipuæ qualitates ejus, & facultates omnes exactâ diligentiâ exprimuntur, ex illisque Lignum quoddam, quod nuper in Italiam delatum est, pseudolignum Sanctum, & nullo modo verum, ejus Fautoribus accurato examine demonstratur. Romæ, apud Guil. Facciottum, 1602, in 8.

DEMETRIUS PEPAGOMENUS

De Podagra, & id genus Morbis, Liber, quem ab eo petivit Imperator Michaël Palæologus Parisiis, apud Guil. Morellum, 1558, in 8. Græcè & Latinè.

Tractatus, de Arthritide, causas, & originem ejus enodans, viam & rationem ejus averruncandæ, contractæque persanandæ scientiam, suo complexu coërcens, Græcè conscriptus jussu Michaëlis Palæologi, Imperatoris Constantinopolitani, ex Gallico Federici Jamoti M. D. Latinæ consuetudini traditus à Joh. Borgesio, *Hoplinensi ad Lisam, Belgâ*, Philiatro-Mathematico. Audomari, apud Carolum Boscardum, 1619, in 8.

DEMOCRITUS

De Re Rustica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, seu, de Re Rustica selectorum, Lib. xx. Græcè Johan. Alex. Brassicani operâ in lucem editis. Basileæ, apud Robert. Winter, 1539, in 8. Latinè autem, Jano Cornario interprete. Basileæ, apud Frobenium, 1538, in 8.

DEMOCRITUS,

Abderita, Pythagoræ imitator, non tamen auditor. Philosophorum maximus. Vixit A. M. 3462. A. ante C. 500. Wolfg. Justus in Chronol. Medicorum.

De Arte sacra, sive, de Rebus naturalibus & mysticis, Libellus, ex venerandæ Græcæ vetustatis de Arte Chymica reliquiis erutus: nec non Synesii, & Pelagii, Antiquorum Philosophorum, in Eundem Commentaria, Interprete Dominico Pizimentio, *Vibonensi, Italo.* Extat cum Ant. Mizaldi Memorabilium, sive, Arcanorum omnis generis Centuriis novem. Coloniæ, apud Joh. Birckmannum, 1572, in 12. 1574, in 16.

Physicorum & Mysticorum, Lib. Extat Ms. Græcè cum Synesii & Stephani Commentariis. Lugd. Batav. apud Doctiss. Med. Johannem Elichmannum.

DEMO-

©BIUM

DEMOSTHENES

Fragmenta varia. Extant apud Aëtium Amidenum: ſcilicet, De oculorum inflatione: illabentibus in oculum animalculis aut paleis, aut arena: oculorum debilitate, obfuſcatione, ſuffuſione: everſione palpebræ, lagophthalmis, lippitudine durâ, abſceſſu in palpebris, Tetrab. 2, Serm. 3, cap. 12, 16, 44, 48.

⊙ DERMUTIUS de MEARA

Pathologia Hæreditaria generalis, ſive, de Morbis Hæreditariis, Tractatus Spagyrico-Dogmaticus. In quo genaralis eorundem Morborum radix, natura & therapevticaindicatio, ex utriusq; Medicinæ fontibus, inveſtigetur. Dublini, apud Johannem Franctonium, 1619, in 8. Londini, 1665, in 8. Amſtelodami, apud Gerbrandum Schagen, 1666, in 12.

DESIDERIUS ERASMUS

☽ In Laudem Artis Medicæ, Declamatio. Extat cum Henrici Montui Selectis. Lugd. 1556, in 8. Extat etiam cum DD. Virorum Epiſtolis & Reſponſis, tum Medicis, tum Philoſophicis, & Encomiis Medicinæ. Roterodami, apud Rudolphum à Nuyſſel, 1665, in 8.

Plutarchi, de tuenda Sanitate præcepta interpretatus eſt.

DESIDERIUS JACOTIUS, *Vandoperanus*

Commentariorum ad Magni Hippocratis Coaca Præſagia, Opus planè divinum, Libri tredecim, tribus Sectionibus diſtincti. In quibus ſymptomatum omnium, quæ in ægris apparent, cauſæ, vires & ſignificationes demonſtrantur. Exſtant cum Jacobi Hollerii in eadem Comment. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1576, in fol.

Jac. Hollerii, de Morbórum Curatione: De Febribus: De Peſte: De Remediis τῶν τόπων in Galeni Libros: De Materia Chirurgica, Scholiis illuſtrata edidit.

DETHLEVUS SYLVIUS, *Holſatus*

Henrici Rantzovii Librum, de Conſervanda Valetudine, in privatum Librorum ſuorum uſum conſcriptum, publici juris fecit.

DIDACUS ALVARUS OHACAN

Commentum novum in Parabolas Divi Arnoldi de Villanova. Hiſpali, apud Jacobum Cromberger. 1514, in fol.

⊙ DIDACUS GERMANUS

Judicium Philoſophico-Ethico-Chymico-Medicum de illa veteri toties jam ventilata & nec dum reſoluta Controverſia, an detur Lapis Philoſophorum, & ejusdem indefinita in Morbis tam præſervandis, quàm curandis virtus? leviter mota à D. Jacob. Johan. Wenceslao Dobrzensky de Nigro Ponte, acriter defenſa à D. Johan. Friderico à Rain, Germanè, id eſt, candidè, formâ Epiſto-

Epistolari conscriptum à nominato Authore. Sine loco, & nomine ejus, apud quem prostet, 1682, in 8.

DIDACUS LOPIUS

De Elementis, Liber. Conimbricæ, 1600, in 4.

DIDACUS MERINUS, *Hurunnuelensis*

De Morbis Internis. Burgis, 1575, in fol.

DIDACUS MORANUS, *Lusitanus*

Apologiæ tres; 1, de Epilepsia hysterica. 11, de Venæ sectione in Fluore nimio Hæmorrhoidum. 111, de Ventris Tumore. Orthesii, apud Abrahamum Rouyerium, 1626, in 4.

DIDACUS de SORIA, *Granatensis*

Certamen Medicum: & Propugnatio Antiquitatis, contra Innovatores. Granatæ, 1635, in fol.

DIDYMUS

De Re Rustica, Fragmenta aliquot. Extant eodem Γεωπονικῶν, sive, de Re Rustica Opere Græco Latinoque sæpius citato, in 8.

De Mulomedicina, Capita aliquot. Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi sunt Græcè quidem Basileæ, apud Joh. Valderum, 1537, in 4. Latinè vero ex interpretatione Joh. Ruellii. Parisiis, apud Simonem Colineum, 1530, in fol.

Quæ collabentes Comitiales excitant, Fragmentum. Extat apud Aëtium Amidenum, Tetrab. 2, serm. 2, cap. 15.

DILECTUS LUSITANUS

Ocyrrhoes, seu, præstantissimum morborum auxilium de Venæ sectione, copiosa Methodus. Venetiis, apud Petrum Milochum, 1642, in 4.

DINUS de GARBO

⊙ *Natus Florentiæ, Patre Brunone de Garbo, Chirurgo peritissimo: Thadæum Florentinum Præceptorem habuit: Bononiæ Medicinæ Professor fuit. Claruit secundùm Trithemiũ A. C. 1300, sub Alberto I. Austriaco, & Johanne XXII. Pontifice, & Roberto Siciliæ Rege: secundùm Alios, A. C. 1343, sub Ludovico Bavaro. Obiit Bononiæ circa A. C. 1300.*

De Cœna & Prandio, Epistola. Extat cum Andr. Thurini Operibus. Romæ, apud Hieron. de Cartulariis, 1545, in fol. impressis.

Recollectiones in Hippocratem, de Natura Fœtus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1502, in fol. cum aliis ejusdem argumenti Libris.

Chirurgia, cum Tractatu Ejusdem de Ponderibus, & Mensuris: nec non de Emplastris & Unguentis. Additi sunt insuper Gentilis de Fulgineo super Tractatu de Lepra: & Gentilis de Florentia super Tractatibus de Dislocatione & Fracturis Commentarii. Ferrariæ, apud Andr. Gallicum, 1485, in fol. Venetiis, apud Luc-Ant. Juntam, 1536, in fol.

Enarratio Cantionis Guidonis de Cavalcantibus de Natura & Motu Amoris. Venetiis, in fol.

Super IV Fen primi Avicennæ præclaris-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 258 sur 1339

©BIUM

clariſſima Commentaria, quæ Dilucidatorium totius Practicæ generalis Medicinalis ſcientiæ nuncupantur. Venetiis, 1514, in fol.

Expoſitio ſuper Canones generales de Virtutibus Medicamentorum ſimplicium Secundi Canonis Avicennæ. Ibid. 1514, in fol.

☉ DIO

Relatio Hiſtorica de Utero duplici in fœmina obſervato, ex Gallico in Latinum verſa. Extat in Appendice ad Annum ſecundum Decur. II. Ephemerid. Medico-Phyſicar. Natur. Curioſ. Germ. Noribergæ, apud Wolfgangum Mauritium Endterum, 1684, in 4.

DIOCLES CARISTIUS

Medicus dogmaticus, ſecundus ætate & famâ ab Hippocrate. Plin. Lib. 29. cap. 2. Vixit ſub Dario Hyſdaſpe, Rege Perſarum; & ſub Antigono, Rege. Juſtus in Chronol. Medic.

De Tuenda Sanitate, ad Antigonum Regem, Libellus, Albano Torino interprete. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1541, in fol. cum Alex. Tralliano Ejusdem, Antonio Mizaldo interprete. Lutetiæ, apud Morellum, 1572, in 8. Francof. apud Joh. Saurium, 1612, in 12. cum Schola Salernitana.

Aurea, ad Antigonum Regem, Epiſtola, de Morborum Præſagiis & eorundem extemporaneis remediis, Antonio Mizaldo interprete. Lutetiæ, apud Federicum Morellum, 1572, in 8.

DIODORUS EUCHYON

De Polychymia, Libri IV. 1567, in 8. De Aquis, Oleis, Salibus, & Lapide Philoſophico. Amſtelodami, apud Cornel. Nicolai, 1604, in 8.

DIOGENES

Purgatorium, pituitam ducens. Extat apud Aëtium Amidenum, Tetrab. 1, ſerm. 3, cap. 109.

DIOMEDES AMICUS

De Morbis Sporadibus, Opus novum. In quo ſingulari cum facilitate, exactoque judicio ea omnia, quæ ad illarum corporis affectionum diagnoſticen, prognoſticen, therapeuticen, prophylacticen, analepticen: item ad gerocomicen: denique ad tria Medica Inſtrumenta in univerſum, pertinent, pleniſſimè explicantur. Venetiis, apud Johan. Ant. de Franciſcis, 1605, in 4.

De Morbis communibus, Liber: Ejusdem Tractatus de Variolis: & Appendix ad Librum de Morbis communibus. In quo agitur de cauſa præſentis tempeſtatis. Venetiis, apud Franciſc. de Franciſcis, 1596, in 4.

DIOMEDES CORNARIUS, *Suiccavienſis*

Conſiliorum Medicinalium habitorum in Conſultationibus à Clariſſ. atque Expertiſſimis apud diverſos ægrotos, partim defunctis, partim adhuc ſuperſtitibus Medicis, Tractatus. Lipſiæ, apud Mich. Lantzenberger, 1595, apud Barth. Vogt, 1599, in 4. Additæ ſunt Obſervationum

tionum Medicinalium partim ab Autore, partim ab aliis eruditiſſimis Viris annotatæ Præmeditationes. Item Hiſtoriæ admirandæ raræ, ab eodem collectæ. Additæ quoq; ſunt Orationes quædam ab Eodem habitæ.

Conſilium in Stomachi dolore. Extat eo Opere, quod collegit Laurentius Scholtzius. Hanov. 1610, in fol.

DIONYSIUS ATHANASIUS

Elegia in Gabrielem Fallopium, Medicorum atque Philoſophorum ſui temporis facilè principem, conſcripta. Extat cum Fallopii, de Aquis Thermalibus, Libris. Venetiis, apud Ludov. Avantium, 1564, in 4.

DIONYSIUS DAZA CHACON

De Chirurgiæ Theoria & Praxi, Tomis duobus. Hiſpanicè & Latinè. Villadolid, 1609, in fol, Matriti, 1626, in fol.

DIONYSIUS FONTANONUS

Montis-Peſſulanus Medicus undecunque doctiſſimus. Vixit A.C. 1532. Juſtus in Chronol. Medic. Juxta Moreau de V. S. in Pleuritide vixit 1542.

☽ Practica Medica, ſive de Morborum internorum curatione, Libri quatuor. In lucem dati à Johanne Renerio; qui ſingulis capitum initiis cauſas & ſigna Morborum ex veteribus claſſicis appinxit. Lugd. apud Frellonium, 1550, in 8. apud Ant. Vincentium, 1556, 1605, in 12. Francof. apud Nic. Baſſæum 1600. Ibidem, apud Joh. Saurium, 1611, in 8. Lugduni Batavorum, apud Johan. Antonium Huguetan, & Marcum Anton. Ravaud, 1658, in 12. His poſtremis tribus Editionibus acceſſerunt Selectæ Obſervationes Chirurgicæ quinque & viginti Guil. Fabricii Hildani. Nec non Ejusdem Fabricii Hildani de Gangræna & Sphacelo Tractatus Methodicus & ſuccinctus.

Cephalalgiæ à Gallico Morbo curatio. Extat in Appendice ad Tomum 1 Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 94.

DIONYSIUS JONCQUET, *Medicus Pariſienſis*

☽ Hortus, ſive, Index Onomaſticus Plantarum, quas excolebat Pariſiis, annis 1658, & 1659. Acceſſit ad calcem Stirpium aliquot paulo obſcuriùs denominatarum Officinis, Arabibus, aliis, per Caſparum Bauhinum, Explicatio. Pariſiis, apud Franc. Clouzier, 1659, in 4. Ibidem, 1665, in fol.

DIONYSIUS POMARETUS, *Monſpelienſis*

Obſervationes Mediçæ. Extant cum Obſervationibus Lazari Riverii. Londini, apud Milonem Fleſcher, 1646, in 8. Et cæteris Editt.

DIONYSIUS SALVAGNIUS BOESSIUS

Septem miracula Delphinatus. I. De Fonte ardenti. II. De Turre

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 260 sur 1339

©BIUM

veneni experte. III. De Monte inacceſſo. IV. De Tinis Saſſenagiis. V. De Fonte vinoſo. VI. De Manna Brigantienſe. VII. De Barbaro. Gratianopoli, apud Phil. Charnys, 1656, in 8.

DIONYSIUS THRIVERIUS

Hieremiæ Thriverii, Patris, Methodum univerſæ Medicinæ publici juris fecit. Antverpiæ, apud Plantinum, 1592, in 8. Lugduni Batavorum, iisdem anno & formâ.

DIONYSIUS ZACHARIUS, *Gallus*

Opuſculum Philoſophiæ naturalis Metallorum. Extat cum Bern. Triviſani Chymico miraculo, quod Lapidem Philoſophiæ appellant, à Gerhardo Dorneo edito. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1583. in 8. Ibidem, apud Conrad. Waldkirck, 1600, in 8. Extat etiam cum Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8. p. 777.

DIOPHANES, *Nicæenſis*

De Re Ruſtica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, ſeu, de Re Ruſtica ſelectorum, Lib. XX. Græcè Joh. Alex. Braſſicani operâ in lucem editis. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinè autem, Jano Cornario interprete. Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

De Mulomedicina, Capita aliquot. Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi ſunt Græce Baſileæ, apud Joh. Valder. 1537, in 4. Latinè autem ex interpretatione Johan. Ruellii. Pariſ. apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

DIOSCORIDES

Fragmenta varia. Extant apud Aëtium Amidenum; ſcilicet,

Communia auxilia Febrium per circuitum repetentium, Tetrab. 2, ſerm. 1, cap. 88.

Auxilia ad Comitiales, Tetrab. 2, ſerm. 2, cap. 16.

Cataplasmata Oculorum lippientium, Tetrab. 2, ſerm. 3, cap. 96.

DOMINI de NUYSEMENT

De Vero Sale ſecreto Philoſophorum. Et de Univerſali Mundi Spiritu. Ludovicus Combachius Latinè dedit è Gallico. Caſſellis, 1651, in 8.

DOMINICUS BERTACCHIUS, *Camporegianenſis*

De Spiritibus, Libri quatuor: nec non de Facultate vitali, Libri tres. Venetiis, apud Bernhard. Juntam, 1584, in 4.

DOMINICUS BUCIUS

Carmignolius, Medicus Pedemontanus. Vixit A. C. 1555. Juſtus in Chronol. Medic.

Quæſita quatuor Medicinalia, juxta Hippocratis & Galeni ſententiam examinata. I, An pueros citra XIV annum purgare liceat? II, An in quolibet morbo magno, aſſentientibus viribus, & ætate, mittendus veniat ſanguis? III. An à morborum princi-

©BIUM

principio purgandum ſit? IV, An in morbi augmento vacuare, ſeu, purgare expediat? Venetiis, apud Joh. Gryphium, 1551, in 8. Lutetiæ, apud Barth. Honoratum, 1555, in 16. cum Marci Ant. Montiſiani Medicis Quæſtionibus. Lugd. 1577, in 12.

DOMINICUS CHABRÆUS

☽ Augmentum Hiſtoriæ Plantarum univerſalis Joh. Bauhini. Extat cum Ejusdem Bauhini Hiſtoriæ Plantarum Univerſalis Tom. I. II. III. Ebroduni, 1650, in fol.

☉ Stirpium Icones & Sciagraphia, cum Scriptorum circa eas conſenſu & diſſenſu, ac cæteris pleriſq; omnibus, quæ de Plantarum natura, natalibus, ſynonymis, uſu & virtutibus, ſcitu neceſſaria ſunt. Genevæ, apud Phil. Gamoneti, & Jacob. de la Pierre, 1666, in fol. Ibidem, apud Samuelem de Tournes, 1677, in fol. Hæc Editio paulò alium, nempè hunc habet Titulum: Omnium Stirpium Sciagraphia & Icones, quibus Plantarum & Radicum tum in Hortis cultarum, tum in Urbium Foſſis & Muris, Pratis, Arvis, Montibus, Collibus, Nemoralibus, Fluviis, Riguis, & Littoralibus, Villis & Pagis, ſponte provenientium, Nomina, Figura, Natura, Natales, Synonyma, Uſus & Virtutes docentur. Cum Doctiſſimorum Scriptorum circa eas Conſenſu & Diſſenſu.

DOMINICUS FORELLUS

Conſilia Medica. Extant eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francofurti, apud Johan. Sartorium, 1605, in 4.

DOMINICUS LEO, *Lunenſis de Zuecano*

Ars Medendi humanis particularibusque Morbis à vertice usque ad pedes, in tres Sectiones diviſa; quarum prima Capitis; ſecunda Membrorum ſpiritalium; tertia Membrorum nutritioni & generationi famulantium Paſſiones continet. Bononiæ, apud Johan Roſſium, 1583, in fol. Francof. apud Hæred. Wecheli, 1597, 1627, in 8.

Methodus Curandi Febres, Tumoresque præter naturam, ex Græcorum placitis deprompta. Bononiæ, apud Joh. Rubeum, 1562, in 4.

De Morbo Gallico Caput ex Methodo curandi febres, &c. Extat in Appendice ad primum Tomum Operis Veneti de Morbo Gallico. p. 48.

DOMINICUS de MARCHETIS, *Patavinus*

☽ Anatomia: Cui Reſponſiones ad Riolanum, Anatomicum Pariſienſem, in ipſius Animadverſionibus, contra Veslingium, additæ ſunt. Patavii, apud Matthæum Bolzettam, 1652, in 4. Ibidem, apud Matthiam Cadorinum, 1654, in 4. Hardervici, apud Societatem, 1656, in 12. Accedit Petri de Marchetis nova Obſervatio & Curatio Chirurgica, edita in lucem à Jacobo Martini, *Germano*.

DOMINICUS MARTINUS, *de Soſpitello*

Adnotamenta ad Pandectas Medici-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 262 sur 1339

©BIUM

dicinæ. Extant cum Matthæi Sylvatici Opere Pandectarum. Lugduni, apud Hugon. à Porta, 1541, in fol.

DOMINICUS MASSARIUS, *Vicentinus*

De Ponderibus & Menſuris Medicinalibus, Libri tres. Papiæ, apud Bernhardin. de Garaldis, 1516, in fol. cum Angli Bolognini, Alex. Benedicti, Joh. Almenar, & aliorum Operibus, poſtea verò ab innumeris mendis Conradi Gesneri operâ repurgati. Tiguri, apud Froſchoverum, 1584, in 8. Huic accedunt etiam alia quædam ejusdem argumenti. Omnia ſtudio Caſpari Wolphii, *Tigurini*, in lucem edita.

DOMINICUS MONTHESAURUS

Correctiones Syngmatatis Simeonis Sethi de Cibariorum Facultate. Extant ibidem.

DOMINICUS PANAROLUS, *Romanus*

☽ Jatrologismorum, ſeu, Medicinalium Obſervationum Pentecoſtæ quinque, utilibus præceptis, ſingularibus medelis, reconditis ſpeculationibus, portentoſis caſibus, refertæ. Quibus diverſa, eaque curioſa in calce adduntur opuſcula; nempè de Simplicium cognitione Medico neceſſaria: Plantarum Amphitheatralium Catalogus: Chamæleo examinatus. Arcanorum faſciculus primus, & ſecundus. Opus non tantùm Phyſicis Dogmaticis redundans, ſed multiplici eruditione jucundum, Philoſophiæ ac Medicinæ amantiſſimis apprimæ utile ac neceſſarium. Romæ, apud Franc. Monetam, 1652, in 4. Hanoviæ, typis Johannis Aubrii, ſumptibus Johannis Bayeri, Bibliopolæ Francofurtenſis, 1654, in 4.

Polycarponia, ſeu Variorum fructuum labores. Romæ, 1647, in 12.

☉ DOMINICUS PIZIMENTIUS; *Vibonenſis*

Democriti Abderitæ Artem ſacram, ſive de Rebus Naturalibus & Myſticis Libellum: Cum Syneſii & Pelagii, Antiquorum Philoſophorum, Commentariis interpretatus eſt. Extat cum Anton. Mizaldi Memorabilium Centuriis IX. Vid. Anton. Mizaldus.

DOMINICUS TERELIUS, *Lucenſis*

De Generatione, & Partu Hominis, Libri duò. Lugduni, apud Alex. Marſilium, 1578, in 8.

DOMINICUS TERILLUS, *Venetus*

De Cauſis Mortis repentinæ, diſtinctiſſima Tractatio. In qua etiam diſputatur, quid ſit mors, & vita, in genere, & quæ mortis cauſæ communes. Singula vero, quæ de cauſis mortis repentinæ enarrantur, Hiſtoriis & Obſervationibus ad rem facientibus locupletantur. Venetiis, apud Hæred. Damiani Zenarii, 1615, in 4.

De Veſicantium recto uſu, ac utilitatibus, mirificisque in Praxi eorum fructi-

fructibus. Venetiis, apud Joh. Bapt. Bartonum, 1607, in 4.

DOMINICUS VISNA

Animadverſiones in Theophraſtum de cauſis Plantarum. Piſis, 1625, in 4.

DOMINICUS ZONELLUS

De Expuitione purulenta cum Tuſſi & Febricula, Conſilium. Extat eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francofurti, apud Johan. Sartorium, 1605, in 4. pag. 157.

DONATUS ANTONIUS ab ALTOMARI

Medicus ac Philoſophus Neapolitanus. Inclaruit circa A. C. 1558. Moreau de V. S. in Pleurit.

Opera omnia, in unum collecta, & ab eodem Auctore diligentiſſimè recognita & aucta: cum locis omnibus in margine additis. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1565, in fol. Neapoli, 1573, in fol. Venetiis, apud Vincentium Valgriſium, 1574, apud Mejett, 1600, eâdem formâ. Huic edit. acceſſerunt duæ Tabulæ de Pulſibus: & Emendatio Ponderum per columnas.

Sunt autem hæc:

De Utero gerentibus, quòd pro præſervatione aborſus Venæſectio nō competat, ex Hipp. & Gal. ſententia.

De Alteratione, Concoctione, Digeſtione, Præparatione, ac Purgatione.

De Sedimento in Urinis.

Quòd functiones principes, juxta Galeni decreta, anima non in cerebri ſinubus, ſed in ipſius corpore exerceat.

Quòd naturalis ſpiritus in doctrina admittatur, & non omnino ſit abolendus, ut quibusdam viſum eſt.

Quòd exquiſita tertiana, ad ejusdem Hippocratis & Galeni ſententiam in genere acutorum morborum contineatur.

De Sanitatis latitudine.

De Medendis humani corporis malis, Ars medica.

Experimenta circa Res diverſas naturales, ſpeciatim illas, quæ ex Indiis adferuntur, ex Italico Latinitate donata. Quibus ſimul acceſſere Obſervationes de Viperis: & Epiſtola ad aliquot Oppoſitiones factas in ſuas Obſervationes circa Viperas: itemque Obſervationes circa illas Guttulas & Fila ex Vitro, quæ rupta in quacunq; ſui parte, penitus atque penitus comminuuntur. Amſtelodami, apud Andream Friſium, 1675, in 12.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 308 sur 1339

©BIUM

Obſervatio, de Peculiari quadam Membrana, fœtum aprugnum inveſtiente. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. IX, & X. N. 177.

FRANCISCUS RODEWALD

Oratio de Cauſis putrefactionis: Recitata poſt renunciationem Gradus. Extat Tomo IV, pag. 228. Selectarum Declamationum Philippi Melanthonis. Argentorati, 1558. in 8.

⊙ FRANCISCUS ROMANUS

Conſultationes Medico-Chirurgicæ. Opus poſthumum. Neapoli, 1669, in fol.

De Militari Medicinæ Conditione. Neapoli.

FRANCISCUS ROUSSETUS, *Gallus*

Τερατομήλονία, ſive, de Partu Cæſareo, Liber. Pars Medicæ Artis, interdum Naturæ extrema patienti, perquàm neceſſaria. In quo agitur de Opificio Chirurgico Humani Ortus, aliter fauſtè ſuccedere nequeuntis, quàm per Ventris Materni ſolertem inciſionem, ſoſpite, cum ſuo fœtu, Matre ipsâ. Item Fœtus lapidei vige octennalis cauſæ: cur naſci non potuerit? cur per XXVIII annos in Utero retentus non putruerit? cur in lapidem obdurnerit? Primùm ab Autore Gallicè conſcriptus, à Caſparo Bauhino verò Latinè redditus, Hiſtoriis lectiſſimis, Exemplis, & Lithopædio Senenſi illuſtratus & mactus. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1582, 1588, 1591, in 8. Pariſiis, apud Dionyſ. Duvallium, 1590, in 8. Francof. apud Nicol. Baſlæum, 1601, in 8. cum Appendice Caſparis Bauhini, varias & novas hiſtorias continente, quibus ea, quæ in præcedenti Tractatu propoſita fuere, comprobantur. Et in Gynæciorum Libris ab Iſr. Spachio editis, p. 448.

Brevis Apologia, pro Partu Cæſareo, indicacis cujusdam, ex pulvere pædagogico Chirurguli, theatralem Invectivam. Ejusdem argumenti Carmen Apologeticum. Pariſiis, apud Dionyſium Duvallium, 1598, in 8.

☽ Exercitatio Medica Aſſertionis novæ veri uſus Anaſtomoſeos Cardiacarum fœtus ex utero materno trans ipſas trahentis aerem internum in ſuos pulmones motus reſpiratorii (contra communem opinionem) tunc non expertes, & illum Cordi eum appetenti ſuiq; etiam tunc micantis motus compoti præparaturos. Pariſiis, apud Dionyſium Duvallium, 1603, in 8.

FRANCISCUS RUBEUS, *Genuenſis*

☽ Nocturnæ Exercitationes, in Medicas Hiſtorias, quæ plurimùm conducunt ad Artem prædicendi, in morbis acutis. Genuæ, apud Joſeph. Pavonem, 1622, in 4. Hamburgi, apud Johannem Naumannum. 1660, in 8. quam poſtremam Editionem Johannes Garmers denuò edidit, & Præfationem, Notasq; & Indicem accuratum adjunxit.

FRAN-

FRANCISCUS RUEUS, *Inſulanus*

☽ De Gemmis aliquot, iis præſertim, quarum Divus Johannes Apoſtolus in ſua Apocalypſi meminit: De aliis quoque, quarum uſus hoc ævi apud omnes percrebuit, Libri duo. Pariſiis, 1547, in 8. Tiguri, apud Gesnerum, 1565, in 8. Francof. 1596, in 12. Cum aliis Opuſculis de omni Foſſilium genere, &c. Extat quoque in Levin. Lemnii Similitudin. ac Parabol. Francof. apud Nicol. Hoffmannum, 1608, in 12. Itē cum Franciſci Valleſii Philoſophi Sacra. Lugduni, 1652, in 8.

FRANCISCUS SANCHES, *Bacarenſis*

Opera Medica. His juncti ſunt Tractatus quidam Philoſophici non inſubtiles. Toloſæ Tectoſagum, apud Petrum Boſc, 1636, in 4.

Operum Catalogus

De Morbis internis, Libri tres. p. 1.
De Febribus, & earum Symptomatis, Libri duo. pag. 227.
De Venenatis omnibus cum ſignis & remediis, Liber. pag. 281.
De Purgatione, Liber. p. 305.
De Phlebotomia, Liber. p. 329.
De Locis in homine, Liber. Quo Pharmacopæi docentur rectam applicandorum topicorum medicamentorum methodum. p. 359.
Obſervationes in Praxi, Liber. p. 364.
De Formulis præſcribendi Medicamenta, ad Tyrones Medicos, Liber. p. 381.
Pharmacopœja, ſeu, brevis & compendiaria Præceptorum, quæ tyronibus Pharmaciæ conveniunt, Collectio, tribus Libris diviſa, p. 417. quorum eſt:
I. De Electione Medicamentorum.
II. De Præparatione Medicamentorum, & Simplicibus purgantibus.
III. De Compoſitione Medicamentorum.
De Theriaca ad Pharmacopœos, Liber.
Examina Opiatarum, Syruporum, Pilularum, Electuariorum ſolidorum, Libris quatuor, ad Pharmacopœos.
In Lib. Gal. de Pulſibus ad Tyrones, Commentarii. p. 587.
In Libros tres Galeni de Criſibus, Commentarii. p. 607.
In Librum Galeni de Differentiis Morborum, Commentarii. pag. 685.
In Librum Galeni de Cauſis morborum, Commentarii:
In Librum Galeni de Differentiis Symptomatum, Commentarii:
In Libros tres de Cauſis Symptomatum Galeni, Commentarii:
Cenſura in Hippocratis Opera omnia. pag. 808.
Summa Anatomica. In qua breviter omnium corporis partium ſitus, numerus, ſubſtantia, uſus, & figura, continetur; ex Galeno & Andrea Veſalio collecta. Additæ ſunt etiam Annotationes, quibus Columbi & Fallopii repugnantia

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 310 sur 1339

cum Galeno & Vesalio continetur, & interse. p. 827.

Libri Philosophici

De Longitudine & Brevitate Vitæ, Liber. pag. 3.

In Lib. Aristotelis Physiognomicon, Commentarius. pag. 34.

De Divinatione per somnum ad Aristotelem. pag. 43.

Quòd nihil scitur, Liber. pag. 81.

FRANCISCUS SCHACCUS, *Fabrianensis*

De salubri Potu, Dissertatio. Romæ, apud Alex. Zannettum, 1622, in 4.

FRANCISCUS de SENIS

Consilium, de Balneo Petrioli, ad Rever. D. Episcopum Papiensem. Extat pag. 182 versâ, Operis Veneti de Balneis.

FRANCISCUS SPINÆUS

De Hominis Procreatione. Maceratæ, 1622, in 4.

FRANCISCUS STABILIS, *Potentinus*

Brevis defensio contra nonnullos, asserentes, Pudendorum inflammationem non esse Pestis signum; cum brevi Enarratione eorum, quæ in corporibus vivis & mortuis publice inserviens observavit, dum mensibus elapsis multi in hac nobilissima Venetiarum civitate febre correpti interirent. Venetiis, apud Gratiosum Perchacinum, 1576, in 4.

Dexter usus Sanitatis tuendæ. Venetiis, 1580, in 4.

⊙ FRANCISCUS de le STANG

Observatio, de Renibus quadrupedibus. Extat. Act. Hafniens. Volum. III. N. 7.

⊙ FRANCISCUS STELLUTUS, *Fabrianensis*

Tractatus de Ligno Fossili Minerali detecto, à Johan. Daniel Majore ex Italico in Latinum versus. Extat cum Miscellan. Curios. sive Ephemerid. Medico-Physicar. Germ. Anno Tertio. Lipsiæ & Francof. apud Johan. Fritzchium, 1673, in 4.

⊙ FRANCISCUS STOCKHAMERUS

Microcosmographia, sive, Partium humani Corporis omnium earumq; actionum & usuum brevis quidem, accurata tamen & atoma Descriptio, novis hujus seculi Inventis exornata. Viennæ Austriæ, apud Leopoldum Voigt, 1682, in 12.

FRANCISCUS de le boe SYLVIUS

Natus Hanoviæ Patre Isaaco de le Boe A.C. 1614, adepto Basileæ Doctoris Medicinæ titulo, in Patria primùm per integrum ferè biennium, & paulò pòst Amstelodami anno circiter ætatis suæ 27. aut 28. eâ felicitate Medicinam exercere cœpit, ut mox in præcipuum Amstelodamensium Practicum evaserit. A.C. 1658 in locum D. Kyperi Professor Lugdun. electus, in eâ Statione obiit A.C. 1675.

De

De Affectus Epidemii 1669 Leidenſem Civitatem depopulantis, atq; primariis habitatoribꝰ orbantis Cauſis naturalibus, Oratio, 8. Februarii, 1670, cùm Academiæ Lugduno-Batavæ Rectoratum deponeret habita. Lugduni-Batavorum, apud Viduam Johannis Carpenterii, 1670, in 12. Extat etiam cum Ejusdem Authoris Diſputationum Medicarum Parte Prima ſive Decade. Jenæ, apud Johannem Fritschium, Bibl. Lipſienſem, 1674, in 12. Item cum Ejusdem Authoris Operibus Medicis tam hactenus ineditis, quàm variis formis & locis editis. Amſtelodami, apud Danielem Elſevirium & Abrahamum Wolffgangum, 1679, in 4. Item cum Ejusdem Authoris Praxeos Medicæ Libro Quarto. Ibidem, apud Abrahamum Wolffgangum, 1674, in 12.

Diſputationum Medicarum Pars Prima, ſive, Decas; primarias Corporis humani Functiones Natural. ex Anatomicis, Practicis & Chimicis Experimẽtis deductas complectens. Quarum I. agit de Alimentorum Fermentatione in Ventriculo. II. de Chyli è fœcibus alvinis ſecretione, atq; in Lacteas Venas propulſione in Inteſtinis perfectâ. III. de Chyli Mutatione in Sanguinem, Circulari Sanguinis Motu, & Cordis, Arteriarumque pulſu. IV. de Spirituum Animalium in Cerebro, Cerebelloq; Confectione, per Nervos diſtributione atq; Uſu vario. V. de Lienis & Glandularum uſu. VI. de Bilis ac Hepatis uſu. VII. de Reſpiratione uſuq; Pulmonum. VIII. de Vaſis Lymphaticis & Lympha. Cui acceſſerunt duæ, de Febribus, Diſquiſitiones. Quibus additur Epiſtola Apologetica contra Antonium Deuſingium. Amſtelodami, 1663, in 12. Lugduni Batavorum, apud Felicem Lopez de Haro, & Arnoldum Doude, 1670, in 12. Jenæ, apud Joh. Fritschium, Bibl. Lipſ. 1674, in 12. Cui Editioni tertiæ præter copioſum Rerum & Verborum Catalogum inſuper acceſſerunt Ejusdem Authoris Orationes binæ. I. de Affectus Epidemii, 1669, Leidæ graſſantis cauſis naturalibus. II. de Hominis Cognitione.

Idea Praxeos Medicæ in tres Libros diviſæ. Francofurti, typis Hummianis, 1671, in 12.

Praxeos Medicæ Idea nova. Liber primus, de Affectibus Naturales Hominis Functiones læſas vel Conſtituentibus, vel Producentibus, vel Conſequentibus. Cum locupletiſſimo Indice Rerum & Materiæ Medicæ, ſeu, Medicamentorum in Libri hujus tam Formulis, quàm extra ipſas laudatorum, à Martino Carceo concinnato. Lugduni-Batavorum, 1667, in 12. Lugduni-Batavorum, apud Viduam Johannis le Carpentier, 1671, in 12.

Praxeos Medicæ Liber Secundus; De Affectibus Animales Hominis Functiones læſas vel conſtituentibus, vel producentibus, vel conſequentibus, editus curâ Juſti Schraderi. Amſtelodami, apud Abraham. Wolffgang. 1674, in 12.

Pra-

©BIUM

Praxeos Medicæ Liber Tertius; De Affectibus Generationi Hominis dicatas Functiones læsas vel constituentibus, vel producentibus, vel consequentibus, editus curâ Justi Schraderi. Ibid. apud Eundem, anno & formâ eâdem.

Praxeos Medicæ Liber Quartus; De Morbis Infantum, & aliis quibusdam memoratu dignis Affectibus; editus curâ Ejusdem. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem. Memoratu autem digni affectus, singularibus Tractatibus descripti, illi sunt: Pestis: Lues Venerea: Phthisis: Cachexia: Hydrops: Affectio Hypochondriaca: Arthritis: Febris Epidemia Leidensis Ann. 1667. Affectus Epidemius Leidensis An. 1669 & 1670.

Omnes hi Praxeos Libri extant etiam in Operibus Medicis in unum Volumen redacti, Amstelodami, apud Daniel Elsevirium & Abrahamum Wolffgangum, 1679, in 4.

Collegium Medico-Practicum dictatum 1660. Francofurti, apud Thomam Matthiam Götzium, 1664, in 12.

Epistola Apologetica contra Antonium Deusingium. Lugduni-Batavorum, 1666, in 8. Amstelodami, 1668, in 12. Extat etiam cum Ejusdem Authoris Disputationum Medicarum Parte Prima sive Decade. Lugduni-Batavorum, apud Felicem Lopez de Haro & Arnoldum Doude, 1670, in 12. Jenæ, apud Joh. Fritschium, Bibl. Lipsiensem, 1674, in 12. Item cum Ejusdem Authoris Operibus Medicis tam hactenus ineditis, quàm variis formis & locis editis. Amstelodami, apud Danielem Elsevirium & Abrahamum Wolffgangum, 1679, in 4.

Opera Medica, tàm hactenus inedita, quàm variis formis & locis edita; nunc verò certo ordine disposita, & in unum volumen redacta. Amstelodami, apud Danielem Elsevirium & Abraham. Wolffgangum, 1679, in 4. Continentur autem in his Operibus I. Disputationes Medicæ. II. Methodus Medendi. III. Praxeos Med. Ideæ Novæ Libri III. cum Appendice, quâ iterum continentur Tractat. de Morbis Infantum: de Peste: de Lue Venereâ: de Phthisi: de Cachexia: de Hydrope: de Affectione Hypochondriaca: de Arthritide: de Febre Epidemia Lugduni Batavorum 1667 plures affligente: de Affectu Epidemio ab Augusto Mense 1669 ad finem Januarii 1670. in Leidensis Urbis Incolas sæviente. IV. Opuscula varia: nempe Dictata ad Casp. Bartholini Institutiones Anatomicas: Oratio Inauguralis de Hominis Cognitione: Theses de Medicamentis Chymicis: Epistola Apologetica Anti-Deusingiana: Oratio de Affectus Epidemii Leidensis Causis naturalibus: Oratio funebris in Authoris Obitum.

FRANCISCUS THOMASIUS, *Hetruscus*

De Peste, Tractatus. Romæ, apud Jac. Tornerium, 1587, in 8.

FRAN-

FRANCISCUS TIDICÆUS, *Dantiſcanus*

Microcosmus, hoc eſt, Deſcriptio Hominis & Mundi παραλληλος. In qua, quomodo in homine, ex ſingulari, infinitâ, & plus quàm excellenti Dei Creatoris ſapientiâ, universa rerum natura, per imaginem quaſi expreſſa ſit, Hominis ad mundum à capite ad calcem, ſecundum exteriora ac interiora, quoad animam & corpus, collatione factâ, particulatim oſtenditur, quantoque adeo jure veteres Hominem parvum Mundum, vel totius Mundi Epitomen eſſe dixerint, evidenti & perquam jucundâ demonſtratione, abunde docetur & explicatur: idque ex ipſius maximè vetuſtatis utilitate inſignium, & ad naturæ præcipue cognitionem cumprimis facientium enarratione planâ & luculentâ. Lipſiæ, apud Nerlichios, 1615, 1638, in 4.

☽ In Jatromaſtigas de recto & ſalutari Uſu, de Abuſu item multiplici atq; nefario, nobiliſſimæ ac ſalutiferæ Artis Medicæ, Libellus Omnibus cum ſuæ ſuorumq; ſanitatis amantibus, tum ope Medicâ dextrè uti volentibus, lectu apprimè utilis. Toruni Boruſſorum, apud Andream Cotenium, 1598, in 8. Thoruni, 1592, in 8.

FRANCISCUS TITELMANNUS

Compendium Naturalis Philoſophiæ. Pariſiis, 1547, in 8.

⊙ FRANCISCUS TORREBLANCA, *Villaplandus*

Dæmonologia. Moguntiæ, 1618.

⊙ FRANCISCUS TRAVAGINUS

Idea, ſeu, Synopſis novæ & experimentalis illius Philoſophiæ, quam tum ad Medicamenta Chemica, tum ad alios uſus accuravit. Extat cum Georgii Aras Enchiridio Hermetico-Medico. Venetiis, apud Johan. Jacob. Hertz, 1666, in 12.

Synopſis Novæ Philoſophiæ & Medicinæ, cujus fundamenta, ſeu, principia ſalia, acidum & ſalſum, ex quibus oritur omne fermentum &c. Venetiis, 1667, in 12.

FRANCISCUS TURCUS

Controverſiæ Medicæ & Philoſophicæ. Veronæ, 1607, in 4.

FRANCISCUS de TURRE, *de S. Victoria*

Prognoſticon Medicinale, ſecundùm temporum conſtitutiones. In quo Hippocratis, aliorumque veterum hujus argumenti Aphorismi collecti ſunt, & interpretati. Anconæ, apud Aſtulphum de Grandis, in 4.

FRANCISCUS VALLERIOLA, ſive, VARIOLA

⊙ *Vir parvâ ſtaturâ, ſed magno ingenio. Fuit Profeſſor Medicinæ Auguſtæ Taurinorum, ubi, poſtquam ſtipendiis ſatis magnis per multos annos cum nominis celebritate docuiſſet, obiit circa A. C. 1580.*

Loci Medicinæ communes, tribus Libris digeſti. Quibus acceſſit Appendix, univerſa complectens ea,

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 314 sur 1339

©BIUM

quæ ad totius Operis integritatem deeſſe videbantur. Venetiis, 1563, in 8. Lugduni, apud Franc. le Fevre, 1589, in 8, 2 voll. & Genevæ, apud Samuel Criſpinum, 1604, in 8.

Enarrationum Medicinalium Libri ſex. Item, Reſponſionum Liber unus. Lugduni, apud Gryphium, 1554, in fol. apud Franc. Fabrum, 1589, in 8. Venetiis, apud Balth. Conſtantinum, 1555, in 8. Lugd. 1589, in 8.

Obſervationum Medicinalium Libri ſex. In quibus graviſſimorum morborum Hiſtoriæ, eorundem cauſæ, ſymptomata, atque eventus, tum & curationes miro ordine deſcribuntur. Lugduni, apud Ant. Gryphium, 1573, in fol. Ibidem, apud Ant. Candidum. 1588, in 8. Ibidem, apud Franc. Fabrum, 1605, in 8.

Commentarii in Librum Galeni, de Conſtitutione Artis Medicæ. Auguſtæ Taurinorum. Genevæ, apud Abelem Rivery, 1577, in 8. Lugduni, apud Ambr. Traverſarium, 1626, in 8.

Commentarii in ſex Libros Galeni de Morbis & Symptomatis. Lugd. apud Gryphium, 1540, in 8. Venet. apud Valgriſium, 1548, in 8.

Artis Medicæ Fundamina, ſecundùm Galenum. Lugduni, apud Ambroſ. Traverſarium, 1626, in 8.

De Re Medica, Oratio. Venet. apud Vincent. Valgriſium, 1548, in 8.

Animadverſiones, ſive, Annotata in omnia Laurentii Jouberti Paradoxa. Exſtant cum ejusdem Jouberti Operum Tomo II, pag. 72. edit. Francof. apud Hæredes Andr. Wecheli, 1599, in fol.

FRANCISCUS VALLESIUS

☽ *Natus Covarruvii in Hiſpania, factuſq; dein Regis Hiſpaniarum Philippi II. Archiater, & in Academia Complutenſi apud Carpetanos Medicinæ Profeſſor: Claruit circa A. C. 1550. Controverſias ſuas Medicas & Philoſophicas licèt admodum adhuc juvenis, erudito tamen judicio, ſcripſit.*

☽ Controverſiarum Medicarum & Philoſophicarum Libri decem. Acceſſit Libellus de Locis manifeſtè pugnantibus apud Galenum. Compluti, 1564, & 1585. Francof. apud Hæredes Andreæ Wecheli, 1582, in fol. Huic Editioni non additus eſt Libellus de Locis manifeſtè pugnantibus apud Galenum. Ibidem, apud Wechelum, 1590, 1595, in fol. Addito iterum Libello de Locis manifeſtè pugnantibus apud Galenum. Hanoviæ, apud ejusdem Hæredes, 1606, in fol. Lugduni, apud Anton. Chard, 1625, in 4.

Commentaria illuſtria in Cl. Galeni Pergameni Libros ſubſequentes: I, Artem Medicinalem. Compluti, 1567, in 8. II, De Inæquali intemperie Libellum. III, Tertium de Temperamentis Librum. V, Quinque priores de Simplicium Medicamentorũ Facultate Libros. V, Duos de Differentia Febrium Libros. Compluti

pluti, 1569, in 8. VI, Sex de Locis patientibus Libros. Tractatus Medicinales. Lugduni, 1559, in 8. I, De Urinis compendiaria Tractatio. II, De Pulsibus Libellus. III, De Febribus Commentarius. IV, Methodi Medendi Libri tres. Omnia recens publicata operâ & industriâ Johannis Petri Ayroldi Marcellini. Colon. apud Franc. de Franciscis & Joh. Bapt. Ciottum, 1592, 1594, in fol.

⊙ Comentaria in Artem Medicinalem Galeni etiam separatim extant. Venetiis, apud Johannem Baptistam Ciottum, 1591, in 8.

In VI Libros Galeni, de Morbis & Symptomatis. Lugduni, 1540, in 4.

☽ In Libros Hippocratis de Morbis Popularibus Commentaria, magnam utriusque Medicinæ, Theoricæ inquam, & Practicæ, Partem continentia. Matriti, apud Franc. Zanches, 1577, in fol. Et Johannis Petri Ayroldi Marcellini operâ & industriâ fideliùs elegantiùsque nunc, quàm prius excusa. Coloniæ, apud Joh. Bapt. Ciottum, 1588, in fol. Neapoli, apud Laz. Scoriggium, 1621, in fol. Ibid. 1652, in fol. Recognita operâ & studio Gaudei Aurelii, cum Indice locupletissimo. Aureliæ, apud Claud. & Jac. Borde, 1654, in fol. Parisiis, 1663, in fol.

☽ In Aphorismos Hippocratis Comentarii septem. Præterea Ejusdem Commentarii omnes, qui hactenus ab ipso fuerunt in Hippocratem sigillatim publicati: nempe in Libr. Hippocratis de Alimento, Commentar. I. In Libr. Prænotionum, Commentar. III. In Libr. Hippocratis, de Ratione Victus in Morbis Acutis. Nunc iterum Johan. Petri Ayroldi Marcellini operâ & industriâ fidelius elegantiusque editi. Coloniæ, apud Johannem Baptistam Ciottum, 1589, in fol.

Commentaria in Libros Hippocratis de Ratione victus in morbis acutis. Augustæ Taurinorum, apud Hæredes Nicol. Bevilaquæ, 1590, in 8.

☽ De Urinis, Pulsibus, ac Febribus Libelli, sive, Compendiariæ Tractationes. Compluti, 1565, in 8. Taurini, apud Hæredes Nicolai Bevilacquæ, 1588, in 8. Patavii, ap. Paulum Mejettum, 1591, in 8.

☽ Methodus Medendi, in quatuor Libros divisa; quorum I. continet Victum ægrotantium: II. Rationem curandi per indicationes simplices: III. per compositas, & cùm aliquid eorum, quæ indicare possunt, nos latent: IV. Occasiones curandi & abstinendi à curationibus. Venetiis, apud Georgium Angelerium, 1589, in 8. Matriti, 1614, in 8. Lovanii, apud Hieron. Nempæum, 1647, in 8. Parisiis, 1651, in 12.

☽ De iis, quæ scripta sunt Physicè in Libris Sacris, sive, de Sacra Philosophia, Liber singularis. Francof. apud Nicol. Bassæum, 1590, 1608, in 8. Lugduni, apud Hug. à Porta, 1592, 1595, in 8. Huic Editioni propter

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 316 sur 1339

©BIUM

pter argumenti ſimilitudinem adjuncti ſunt Levini Lemnii de Plantis ſacris, & Franciſci Ruei de Gemmis Libri. Lugd. apud Anton. Soubron, 1622, in 8. Ibid. 1652, in 8.

FRANCISCUS VATABLUS

In Ariſtotelis parva naturalia & Libros de Animalibus & Plantis Commentarii, rei medicæ viam quâdam præſtruentes, & rerum naturalium ſcientiæ colophonem præſtantes. Lipſiæ, 1520, in fol.

⊙ FRANCISCUS VERDE

Obſervationes Ingenuæ de Fœtus Animationis & Nutritionis Tempore. Lugd. 1664, in 4.

FRANCISCUS VERTUNIANUS, *Pictavienſis*

Hippocratis Coi de Capitis Vulneribus Liber, Latinitate donatus, & Commentariis illuſtratus; addito Græco textu, à Joſepho Scaligero caſtigato, cum ipſius Scaligeri Caſtigationum ſuarum explicatione. Lutetiæ, apud Mamertum Pariſſonium, 1578, in 8.

FRANCISCUS VESALIUS

Andreæ Veſalii, Fratris, De Radice Chinæ Epiſtolam in lucem edidit.

FRANCISCUS VILLARINUS, *Cæſarauguſtanus*

Medendi Canones. Tudelæ, 1573, in 8.

FRANCISCUS ULMUS

Pictavienſis Patritius & ejusdem Facultatis Med. Archiater.

De Occultis in Re Medicâ Proprietatibus. Brixiæ.

De Liene, Libellus. Lutetiæ, apud Mamertum Pariſſonium, 1578, in 8.

FRANCISCUS ULMUS

Natus Brixiæ ex familia Bergamenſi, Franciſci Ulmi, Patritii olim Pictavienſis & Medici ſuo tempore clariſſimi nepos. Edidit linguâ Italicâ varia ſcripta: ut, Volumen Conſiliorum Medic. Poemata elegantia ſubciſivis horis exarata &c. Senex tandem in patria, cùm per triduum tantùm decubuiſſet, obiit A. C. 1612.

In Circulationem Sanguinis Harvejanam, Exercitatio Anatomica. Auguſtoriti Pictonum, apud Johan. Fleviau, 1659, in 4.

⊙ FRANCISCUS WILLUGHBÆIUS

Ornithologiæ Libri tres. In quibus Aves omnes hactenus cognitæ in Methodum naturis ſuis convenientem redactæ accuratè deſcribuntur. Deſcriptiones Iconibus elegantiſſimis & vivarum Avium ſimillimis æri inciſis illuſtrantur. Totum Opus recognovit, digeſſit, ſupplevit Johannes Raius. Londini, apud Johannem Martium, 1676. in fol.

FRANCISCUS XIMENEZ

De viribus Plantarum & Animalium,

lium, quæ Medicinæ apud Americanos inſerviunt, & de eorum Medendi Methodo. Mexici, 1615.

FRANCISCUS de ZANELLIS, *Bononienſis*

Tractatus de Animatione Seminis. Extat cum Summa Thomæ de Garbo, pag. 83.

⊙ FRANCISCUS ZYPÆUS

Fundamenta Medicinæ Phyſico-Anatomica. Bruxellis, apud Ægidium T, ſerſtevens, 1683, in 8.

FRANCO ESTIUS, *Gorcomius*

Laus Rei Herbariæ. Extat cum Remb. Dodonæi Hiſtoria Stirpium. Antverpiæ, apud Plantinum, 1583, in fol.

FRIDERICUS ARNISÆUS

De Melancholia Hypochondriaca. Haffniæ, 1654, in 4.

⊙ FRIDERICUS BRAND

Obſervatio, de Sandalio & Lapide. Extat. Actor. Hafnienſ. Volum. III. N. 60.

FRIDERICUS II. IMPERATOR

De Arte Venandi cum Avibus. Auguſtæ Vindelic. 1596, in 8.

FRIDERICUS CASANDER

Natura loquax, qua miracula totius univerſi ex præcipuis mundi partibus ſive regnis, æthereo, vegetabili, & minerali, ſilvarum nempe, hortorum, pratorum, plantarum, &c. proprietatibus, affectis, & virtutibus deprompta proponuntur. Francof. apud Lucam Jeniſium, 1629, in 8.

FRIDERICUS CHRISOGONUS

De Modo Collegiandi, Prognoſticandi & curandi Febres. Venetiis. 1528, in fol.

⊙ FRIDERICUS DECKERUS

Pauli Barbettis Tractatum de Peſte cum Notis edidit. Lugduni-Batavorum, 1667, in 12.

Praxin Barbettianam cum Notis & Obſervationibus, nec non Capitum, ut & rerum verborumq; locupletiſſimo Indice edidit. Lugd. Batav. apud Gaasbekios, 1669, in 12. Amſtelodami, apud Adrianum Gaasbekium, 1678, in 12.

Exercitationes Medicæ Practicæ circa Medendi Methodum Obſervationibus illuſtratæ; Cum Capitum, Rerum, Verborum ac Medicamentorum Indice locupletiſſimo. Lugduni Batavorum & Amſtelodami, apud Danielem, Abrahamum & Adrianum à Gäsbeek, 1673, in 8.

⊙ FRIDERICUS FERDINANDUS ILLMERUS, *à Wartenberg.*

Obſervatio, de Fœtus mortui in difficili partu feliciſſimâ extractione. Extat Ephemer. Acad. Nat. Cur. Germ. Ann. I. Num. 49.

de Dolore Capitis ſingulari ſine

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 318 sur 1339

©BIUM

ullâ febre ſubito orto & ſpatio XIV. dierum interficiente. Ibid. An. eod. N. 68.

Obſervatio, de Cephalalgia rara. Ibid. Ann. eod. N. 69.

de Iſchuria decem dierum. Ibid. Ann. III. N. 39.

de Potu Chocolatis loco Sacchari cum Pulvere glirium edulcorato. Ibid. Ann. eod. N. 40.

FRIDERICUS FLACHT, *Vormatienſis*

De Chloroſi, ſeu, Morbo Virgineo, Diſputatio. Extat Decade v Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Johan. Jac. Genathius, 1621, in 4.

De Melancholia & idiopathicâ & ſympathicâ, Diſputatio. Extat Decade VI Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Johan. Jac. Genathius, 1622, in 4.

⊙ FRIDERICUS GEISLER, *Freibergâ-Sileſius*

Excellens noſtri Viridis Panacæa Leonis Cabaliſticè deſumpta ex illo ſapientum Antiquorum ænigmate: Viſitabis interiora Terræ, rectificando invenies occultum lapidem Veræ ac univerſæ Medicinæ. Norimbergæ, apud Paulum Fürſtium, 1678, in 12.

FRIDERICUS GREIFFIUS

Natus Tubingæ A. C. 1601, Patre Michaele Greiffio, Pharmacopolâ Tubingenſi: creatus in Academia patria A. C. 1620 Philoſophiæ Magiſter, ubi primum locum inter 35 Competitores tenuit. Cùm jam in eo eſſet, ut honores Doctoris Medicinæ ambiret, inter ipſum apparatum ex voluntate Parentis ſententiam mutans, curam Officinæ publicæ ſuſcepit, ac proinde Chymiæ ſe totum addixit, quam Officinam haud multò poſt iterum alteri ceſſit, ut Medicamenta Chymica ſelectiora, interq; ea imprimis Theriacam cœleſtem, cujus prima lineamenta Joſepho Quercetano debentur, tantò feliciùs conficere poſſet. Obiit in patria A. C. 1668, ætatis ſuæ 67.

Decas nobiliſſimorum Medicamentorum Galeno-Chymicorum. Tubingæ, 1641, in 4.

Conſignatio Medicamentorum tam Galenicè, quàm Chymicè præparatorum, quæ in Officina Greiffiana proſtant. Ibidem, eodem anno & formâ.

⊙ FRIDERICUS GUNTHERUS KIRCHEIM

Tractatus de Peſte, diviſus in Partes duas; quarum prior continet Speculationem Phyſicam Autore Johanne à Felde; poſterior ea, quæ artis Medicæ ſunt propria, remedia nimirum contra peſtem ſpeculationi præmiſſæ congruentia, atq; à multis ſeculis, cumprimis autem præcedente anno comprobata. Halæ-Saxonum, apud Simonem Johannem Hübnerum, 1681, in 8.

⊙ FRIDERICUS HOFFMANNUS

Opus, De Methodo Medendi, juxta ſeriem Wallæianam: Annexis funda-

©BIUM

fundamentis Aſtrologicis, ex Veterum ac Recentiorum Scriptis concinnatum, Dogmaticis, Paracelſicis, Helmontianis principiis, & propriis Obſervationibus illuſtratum; elegantiſſimis Chymicis floſculis adornatum. Cum Præfatione Johannis Michaelis. Lipſiæ, ap. Chriſtian. Kirchnerum, 1668, in 4.

Appendix, De Modo inſultum Apoplecticum curandi letifero, ob ſalutem publicam, ad incipientium Practicorum & aliorum informationem, & ex ejusmodi curâ orientis majoris mali evitationem. Ibidem, apud Eundem, 1668, in 4.

Cardianaſtrophe admiranda, ſeu, Cordis inverſio memorabilis, tam Phyſicis, quàm Theologis ac Medicis ſcitu admodum jucunda & utilis, obſervata à Collegio Medico Civitatis Hallenſis in Anatomia Cadaveris ſexus feminei. Ibidem, apud Eund. 1671, in 4.

Clavis Pharmacevtica Schröderiana, ſeu, Animadverſiones cum Annotationibus in Pharmacopœiam Schröderianam: Baconianis, Carteſianis, & Helmontianis principiis illuſtratæ, & Johannis Michaelis, Aliorumq; celeberrimorum Medicorum Arcanis concinnatæ; in quibus Medicamentorum ſimplicium, tam exotericorum, quàm vernaculorum, & compoſitorum ex regno minerali, vegetabili & animali deſumptorum Natura, Origo, & genuinæ Præparationes, cum eorum virtutibus & uſu demonſtrantur & declarantur; cum Theſauro Pharmacevtico Quorundam Medicorum noſtri ſeculi. Halæ Saxonum, apud Chriſtoph. Mylium, 1675, in 4.

☉FRIDERICUS LACHMUND, *Hildesheimenſis*

De Ave Diomedea, Diſſertatio, cum verâ ejus effigie æri incisâ. Amſtelodami, apud Andream Friſium, 1674, in 12. Extat etiam cum Franciſci Redi Experimentis circa res diverſas naturales. Amſtelodami, apud Andream Friſium, 1675, in 12.

Ορυκτολογία Hildesheimenſis, ſive, Admirandorum Foſſilium, quæ in Tractu Hildesheimenſi reperiuntur, Deſcriptio, Iconibus illuſtrata. Cui addita ſunt alia de Calculis, de Fontibus &c. Hildesheimii, ap. Viduam Jacobi Mülleri, 1669, in 4.

Obſervatio, de Viſceribus ſub cute prominentibus in fœtu. Extat Ephem. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. III. N. 203.

de Ulcere inteſtini recti Braſilianis familiari. Ibid. Ann. IV & V. N. 273.

de Vermibus admirandis pedum, lumborum ac ſcroti, in America. Ibid. Ann. eod. Num. 274.

de Oſſiculorum fragmentis per tuſſim excretis. Ibid. An. eod. N. 275.

de Particula clavis trabalis ab infante XXIIII Hebdomadum deglutita, quæ in fauci-bus in tertium uſq; diem remanſit. Ibid. Ann. eod. Num. 276.

Obſer-

©BIUM

Obſervatio, de ſpina è muſculo dextræ manûs, & de particula ſtraminis ex oculi angulo extractis. Ibid. Ann. eod. Num. 277.

de Menſtruali partium in puella quadam externarum, utpote Aurium, Narium, digitorum &c. mortificatione. Ibid. Ann. eod. N. 278.

de Cygni lingua oſſea. Ibid. An. eod. N. 279.

de Cornu in ſuperiore parte pedis fœminæ enato. Ibid. An. eod. N. 280.

de Cranio anſeris monſtroſo. Ib. Ann. eod. N. 281.

de Veſpertilionibus caudam habentibus, eorumq; ſceleto. Ibid. Ann. eod. N. 282.

de Teſtudinibus, quæ, ut vulgus putat, ex ſcutis ſuis exire non poſſunt. Ibid. Ann. eod. Num. 283.

de Avibus præter naturam candidis in Epiſcopatu Hildesheimenſi & vicinia, qualis eſt Aureola, Linaria, Paſſer, hirundo, alauda, corvus. Ibid. Ann. eod. N. 184.

de Mure niveo. Ibid. Ann. eod. N. 185.

de Cantharidibus in magna copia prope Hildesheimium captis. Ibid. Ann. eod. Num. 186.

de Ovo ab Anſere â Februario usque in Menſem Septembrem retento. Ibid. An. eod. N. 187.

Obſervatio, de Muſcarum grandium, quæ Perlæ nominantur, inſueta copia. Ibid. Ann. eod. N. 188.

de dextra Aure occluſa. Ibid. Ann. VI & VII. N. 178.

de Infante. Ibid. Ann. eod. Num. 179.

de cranii fontanella in homine adulto. Ibid. Ann. eod. Num. 180.

de cranii fontanella in homine adulto quidem oſſea, ſed peculiari ſutura circumdata. Ib. Ann. eod. N. 181.

de Anſere domeſtico criſtato. Ibid. Ann. eod. N. 182.

de Infante bimulo nondum dentato. Ibid. Ann. eod. N. 183.

de Oſſe frontis virginis adultæ mobili. Ibid. Ann. eod Num. 184.

⊙ FRIDERICUS LOSSIUS

Obſervationum Medicinalium Libri quatuor. Londini, apud Gualterium Kettilby, 1672, in 8.

⊙ FRIDERICUS MOLLERUS

Obſervatio de Partu CLXXIII dierum vivo. Cuſtrini, 1662, in 12.

FRIDERICUS MONAVIUS

Lanx Satura rerum Medicarum. Tubingæ, 1622, in 4.

☽ Branchotomia, quæ eſt Gutturalis aperiendi ratio. Cum Appendice de Affectibus Ocularibus ſupra Heca-

Hecatondadem ; & de Febribus omnibus. Gryphiswaldiæ, 1654. in 4.

⊙ Cryſtallina : puta Luis Venereæ novæ inventæ ſpecies ab ipſo Monavio pertractatæ. Brunſuigæ, 1665, in 8.

Elenchus Affectuum Ocularium. Regiom. 1644, in 4.

FRIDERICUS *van der* MYE, *Delphenſis*

De Arthritide, & Calculo gemino, Tractatus duo. In quibus horum morborum eſſentia, cauſæ, differentiæ, ſigna, & curatio, ſecundum Hipp. & Galeni mentem dilucidiſſime explicantur. Unà cum Diſputatione Philoſophica de Lapidum Generatione. Ejusdem Hiſtoria Medica, de Vertigine, Catarrho, Tuſſi vehementi, Abortu, &c & curatione tentata honeſtæ fœminæ Corneliæ van Dunne. Hagæ-Comitum, apud Arnold. Meuris, 1624, in 4.

De Morbis & Symptomatibus popularibus Bredanis tempore obſidionis, deque medicamentis in ſumma rerum inopia adhibitis, Tractatus duo. Antverpiæ, apud Morellum. 1627, in 4.

⊙FRIDERICUS MULLERUS, *à Lövvenſtein*

Lexicon Medico-Galeno-Chymico-Pharmaceuticum. Francofurti, ſumptibus Michaelis Endteri Bibl. Noriberg. 1661, in fol.

Umbra Redivivi Zwelferi, ſeu, Extemporaneum Reſponſum ad Extravagans Apologema cujusdam Raphaelis Schmuzen contra D. Johan. Zwelferum, Auguſtani Diſpenſatorii Correctorem. Anno 1671, in 8.

⊙ FRIDERICUS NITZSCHIUS

Le Journal Des Scavans, hoc eſt, Ephemerides Eruditorum, Annorum M.DC.LXV. M.DC.LXVI. M.DC.LXVII. M.DC.LXVIII. M.DC.LXIX. & M.DC.LXX. è Gallica in Linguam Latinam vertit. Tom. I. II. III. IV. & V. Lipſiæ & Francofurti, apud Hæredes Schürerianorum & Joh. Fritzſchii, 1671, in 8.

⊙ FRIDERICUS ORTLOBIUS

Obſervatio, de Inteſtinis ſphacelatis. Extat Ephemer. Acad. Nat. Cur. Germ. An. I Num. 143.

de Perpetua infantia. Ibid. Ann. IV & V. N. 198.

FRIDERICUS PETRI, *Springenſis*

De Oculis, Liber. Lipſiæ, apud Joh. Rhamba, 1576, in 8.

⊙ FRIDERICUS RUYSCH

Dilucidatio Valvularum in Vaſis lymphaticis & Lacteis. Cum Figuris æneis. Acceſſerunt quædam Obſervationes Anatomicæ rariores. Hagæ-Com. apud Harmanum Gael, 1665, in 8.

⊙ FRIDERICUS SCHRADERUS

Diſſertatio Epiſtolica de Microſcopiorum uſu in naturali Scientia & Anatome; ad Virum ſummi Nominis

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 322 sur 1339

D. Theodoricum Conerdingium, Conſiliarium & Archiatrum Brunſuico-Lüneburgic. Gottingæ, apud Bartholdum Fuhrmannũ, 1681, in 8.

⊙ FRIDERICUS ZOBELIUS

Tartarologia Spagyrica, ſeu, Medicamentorum ex Tartaro in Laboratorio Gottorpienſi paratorum fidelis Deſcriptio. Duabus Sectionibus comprehenſa. Ex Bibliotheca Georg. Wolffg. Wedelii. Jenæ, typis Golnerianis, 1676, in 12.

FRONTO

De Re Ruſtica, Fragmenta aſiquot. Extant in Γεωπονικῶν ſive de Re Ruſtica ſelectorum Lib. xx. Græce, Joh. Alex. Braſſicani operâ editis. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinè autem Jano Cornario interprete. Baſilêæ, apud Frobenium, 1538, in 8.

FULVIUS ANGELINUS, *Caſennatenſis*

De Verme admirando per nares egreſſo, Brevis Diſcurſus. Et Vincentii Alſarii à Cruce de eâdem re Commentariolum. Ravennæ, apud Hæred. Petri Johannelli, 1610, in 4.

G.

GABRIEL AYALA, *Antverpienſis*

Popularia Epigrammata Medica. Carmen pro vera Medicina ad Luem peſtilentem. Additis ab Autore in hunc ipſum Scholiis. Elegiarum Liber unus. Antverpiæ, apud Guil. Sylvium, 1562, in 4.

GABRIEL BIEL

Contra Peſtem Sermo medicinalis, & de Fuga Peſtis Quæſtio. Extant cum Sermonibus ejus Dominicalibus de Tempore & Sanctis per totum annum. Hagenoæ, apud Joh. Rynman, 1515, in 4. pag. 150.

GABRIEL CLAUDERUS

Methodus Balſamandi Corpora humana, aliaq; majora ſine eviſceratione & ſectione hucusq; ſolitâ; ubi non modò de Condituris Veterum Ægyptiorum, Arabum, Ebræorum, ac in ſpecie Corporis Chriſti, ut & modernorum diverſa proponuntur; ſed etiam modus ſubjungitur, quomodo Cadavera integra ſine exentaratione poſſint condiri. Adnexa item eſt Methodus, parandi varias Eſſentias atq; Spiritus Chymicos ex temporaneè, ſine igne aut deſtillatione. Altenburgi, apud Gottofredum Richterum, 1679, in 4.

Diſſertatio de Tinctura Univerſali, (vulgo Lapis Philoſophorum dictâ) in qua 1. quid hæc ſit? 2. quòd detur in Rerum natura? 3. an Chriſtiano conſultum ſit immediatè in hanc inquirere? 4. è qua materia? & 5. quomodo præparetur? per rationes, & Variorum experientiam perſpicuè proponitur; aliaque curioſa & utilia,

iia, huic analoga, adnectuntur. Altenburgi, apud Gottofredum Richterum, 1678, in 4.

GABRIEL CUNEUS, *Mediolanenſis*

Apologiæ Franciſci Putei pro Galeno in Anatome Examen. Venetiis, apud Franc. de Franciſcis, 1564, in 4.

GABRIEL FALLOPIUS

Natus Mutinæ A.C. 1490. Ingenii acumine penè divino & temperamento corporis valido præditus: totam ferè Europam peragravit, ut abditanaturæ & plantarum abſtruſas virtutes cognoſceret. Patavii primùm Anatomiæ, & pòſt, defuncto A.C. 1540 Bonafide, Simplicium Lector, & Horti Præfectus conſtitutus eſt. Obiit ibidem A.C. 1563 ætatis ſuæ 73, juxta Philip. Jacob. Tomaſinum in Elog. Viror. doct. Aliter verò computum inſtituit Petr. Caſtellan. in Vitis Illuſtr. Medicor.

Opera genuina omnia, tam Practica, quàm Theorica, in tres Tomos diſtributa. Venetiis, apud Felicem Valgriſium, 1584, in fol. Ibidem, apud Joh. Anton. & Jac. de Franciſcis, 1606, in fol. 3. Voll. Francof. apud Hæred. Wecheli, Marnium & Aubrium, 1600, in fol. cum Operum Appendice, ibidem, 1606.

Tomus primus continet:

I. Inſtitutiones Anatomicas.
II. Obſervationes Anatomicas.
III. Obſervationes de Venis.
IV. De Partibus Similaribus.
V. De Medicamentis ſimplicibus.
VI. De Materia medicinali in Librum primum Dioſcoridis.
VII. De Thermalibus aquis.
VIII. De Metallis, atque Foſſilibus.
IX. De Medicamentis purgantibus ſimplicibus.
X. Epiſtola ad Mercurialem de Aſparagis.

Secundus:

I. De Ulceribus, & eorum ſpeciebus: de Morbo Gallico: de Ulceribus ſingularum partium.
II. De Vulneribus in genere: de Vulneribus Capitis: Oculorum: Naſi: Colli: Vaſorum: Thoracis: Medullæ ſpinalis: Abdominis: Nervorum: Sclopetorum, &c.
III. Commentarius in Hippocratis Coi Librum de Vulneribus Capitis.
IV. De Cauteriis.

Tertius:

I. De Tumoribus præter naturam.
II. De Decoratione.
III. Expoſitio Libri Galeni de Oſſibus.
IV. De Luxatis, & fractis Oſſibus.
V. Methodus Conſultandi.
VI. De Compoſitione Medicamentorum.

Seorſim prodierunt:

Opuſcula. Accedit Guilielmi Rondeletii Tractatus de Fucis. Item, Arcanorum Liber I. Omnia hæc Petri Angeli Agathi operâ atque diligentiâ edita; à quo paſſim inſertæ ſunt Annotationes quædam, hâc notâ [ ] à

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 324 sur 1339

©BIUM

reliquo orationis contextu ſecretæ. Patavii, apud Lucam Bertellum, 1566.

Index Librorum in his Opuſculis contentorum:

☽ De Morbo Gallico Liber abſolutiſſimus, inq; hac tertia Editione multò caſtigatior.

De Bubone peſtilenti Tractatus.

Quæſtio, de Principio Venarum.

De Balſamo.

De Aſpalatho.

De Sandalis.

De Muſco.

De Moſcho.

De Ambra.

De Zibetto.

De Decoratione.

Gul. Rondelet. de Fucis.

☽ Gab. Fallopii de Caloribus, Tractatus, in quo agitur de Concoctione.

Pet. Ang. Agathi Arcanorum Liber primus.

Expoſitio in Librum Galeni de Oſſibus. Huic acceſſerunt Obſervationes Anatomicæ Ejusdem, à Franciſco Michino nunc primùm fideliſſimè in lucem edita. Venetiis, apud Simonem Salignanum, 1570, in 4.

De Compoſitione Medicamentorum. Cui acceſſerunt Tabulæ ejusdé de Cauteriis. Venetiis, apud Mejettos FF. 1570, in 4.

☽ De Simplicibus medicamentis purgantibus, Tractatus non minus elegans, quàm utilis. In quo proponuntur Medicis cognoſcenda medicamenta purgantia ſimplicia omnia, eorum conditiones, falſitates, & ſpecierum diverſitates; daturq; modus, illa præparandi, exhibendi, ac corrigendi. Nunc recens exactiſſimâ curâ ab Andrea Marcolino collectus & in lucem editus. Unà cum Epiſtola, in quâ agitur de utriusq; Aſparagi in medicamentis utilitate; & quisnam eorum conſervari debeat in Officinis. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1566, in 4.

De Thermalibus Aquis Libri ſeptem. De Metallis & Foſſilibus Libri duo. Nunc primùm editi per Andream Marcolinum Faneſtrem, qui Epiſtolam præfixit, quâ utilitas, docendi modus, & totius rei, quæ in hoc ipſo Opere continetur, ſumma, breviter explicatur. Venetiis, apud Ludovicum Avantium, 1564, in 4. Ibid. apud Vincentium Valgriſium, 1584, in fol. cum aliis Ejusdem.

⊙ Lectiones de Partibus Similaribus Humani Corporis: ex diverſis Exemplaribus à Volchero Coitero collecta. Noribergæ, apud Theodoricum Gerlachium, 1575, in fol.

Libelli duo, alter de Ulceribus: alter de Tumoribus præter naturam. Venetiis, apud Donatum Bertellum, 1563, in 4.

☽ De Ulceribus Liber, nunc primùm emendatior, magnâq; acceſſione auctus & integer editus operâ ſtudioq; Brunonis Seidelii. Huic acceſſit ejusdem Brunonis Seidelii Sententia, de iis, quæ Laur. Joubertus in Paradoxis ſuis de Febrium humoralium origine ac materia diſputavit. Erphordiæ, apud Georg. Baumannum, 1577, in 4.

De

De Parte Medicinæ, quæ Chirurgia nuncupatur, nec non in Librum Hippocratis de Vulneribus Capitis, dilucidiſſima Interpretatio. Venetiis, apud Mejettos, 1571, in 4.

De Humani corporis Anatome, Compendium. Patavii, 1585, in 8.

Obſervationes Anatomicæ. Venetiis, apud Marc. Anton. Ulmum, 1562, in 8. Pariſiis, 1562. in 8. Helmæſtadii, apud Jac. Lucium, 1588, in 8. Hæc Editio in quinq; Libros digeſta, certisque Capitibus diſtincta & illuſtrata eſt à Sigfrido Margculenſi.

De Morbo Gallico, Tractatus. Venetiis, apud Franc. Laurentium de Turrino, 1565, in 8. Patavii, apud Lucam Bertellum, 1564, in 4. Cum Petri Angeli Agathi, *Matheratis*, Scholiis marginalibus & Exercitationibus quibusdam nobilibus. Et Operis Veneti de Morbo Gallico Tomo 1, pag. 661.

GABRIEL FERRARA

Sylva Chirurgiæ, in tres Libros diviſa: in quorum 1, de Obſervationibus Chirurgicis: 11, de Medicamentis itidem ad Chirurgiam pertinentibus: 111, de Medicamentis per deſtillationem acquiſitis, & quam maximè etiam in Chirurgia uſurpandis agitur. Quibus Figuræ non ſolùm Inſtrumentorum Chirurgicorum in ſecundo Libro, ſed in tertio etiam vaſorum deſtillatoriorum ſunt adjectæ. Ex Italico idiomate in Latinum verſa per Petrum Uffenbachium. Francof. ap. Palthenium, 1625, in 8.

GABRIEL FONSECA, *Luſitanus*

Medici Oeconomia. Romæ, apud Andr. Pheum, in 8.

GABRIEL FONTANUS, *Jac. F.*

De Veritate Hippocraticæ Medicinæ, firmiſſimis rationum & experimentorum momentis ſtabilita, & demonſtrata, ſeu, Medicina Anti-Hermetica. In qua Dogmata Medica Phyſiologica, Pathologica & Therapeutica, contra Paracelſi, & Hermeticorum placita, clariſſimè promulgantur: non rejectis penitus Chymicorum inventis, ad Hippocraticam Artem conferentibus. Adjectus eſt ad calcem generalis Index rerum in hoc Opere contentarum: nec non Introductio ad Methodum Medendi: atque II. Apologeticon adverſus Helmontium; ubi firmiſſimè demonſtratur, quatuor humores Galeniſtarum non eſſe fictitios. III. Epitome Tractatus de Febribus. IV. Tetras graviſſimorum Capitis Affectuum, Vertiginis, Epilepſiæ, Convulſionis, & Apoplexiæ. V. Quæſtio Medica Practica: utrum Mulieri ab aborſu, vel partu, acuto morbo, utpote Febre continua primaria affectæ liceat Venam Malleoli ſecare, an potius ex brachio ſanguinem ducere? VI. Aphoriſmi Hippocratici XV. VII. Apologeticon, quo vera Galeniſtarum doctrina circa Pleuritidis ideam & curationem defenditur adverſus van Helmont. VII. Conſultandi methodus ad quoslibet affectus propoſitos

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 326 sur 1339

©BIUM

neceſſaria. Lugduni, apud Phil. Borde, Laur. Arnaud, & Cl. Rigaud, 1657, in 4.

GABRIEL FRASCATUS

☉ *Natus ex nobili & antiqua familia Brixienſi: Philologus & Medicus excellens: Aſtrologus præterea celebris: in curationibus ægrorum Planetarum aſpectus obſervavit. Regis Hiſpaniarum Philippi II. Archiater deſignatus, cùm itineri jam ſe accingeret, provinciam illam aggreſſurus, ſuperveniente morbo, obiit A.C. 1582, Ticiniq; ſepultus eſt.*

De Aquis Returbii Ticinenſibus Commentarii, mineras, facultates & uſum earum explicantes. Quibus in Libris omnia, quæ ad Thermarum Theoricam & Practicam faciunt, accuratè tractantur. Ticini, apud Hieronymum Bartholum, 1575, 1580, in 4.

GABRIEL GABRIELIUS

☽ *Patavinus Nobilis. Philoſophus & Medicus inſignis. Vixit circa annum Chriſti, 1550. Juſtus in Chronologia Medica.*

In Quæſtionem Hieronymi Boniperti, *Novarienſis*, de Materiæ imminutione in principio morbi, Diſſolutiones. Ejusdem de totius evacuandæ materiæ ratione, Explicatio. Patavii, apud Jacobum Fabrianum, 1550. in 4.

☉GABRIEL GRISLEUS

Viridarium Luſitanum. Olyſſipopæ, 1661, in 8.

GABRIEL HUMELBERGIUS, *Ravenſpurgius*

In Quinti Sereni Sammonici, Poëtæ, & Medici clariſſimi, de Re Medica, ſive, Morborum Curationibus Librum tum elegantem, tum humanæ ſaluti perquàm utilem, & diligenter emendatum, Commentarii. Tiguri, apud Froſchoverum, 1540, 1591, in 4.

In Apicii Cœlii de Opſoniis & Condimentis, ſive, Arte coquinaria, Lib. x. Annotationes. Ibidem, apud Eundem, 1542, in 4.

In Sexti Philoſophi Platonici de Medicina Animalium beſtiarum, Pecorum, & Avium Lib. Scholia. Tiguri, apud Froſchoverum, 1539, in 4.

Antonii Muſæ de Herba Betonica Lib. unus. L. Apuleji de Medicaminibus herbarum Lib. unus, recogniti, & Commentariis illuſtrati. Tiguri, ap. Froſchoverum, 1537, in 4.

GABRIEL ILLEFONSUS, *Villabraximenſis*

De Viri & Fœminæ comparanda fœcunditate. Villabraxinæ, 1620, in 4.

GABRIEL MINUTIUS

Morbi Gallos infeſtantis ſalubris curatio, & ſancta medicina, hoc eſt, malorum, quæ inteſtinum crudeleque Gallorum bellum inflammant, remedium. Lugduni, apud Barthol. Honoratum, 1587, in 8.

GABRIEL

GABRIEL NAUDÆUS, *Parisiensis*

De Antiquitate & Dignitate Scholæ Medicæ Parisiensis, Panegyris. Cum Orationibus Encomiasticis ad novem Jatragonistas laureâ Medicâ donandos Lutetiæ Paris. apud Joh. Moreau, 1628, in 8.

Quæstio tertia Jatrophilologica: an Matutina studia vespertinis salubriora? Patavii, apud Julium Crivellarium, 1634, in 4.

Quæstio quarta Jatrophilologica: an liceat Medico fallere ægrotum? Romæ, apud Jacobum Facciottum, 1636, in 4.

Pentas Quæstionum Jatrophilologicarum. Apud Samuelem Choüet. 1647, in 8.

⊙ Bartholomæi Perdulcis Commentarios in Jacobi Sylvii Anatomen & in Libros Hippocratis edidit. Parisiis, apud Olivarium de Varennes, 1643, in 4.

⊙ Hieronymi Cardani Vitam descripsit; quæ extat in Ejusdem Cardani Operibus omnibus, in X. Tomos à Carolo Sponio digestos & editos. Lugduni, 1663, in fol.

⊙ Hieronymi Rorarii Libros II. quibus demonstrat, quòd Animalia bruta ratione melius utantur Homine, edidit. Amstelodami, 1655, in 12. Ibid. 1666, in 12.

GABRIEL de TARTAGUA, *Burdegalensis*

Commentaria super Cap. de Regimine ejus, quod comeditur & bibitur, tertiæ Fen primi Canonis Principis Avicennæ. In quo plurima, quæ ad sanitatis conservationem pertinent compendiosè tractantur. Burdegalæ, apud Johan. Guyart, 1543, in fol.

GABRIEL de ZERBIS *Veronensis Philosophus & Medicus Theoricus in Studio Patavino. Vixit A. C. 1495. Justus in Chronol. Med.*

De Cautelis Medicorum, Liber. Lugduni, apud Anton. Blanchard, 1525, in 4. cum Pilulario Pantaleonis, & de Lacticiniis, Libellus. Papiæ, 1598. Venet. 1503, in fol.

Anatomiæ corporis humani & singulorum illius membrorum, Liber. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1502, 1533, in fol.

Anatomia Infantis, & Porci, ex traditione Cophonis. Marpurgi, apud Cervicornum, 1537, in 4. apud Christoph. Egenolphum, 1545, in 4. cum Mundini Anatomia.

GALATIUS LANDRINUS, *Ferrarienſis*

Problemata ad sanitatem & ægritudinem, vitæ brevitatem ac longitudinem, nec non hominis vitam ipsam & mortem spectantia. N. L. V. Ferrar. apud Fr. Succium, 1627, in 4.

GALEATIUS de S. SOPHIA *Patavinus, Rhazis Commentator. Floruit circa A. C. 1400. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Medicus practicus excellens: claruit A. C. 1490. Justus in Chronol. Medic.*

Opus Medicinæ practicæ saluberrimum

©BIUM

rimum in nonum Tractatum Libri Rhasis ad Regem Almansorem, de curatione morborum particularium, huic seculo accommodatissimum: Johannitii Libellus Introductorius in Artem parvam Galeni. Quæ omnia perrara, paucisque visa, & jam fermè obliterata restituit, correxit & publicavit Georgius Kraut. Hagenoæ, apud Valentinum Kobian, 1533, in fol.

De Febribus. De omnium modorum Fluxu Ventris. De omnium accidentium Febrium cura. Lugduni, apud Jacobum Myt, 1517, in 4. cum aliis ejusdem argumenti. Venetiis, 1515, in fol.

GALEOTTUS MARTIUS

Narniensis Italus, Medicus non ineruditus. Vixit circa A. C. 1535. Justus in Chronol. Medic.

De Homine, Libri duo. Georgii Merulæ in Galeottum Annotationes. Basileæ, apud Frobenium, 1617, in 4. Oppenheimi, apud Joh. Rosam, 1610, in 8. Additis Johannis Jessenii à Jessen de Generationis, & vitæ humanæ periodis Tractatibus duobus. Francof. apud Jonam Rhodium, 1619, in 8.

De Doctrina promiscua. Lugduni, apud Johan. Tornæsium, 1552, in 16.

GALLUS ETSHENREUTERUS, *Ratispoletanus*

Δραχμόληπτον, seu, Calculus perutilis & Medicis, & Ægrotantibus: si scire desiderent, quot grana singulorum ingredientium medicamentorum in drachma una assumantur. Itē Δραχμοτομία, seu, partium drachmæ dosis. Argentorati, 1659, in 8.

De natura, viribus, & effectibus Balneorum, & salubrium fontium, qui per Germaniam celebres sunt. Argentorati, 1571, in 8.

Epistola ad Guilielmum Gratarolum. Extat cum Opusculis Chemicis. Francof. apud Johan. Bringerum, 1614, in 8 editis: & ibidem, apud Hæredes Christiani Mylii, 1580, in 8.

GARCIAS ab HORTO, *Lusitanus*

Aromatum, & Simplicium aliquot Medicamentorum apud Indos nascētium, Historia: Lusitanicâ Linguâ primùm per Dialogos conscripta; nunc verò Latino sermone in Epitomen contracta, & Iconibus ad vivum expressis, locupletioribusque Annotatiunculis illustrata à Carolo Clusio, *Atrebate*. Antverpiæ, apud Plantinum, 1574, 1593, in 8.

GARCIAS LOPIUS, *Lusitanus*

Commentarii de varia rei medicæ Lectione. Antverpiæ, apud Viduam Martini Nutji, 1564, in 8.

GARIOPONTUS

Africanus Medicus vetustus. Cujus Scripta sub nomine Passionarii Galeni, anno C. 1516. sunt in lucem emissa. Ipse quo tempore vixerit, certò non constat. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.

De Morborum causis, accidentibus;

bus, & curationibus, Libri octo. Basileæ, apud Henr. Petri, 1531, in 4: 1536, in 8. Lugduni, apud Blanchardum, 1516, 1526, in 4: titulo: Passionarius Galeni de Ægritudinib. à capite ad pedes.

De Febribus Liber. Extat Operis Veneti de Febribus p. 187.

GASTO DULCO, sive, CLAVEUS, *Nivernensis*

Apologia Chrysopœæ, & Argyropœæ, adversus Thomam Erastum, in qua disputatur & docetur, An, Quid, & Quomodo sit Chrysopœa & Argyropœa? Cum novo Autoris Opere de Triplici auri, & argenti præparatione. Ursellis, apud Corn. Sutorium, 1602, in 8. & Volumine secundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8. pag. 1.

Philosophia Chymica tribus Tractatibus comprehensa. Coloniæ Allobr. 1612, in 8.

De triplici præparatione Auri & Argenti. Ejusdem, de recta & vera ratione progignendi Lapidis Philosophici, seu, Salis Argentifici & Aurifici, Tractatus duo. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerũ, 1613, in 8.

⊙ GAUDENTIUS BRUNACIUS

De Cina Cina, seu, Pulvere ad Febres, Syntagma Physiologicum. Venetiis, apud Nicolaum Pezzanam, 1661, in 8.

GAUDENTIUS MERULA, *Novariensis*

Memorabilium Opus, recognitum & quatuor Libris auctum, cum emendatione & Scholiis Pomponii Castalii Olivetani. Lugduni, apud Matthiam Bonhomme, 1556, in 8.

⊙ GAUDEUS AURELIUS

Francisci Vallesii Commentaria in Libros Hippocratis de Morbis popularibus, magnam utriusq; Medicinæ Theoricæ & Practicæ Partem continentia, recognovit, & cum Indice locupletissimo edidit. Aureliæ, 1654, in fol.

GEBER, *Arabs*

De Alchemia, Traditio summæ perfectionis, in duos Libros divisa. Item Liber Investigationis Magisterii ejusdem. Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1598, in 8.

☽ Summa perfectionis Magisterii in sua natura. Romæ, apud Marcellum Silber, in 8. Venetiis, 1542, in 8. Gedani, apud Brunonem Laurentium Tancken, 1682, in 8. Hæc postrema Editio ex Bibliothecæ Vaticanæ Exemplari undecunq; emendatissimo correcta est. Cum vera genuinaq; Delineatione Vasorum & Fornacum. Adjecti sunt Libri Investigationis Magisterii, & Testamenti Ejusdem Gebri, ac Aurei trium Verborum Libelli, & Avicennæ, summi Medici & Acutissimi Philosophi, Mineralium Additio Castigatissima.

Περὶ Χρυσίας Libellus, quem inscrit

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 330 sur 1339

©BIUM

pſit de Inveſtigatione perfectionis, incerto interprete. Extat cum Veræ Alchemiæ aliquot Scriptoribus, à Guil. Gratarolo collectis. Baſileæ, apud Henr. Petri & Petrum Pernam, 1561, in fol. pag. 112.

Liber Fornacum ad exercendam Χημίαν pertinentium, interprete Rodogero, *Hiſpalenſi*. Extat ibidem pag. 193. uterque ſeorſim apud Pet. Pernam, 1572, in 8.

⊙ Chimia ſive Traditio ſummæ perfectionis, & Inveſtigatio Magiſterii, innumeris locis emendata à Caſparo Hornio. Acceſſit Ejusdem Medulla Alchimiæ Gebricæ: omnia edita à Georgio Hornio. Lugduni-Batavorum, 1668, in 12.

⊙ Enarratio Methodica Trium Gebri Medicinarum. In quibus continetur Lapidis Philoſophici vera Confectio: Authore Anonymo, ſub nomine Æyrenæi Philalethes, natu *Angli*, habitatione Cosmopolitæ. Amſtelodami, apud Danielem Elſevirium, 1678, in 8.

GELENUS GERHARDIUS, *Flandrus*

Hippocratis Coi, de Medicamentis Purgatoriis, Libellus, è Græco integer, breviterque & dilucide explicatus: Cuivis, in Sanitatis ratione, perquam utilis. Antverpiæ, apud Joh. Bellerum, 1583. in 8.

GEMMA FRISIUS

☽ *Natus Docconii in Friſia A.C. 1508, creatusq; Lovanienſi in Univerſitate Medicinæ Doctor, Medicinam publicè, & Mathematicas Artes eâdem in Univerſitate privatim docuit, obq; eas dem ſummam gratiam apud Carolum V. Imperator. variosq; Magnates meruit: Vir ſaturâ parvâ, membris gracilibus, & facie pallidâ: Jeremiæ Thriverii familiariſſimus Amicus & Comes fidelis, etiam usq; ad mortem. Uterq; enim medicamentis adverſus fatalem neceſſitatem penitus aſpernatis, brevi temporis intervallo Lovanii peſte obiit; & hic quidem noſter A. C. 1558, ætatis ſuæ 50.*

Conſilia quædam de Arthritide. Extant eo in Opere, quod Henricus Garetius edidit. Francof. apud Joh. Wechelum, 1592. in 8.

GENESIUS PASTOR de GALLEGO, *Orcelitanus*

Brevis Epitome valde utilis ad prædicendum futura in morbis acutis. Oriolæ, apud Auguſt. Martinez, 1624, in 8.

GENTILIS de FLORENTIA

Vixit circa A. C. 1320. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.

Super primum & ſecundum Tractatum Fen quintæ quarti Canonis Avicennæ, ſc. de Dislocationibus & Fracturis, quos Dinus non expoſuit, Expoſitio. Extat cum Dini de Garbo Chirurgia. Venetiis, apud Luc-Antonium Junctam, 1536, in fol. fol. 119 ℣.

GENTILIS FULGINAS

☽ *Natus Peruſiæ Ital. vel, ut alii volunt*

volunt, Fulginii circa A. C. 1230 hincq; à patria à nonnullis dictus de Fulginio, in patria per plures annos Medicinam celeberrimâ nominis sui famâ fecit. Fuit Thaddæi Florentini Discipulus, & Avicennæ accuratissimus Commentator, hincq; Avicennæ Anima existimatus. Obiit Bononiæ circa A. C. 1310, ibidemq; apud Patres Dominicanos sepultus jacet, ætatis suæ fermè 80.

Expositiones cum Textu Avicennæ, Venetiis, apud Octav. Scotum, 1484. 1486, in fol. apud Baptistam de Tortis, 1492, in fol. 4. voll. His adjecta sunt Quæstio de Febre: de Actuatione Medicinarum: de Phthisi: de Majoritate morbi: Tractatus de Proportione medicinarum, seu, dosi: & Consilia varia.

Consilia peregregia ad quævis morborum totius corporis genera. Ejusdem Tractatus de Hernia: & Receptæ super primam Fen quarti Avicennæ ordinatæ: & de Balneis nos circumstantibus, & naturis ipsorum, & temporibus ipsa visitandi. Extant hæc omnia cum Antonii Cermisoni Consiliis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1503, in fol.

De Febribus. Venetiis, 1526, in fol.

De Lepra Tractatus. Extat cum Dini de Garbo Chirurgia. Venetiis, apud Luc-Antonium Juntam, 1536, in fol. pag. 54.

De Balneis Tractatus duo. Extant pag. 181, 182 Operis Veneti de Balneis.

Excerpta de Balneis ex Commentariis in Avicennam. Extant p. 347, ejusdem Operis de Balneis.

De Proportionibus Medicinarum: & de Modo investigandi Complexiones eorum, & ad sciendum convenientem Dosim cujuslibet medicinæ. Extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dosibus. Patavii, apud Gratiosum Perchacinum, 1556, in 8. apud Paulum Mejettum, 1579, in 4. Lugd. apud Johan. Mareschallum, 1584, in 8.

Quæstiones & Tractatus extravagantes noviter cum summo labore collecti, & cum magna diligentia emendati. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1520, in fol.

Expositio cum Commento Ægidii, Monachi Benedictini, Lib. 1. Judiciorum de Urinis: & Lib. 1. de Pulsibus. Venetiis, 1494, in 8. Lugd. 1505, in 8.

GEORGIUS ABRAHAMUS MERCKLINUS, Senior

Natus est optimus Parens noster Winshemii Franc. A. C. 1613, Patre Johanne Mercklino, dictæ liberæ Imperialis Urbis Chirurgo supra hodiernum vulgus docto, & Poetâ non infelici. Ab anno 1635 usq; ad annum 1638 ab ore Danielis Sennerti Witteberg. cujus Amanuensem per integrum illud triennium egit, centinuò pependit. Anno 1640 Doctor Medicinæ Altdorphii Noric. creatus, unàq; liberæ Imperialis Civitatis Weissenburgensis Noric. Physicus ordinar. constitutus est, ubi postquam Medicinam per 20. continuos annos felici-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 332 sur 1339

ter exercuisset, hocq; temporis & S. R. J. Comiti à Pappenheim, tunc regenti, & Ordinis Teutonici Franc. Supremo Commendatori Ellingæ residenti, aliisq; Magnatibus, annuo salario conductus, à Consiliis Medicis fuisset; anno 1660 Herspruccum Noric. concessit, ibiq; iterum per quinquennium Poliatri munere cum laude functus est. Tandem anno 1667 ipsam Noribergam se recepit, factus nempe ejus Reipubl. Physicus ord. & Collegii Medic. Socius, iterumq; Domus Teutonicæ, quæ ibidem est, Medicus juratus, quâ in Statione obiit apoplexiâ, eâdem in Urbe, A. C. 1683. ætatis suæ 71.

Observatio, de Foramine in Ventriculo demortui reperto. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. II. N. 229.

Cæteræ rariores Observationes, aliaq; varia Scripta luce publicâ fortassis non indigna, in meis Scriniis adhuc inedita latitantia, suo, si videbitur, tempore emittentur.

⊙ GEORGIUS ABRAHAMUS MERCKLINUS, Jun.

Josephi Pandolphini à MonteMartiano Tractatum de Ventositatis Spinæ sævissimo Morbo; de quo nihil ferè Græci, & pauciſſima Arabes, Latiniq; conscripsere, revisit, correxit, & Annotationibus, novisque cùm propriis, tum alienis Observationibus, è variorum Authorum monumentis, erutis, illustravit, & ad hodierna Medicinæ principia accommodavit. Norimbergæ, apud Joh. Andr. & Wolffgang. Endteri Junioris Hæredes 1674, in 12.

Tractatio Med. Curiosa, de Ortu & Occasu Transfusionis Sanguinis; quâ hæc, quæ fit è bruto in brutum, à foro Medico penitus eliminatur; illa, quæ è bruto in hominem peragitur, refutatur; & ista, quæ ex homine in hominem exercetur, ad experientiæ examen relegatur. Norimbergæ, apud Johannem Ziegerum, 1679, in 8.

Lindenius Renovatus: sive, Johannis Antonidæ van der Linden de Scriptis Medicis Libri duo; Quorum Prior, omnium, tàm Veterum, quàm Recentiorum, Latino idiomate, typis unquam expressorum Scriptorum Medicorum, consummatissimum Catalogum continet; quo indicatur, quid singuli Authores scripserint: nec non ubi, quâ formâ, & quo tempore omnes eorum Scriptorum Editiones excusæ prostent: Posterior verò Rerum, sive, Materiarû Indicem, hoc est, omnium Titulorum vel Thematum Medicorum potiorum Loca Communia Alphabetico hâcque novâ demum Editione primùm adornato ordine, suis loculis ita comprehensa exhibet, ut inquirenti, quicquid desideraverit, velut digito, in multiplicem usum clarissimè monstretur: Noviter præter hæc additâ plurimorum Authorum, quotquot nempe habere licuit, Vitæ Curriculorum succinctâ Descriptione: Adscitâ undique ab exteris Medicis subsidiariâ ope, propriâq; ultra duodecênium adhibitâ singulari operâ atq; cur-

©BIUM

curâ à poſtremæ Editionis Anno M.D C. L X I I. usque ad præſentem, continuati, dimidio penè amplificati, perplurimùm interpolati, & ab extantioribus mendis purgati. Ibid. ap Johannem Georginm Endterum, 1686, in 4.

Obſervatio, de Epilepſia recurrente, â ſiniſtri pedis pollicis læſione ortâ. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. VI & VII. N. 77.

de Gravidæ imaginatione fœtui noxiâ. Ibid. Ann. V I I I. N. 46.

de Infantis recens nati dente præcociter erumpente. Ibid. Ann. eod. N. 47.

de Cephalalgia à Lapillo intra duram piamq; matrem in capite retento. Ibid. Ann. eod. N. 48.

de Oſſibus per uterum excretis. Ibid. Ann. eod. N. 49.

de ingentibus calculis in Meſenterio & pancreate repertis. Ibid. Ann. eod. N. 50.

ex Anatome Mulieris, ſuppuratione, ſive, abſceſſu Hepatis mortuæ. Ibid. Decur. II. An. I. N. 88.

ex Anatome Virginis, Cancro Mammæ & mira plerorumq; viſcerum corruptione extinctæ. Ibid. Ann. eod. N. 89.

de Oſſiculis in trunco Arteriæ magnæ deſcendente, & utroq; Cæliaco ramo repertis. Ibid. Ann. eod. N. 90.

de Circulari cranii fractura, ſublato oſſe, perſanatâ. Ibid. Ann. eod. N. 91.

Obſervatio, de Epilepſia ex contuſione capitis graviſſimâ acdiuturnâ, tandem penitus profligatâ. Ibid. Ann. eod. Num. 92.

de Steatomate in gena, ſectione, ſine relicta deformitate, ablato. Ibid. Ann. eod. N. 93.

de Puſtula Oculi, cum totali viſus ablatione, ex Ophthalmia, feliciter curatâ. Ibid. Ann. eod. N. 94.

de Febre maligna, cum interpolato graviſſimo delirio, & continua floccorum lectione curatâ. Ibid. Ann. eod. N. 95.

de Rebus inſolitis, poſt febrem malignam, per nares & alvum excretis. Ibid. Ann. eod. N. 96.

de Inaudita Hydropis Abdominis ſpecie, ſaccatâ, ſive, cum folliculo fortaſis dicendâ. Ib. Ann. eod. N. 183 unà cum prolixis Scholiis ad eam.

de Secundinarum, poſt laborioſum ultra ſesquimenſem retentarum, fruſtillatim factâ excluſione. Ibid. Ann. eod. N. 184.

GEORGIUS AGRICOLA

Natus Glauchæ, Miſniæ Oppido, A. C. 1494. In Valle Joachimica Medici munere functus eſt: inde Chemnitium migravit: Rei Metallicæ ſtrenuus ac indefeſſus indagator: ſcripſit

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 334 sur 1339

aliquando ad Duces Saxoniæ, partem Regionis Eorum ſubterraneam eſſe pretioſiorem omnibus iis, quæ ſupra terram poſſiderent. Obiit Chemnitii Hermundurorum A. C. 1555, ætatis ſuæ 61.

De Ortu, & Cauſis ſubterraneorum, Lib. v. De natura eorum, quæ effluunt ex terra Lib. iv. De natura Foſſilium Lib. x. De veteribus & novis Metallis Lib. ii. Bermannus, ſive, de re metallica, Dialogus, Lib. i. Interpretatio vocum rei metallicæ. Conjunctim Baſileæ, 1546, apud Frobenium, 1558, in fol. Wittebergæ, apud Zachar. Schurerum, 1612, in 8. Acceſſerunt de Metallicis rebus & nominibus Obſervationes variæ & eruditæ, ex Schedis Georgii Fabritii, quibus ea potiſſimùm explicantur, quæ Georgius Agricola præteriit. Joh. Sigfridus in certa Capita hæc omnia diſtribuit, capita argumentis, & nonnullis Scholiis marginalibus illuſtravit.

De natura eorum, quæ effluunt è terra, Lib. iv. Extant pag. 273 Operis Veneti de Balneis.

Lapis Philoſophicus, Coloniæ, 1534.

De Re Metallica, Libri duodecim. Quibus officia, Inſtrumenta, Machinæ, ac omnia denique ad Metallicam ſpectantia non modò luculentiſſimè deſcribuntur, ſed & per effigies ſuis locis inſertas, adjunctis Latinis Germanicisque appellationibus, ita ob oculos ponuntur, ut clarius tradi non poſſint. Accedit Ejusdem de Animantibus ſubterraneis Liber, ab Auctore recognitus. Baſileæ, apud Frobenium, 1561, in fol. Wittebergæ, apud Zachariam Schurerum, 1614, in 8. à Johanne Sigfrido Scholiis marginalibus illuſtratus. Schwinfurti, apud Kemlinum, 1607, in 8. Baſileæ, apud Ludov. Regem, 1621, in fol.

☉ Opus de Foſſilibus, cum Georg. Fabricii, de Metallicis rebus ac nominibus, Obſervationibus variis. Baſileæ, 1657, in 8.

De Menſuris & Ponderibus Romanorum atque Græcorum Lib. v. De externis Menſuris & Ponderibus Lib. ii. Ad ea, quæ Andr. Alciatus denuo diſputavit de Menſuris & Ponderibus, brevis Defenſio, Lib. i. De Menſuris, quibus intervalla metimur, Lib. i. De reſtituendis ponderibus atq; menſuris, Lib i. De Pretio Metallorum, & Monetis Lib. iii. Baſileæ, apud Frobenium, 1550, in fol.

Libri quinque de Menſuris & Ponderibus. In quibus pleraque à Budæo, & Portio parum animadverſa diligèter excutiuntur. Pariſiis, apud Chriſt. Wechelum, 1533, in 8.

Bermannus, ſive, de re Metallica, Dialogus. Baſileæ, apud Frobenium, 1549, in 8.

De Animantibus ſubterraneis, Liber, in certa Capita diviſus, & nonnullis marginalibus exornatus à Joh. Sigfrido. Wittebergæ, apud Zachariam Schurerum, 1614, in 8.

☽ De Peſte Libri tres. Baſileæ, apud Hieronymum Frobenium, & Nicolaum Epiſcopium, 1554, in 8. Schwinfurti, apud Caſp. Kemlinum, 1607, in 8.

in 8. operâ Leonhardi Bauſchii denuo adornati. Gieſſæ, 1611, in 8.

GEORGIUS ALEXANDRINUS

Enarrationes Rerum Priſcarum de re Ruſtica. Cum Philippi Bervaldi Annot. in Columellam. Lugduni, 1541, in 8.

GEORGIUS AMWALD, *in Durnhoff*

Gloſſema in Epiſtolam Libavianam abhinc quinquennio de Panacea Amwaldina ſcripta. Rorſchachii, apud Leonhardum Straubum, 1596, in 4. Addita eſt Epiſtola in Panaceæ Amwaldinæ, ejusque Auctoris, laudem, à Friderico Taubmanno ſcripta: & Propempticon Eidem factum à Conrado Lejo: denique Encomion in eandem Panaceam, Andrea Lagnero Autore.

☉ GEORGIUS ARAS

Enchiridion Hermetico-Medicum, in quo virtutes, doſes, atq; appropriationes omnium ferè medicamentorum Spagyricorum, quæ in uſu veniunt, à probatiſſimis Authoribus recepta, compendiosè deſcribuntur. Acceſſit in Appendicem Idea, ſeu, Synopſis novæ & experimentalis illius Philoſophiæ, quam tum ad dicta medicamenta, tum ad alios uſus accuravit Franciſcus Travaginus. Venetiis, apud Johan. Jacob. Hertz, 1666, in 12.

GEORGIUS BARTOLDUS PONTANUS

Bartholomæi Anglici Libris XVIII, de Proprietatibus rerum, addi procuravit XIX, de Variarum rerum Accidentibus. Vid. Barthol. Anglicus.

☉ GEORGIUS BATE

Franciſci Gliſſonii Tractatus de Rachitide ſive Morbo Puerili poſtremæ Editioni Hagæ Comitis, apud Arnoldum Leers, 1682, in 12. Obſervationes continuè ſubtexuit.

GEORGIUS BEATUS

☽ Baſilii Valentini Azoth, ſive, Aureliæ occultæ Partes duas interpretatus eſt. Vid. Baſil. Valentinus.

GEORGIUS BERTINUS, *Campanus*

Medicina, Libris viginti methodicè abſoluta. In qua mutuus Græcorum & Arabum Conſenſus, legitima veteris Medicinæ adverſus Paracelſiſtas Defenſio, vera Animadverſionum Argenterii in Hippocratem & Galenum Confutatio, dilucida Controverſiarum & Locorum difficilium explicatio, atque accurata novarum hoc ſeculo rerum Obſervatio continentur. Baſileæ, apud Conr. Waldkirchium, 1587, in fol.

De Conſultationibus Medicorum, & Methodica Febrium curatione, Commentarius. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1586, in 8.

GEORGIUS CALAMINUS, *Silberbergenſis*

Vita Johannis Guintherii Andernaci, Medici celeberrimi, carmine cõſcripta. Adjuncta eſt in ejusdem obitum Nænia, & in funus tumulumque Carmen. Argentorati, 1575, in 4.

GEOR-

©BIUM

⊙GEORGIUS CASPARUS KIRCHMAJERUS

Noctiluca conſtans & per vices fulgurans, diutiſſimè quæſita, nunc reperta, Diſſertatione brevi præviâ de Luce, Igne ac Perennibus Lucernis. Wittebergæ, apud Matthæum Henckelium, 1676, in 4.

De Phoſphoris & Natura Lucis, nec non de Igne Commentatio Epiſtolica. Ibidem, apud Johan. Henricum Ellingerum, 1680, in 4.

GEORGIUS CASPIUS, *Hannonius*

☽ Ad Bonaventuræ Grangerii Admonitionem indoctam & contumelioſam de Cautionibus in Sanguinis Miſſione adhibendis Reſponſio, qua Leonhardi Botalli Libellus de curatione & ſanguinis miſſione defenditur. Baſileæ, apud Joh. Mareſchallum, 1580, in 8. Pariſiis, apud Jacobum du Puys, 1581, in 8.

Caſtigatio Bonaventuræ Grangerii, ſeu, Villici, Animadverſionis adverſus Leonhardum Botallum. Ibid. 1582, in 8.

GEORGIUS CAUFUNGER

Joh. Magiri Anthropologiam complevit & locupletavit.

Trutina Medica. Patavii, 1654, in 4.

⊙GEORGIUS CHRISTOPHORUS GOELLERUS

Obſervatio, ex Anatome Abortus humani. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Decur. II. Ann. II. N. 143. unà cum Scholiis ad eam.

⊙ GEORGIUS CHRISTOPHORUS PETRI

Aſylum Languentium, ſeu, Carduus Sanctus, vulgò Benedictus, Medicina Patrum familias polychreſta, verusq; Pauperum Theſaurus: ad normam & formam Academiæ Naturæ Curioſorum elaboratus. Jenæ, apud Vitum Jacobum Treſcherum, 1669, in 8.

Obſervatio, de Rene monſtroſo. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. II. Num. 68.

de Alvi ſuppreſſione ex ulcere in Inteſtino recto. Ibid. Ann. eod. N. 77.

de Conceptione Hermaphroditica ſeu Androgynea. Ibid. Ann eod. N. 203.

GEORGIUS COLLIMITIUS, *Tanſtetterus*

Artificium de Applicatione Aſtrologiæ ad Medicinam, deque Convenientia earundem: De ratione dierum Criticorum, Canones: Super eadem re Axiomata novem: De diebus Criticis inveſtigandis ex figura Cœli, & puncto temporis, quo laborare cœpit infirmus: De naturis & proprietatibus Planetarum, Compendium: Item de Adminiſtratione Pharmacorum, & Phlebotomia, Canones poſtremi: Judicium Tempeſtatum. Argentorati, apud Georg. Ulrichem, 1531, in 8.

⊙ GEOR-

⊙ GEORGIUS CORTACIUS

Trutina Medica de Sanguinis Missione, & Vini Exhibitione in Febribus. Patavii, 1654, in 4.

GEORGIUS CUNELIUS

⊙ Disputatio de Hæmorrhoidibus. Lipsiæ, 1591, in 4.

De Dracunculis. Basileæ, in 4.

GEORGIUS DORDONUS, *Placentinus*

De Morbi Gallici curatione, Tractatus quatuor. Annotationes Ejusdem centum in Simplicium materiam. Papiæ, apud Hier. Bartholum, 1568, in 8.

GEORGIUS ENTIUS, *Londinensis*

Apologia pro Circulatione Sanguinis. Quâ respondetur Æmylio Parisano, Medico Veneto. Londini, apud Guil. Hope, 1541, in 8.

⊙ Animadversiones in Malachiæ Trustoni Diatriben de Respirationis Usu primario. Londini, 1678, in 8.

⊙ GEORGIUS ERASMUS OELLINGERUS

Designatio Alphabetica Medicamentorum omnium in Officina Pharmaceutica Oellingeriana Noribergæ prostantium. Adjunctâ passim, medicamenta componendi, methodo succinctâ, & insertis Compositionibus quibusdam Medicorum famâ celebrium experientiâ multiplici comprobatis; In tres partes divisa: quarum prior Medicamenta Dogmatica; posterior Chymica seu Spagyrica; ulterior Simplicia Trium Regnorum, complectitur. Noribergæ, apud Johann. Andr. Endterum & Wolffgangi, Junioris, Hæredes, 1663, in 12.

⊙ GEORGIUS ERNESTUS STAHT

Fragmentorum Ætiologiæ Physiologico-Chymicæ ex Indagatione sensu-rationali, seu Conaminum ad concipiendam notitiam mechanicam de Rarefactione Chymicâ Prodromus de Indagatione Chymico-Physiologica. Jenæ, apud Johannem Bielckium, 1683, in 12.

⊙ GEORGIUS EVERHARDUS RUMPHIUS.

Observatio de Caryophyllis aromaticis. Extat Ephemerid. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann. I. N. 21.

de Corticibus Massoy & Culilarvan: mari Indico noctiluco & aliis, nomine saltem insignitis. Ibid. Ann. eod. Num. 22.

GEORGIUS FABER

Epistolæ Medicæ. Extant cum Cista Medica Johannis Hornungi, Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

De Vulnere quodam faciei inflicto, Observatio rara & admiranda. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Cent. III. Oppenheimi, ap. Johan. Theod. de Bry, 1614, in 8, pag. 112.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 338 sur 1339

©BIUM

De Cerebro non putrefacto in cadavere 50. annis sub terra repositi, Observatio. Extat cum Ejusdem Cent. v. Francof. apud Matth. Merianum, 1627. in 4. pag. 20.

GEORGIUS FABRICIUS

☽ De Metallicis Rebus, ac nominibus, Observationes variæ, & eruditæ. Quibus ea potissimùm explicantur, quæ Georgius Agricola præteriit. Extant cum Opere de omni Fossilium genere, &c. à Conr. Gesneroe dito. Tiguri, apud Jac. Gesnerum 1565. in 8. & cum Georg. Agricolæ de Ortu & Cauſis subterraneorum Lib. v. Wittebebergæ, apud Zach. Schurerum, 1612, in 8. Basileæ, 1665. in 8.

☉ GEORGIUS FERDINANDUS PERNAUERUS

Panacea Mirabilis Corrigendi potissimùm Vitiosi Sanguinis, seu Quinta Essentia Auri raræ virtutis. Ratisbonæ, litetis Dalnsteinerianis, 1679. in 8.

GEORGIUS FRANCIOTTUS, *Lucensis*

De Balneo Villensi, in agro Lucensi posito, Tractatus. Exhibetur p. 158 Operis Veneti de Balneis.

☉ GEORGIUS FRANCUS, *Naumburgensis*

Lexicon Vegetabilium Usualium; in quo Plantarum, quarum usus usq; innotuit, Nomen cum Synonymis Latinis, Græcis, Germanicis & interdum Arabicis, Temperamentum, Vires ac Usus generalis & specialis, atque præparata ex optimis quibusque Auctoribus in usum Medicinæ, Pharmacopœæ, ac Chirurgiæ Studiosorum breviter, sed perspicuè proponuntur. Argentorati, apud Josiam Stædelium, 1672, in 12. Ibidem, ap. Eundem, 1685. in 12. Hæc postrema Editio nacta est titulum Floræ Francicæ.

Institutionum Medicarum Synopsis, in Auditorum gratiam brevissimis proposita. Annectitur Methodus Discendi Medicinam, quam primis Prælectionibus delineavit. Item Delineatio communis Dosium Medicamentorum. Heidelbergæ, apud Johannem Petrum Zubrodt, 1672. in 12.

De Studiorum Noxa Dissertatio, in Promotione trium Medicinæ Doctorum solemniter habita, VI. Novembris 1673, Heidelbergæ, apud Wilhelmum Walterum, 1675. in 4.

Tractatus Philologico-Medicus de Cornutis, in quo varia Curiosa delibantur, ex Theologorum, Jurisconsultorum, Medicorum, Philosophorum, Politicorum atque Philologorum monumentis. Heidelbergæ, apud Samuelem Ammonium, 1678. in 4.

Guilielmi Maxveli de Medicina Magnetica Libros III. edidit. Francofurti, apud Johan. Zubrodt, 1679. in 12.

Observatio de Sudore unius tantùm lateris. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. German. Ann. IV. & V. N. 100.

de Set-

de Steatomate in Pyloro. Ibid. Ann. eod. N. 101.
de Herniæ transplantatione. Ib. Ann. eod. N. 102.
de mira abſtemia. Ibid. Ann. eod. N. 103.
de ſomnio morbi nuncio. Ibid. Ann. eod. N. 104.
de Ambuſtionis remedio. Ibid. An. eod. N. 105.
de Convulſionibus accuratæ periodi ex apoſtemate cervicis. Ibid. Decur. II. Ann. I. Num. 24. unà cum Scholiis ad eam.
de Barbi ovis comeſtis noxiis. Ib. Ann. eod. Num. 25. unà cum Scholiis ad eam.
de tribus ſclopetorum vulneribus notabilibus. Ib. Ann. eod. N. 26.
de Cauterii actualis uſu in Arthritide. Ibid. Ann. eod. Num. 27.
de Aparine lævi faſciata. Ib. An. eod. N. 28.
de Convulſionibus vulneri ſupervenientibus non lethalibus. Ibid. Ann. eod. N. 29.
de Anatomicis quibusdam noviter obſervatis. Ib. Decur. II. Ann. II. N. 128.

GEORGIUS FRIDERICUS LAURENTIUS

☽ Exercitationum in nonnullos minus abſolutè veros Hippocratis Aphorismos, eorumque rationes, conſcriptarum, Pars prima. Hamburgi, apud Jac. Debellinum, 1647, in 4. Ibidem, 1653, in 4.

Defenſio Venæſectionis in Febre acuta, continua & maligna, prope pedis dextri pollicem. Hamburgi, 1647, in 4.

Neceſſaria Defenſio, ſive, Reſponſio ad mendacia & conviciа Ejusdem, 1648, in 4.

Monochordum Foreſio-Lygæo-Langwedelianum, in 4.

Proteſtatio adverſus Paſquillantis calumnias. 1648, in 4.

☉ GEORGIUS FRIDERICUS RALLIUS

De Generatione Animalium, ubi quædam contra Harvejum, Deuſingium & Orchamum. Stetini, 1670, in 12.

☉ GEORGIUS FUIREX.

Catalogus Plantarum indigenarum, ſcilicet Danicarum. Hafniæ, 1662, in 4.

GEORGIUS GARNERUS

Epitome, ſeu, Brachylogia loimodes, deſumpta ex Libro magno de Peſte, quæ graſſata eſt Venetiis, anno D. 1576, & Bruntruti, anno D. 1582, & iiſce periculoſis temporibus: diligenter reviſa, atque multis egregiis maximeque probatis remediis locupletata, & ad totius reipublicæ Chriſtianæ veritatem promulgata, atque excuſa. Bruntruti, apud Chriſtoph. Kracau, 1610, in 8.

☉ GEORGIUS GOECENUS

Carmen Elegiacum de Metallis feliciter provenientibus in Territorio

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 340 sur 1339

©BIUM

circa Thermas Carolinas posito, ut & de ipsis Thermis, earundemque causis, & utilitatibus. Extat cum Wenceslai Payer de Cubito Tractatu de Thermis Carolinis à Michaele Reudenio cum Epistolis Clarissimorum quorundam Medicorum edito. Lipsiæ, apud Thomam Schurerum, 1614. in 8.

GEORGIUS GOMEZ, *Toletanus*

De secanda vena in Pleuritide, Lib. Toleti, 1577, in 4.

GEORGIUS GOMEZ PEREIRA

Antoniana Margarita. In qua omnium penè morborum Discursus proponuntur. Methymnæ Duelli, apud Antonium Grasbeet, 1554. & 1587, in fol.

Nova, veraque Medicina, Christianâ ratione comprobata. Methymnæ Duelli, 1558, in fol.

GEORGIUS GRASECCIUS, *Argentinensis*

Μικροκοσμικὸν θέατρον. In quo Fabrica humani corporis masculum repræsentantis affabrè demonstratur; unà cum Icone masculi hominis dissecti, seorsim expressa. Argentorati, apud Johan. Carolum, 1605, in 8.

Scatebra Petrina, sive, Acidularum D. Petri, & Griesbacensium. Cui accedit præcipuorum humani corporis morborũ Medica Praxis, ad thermarum usum accommodata. Argentinæ, apud Jobum, 1607, in 8.

Oratio de dicto vulgari: Medicè vivere, est perimè vivere. Extat Orationum Argentinensium Tomo 11. pag. 105. edit. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1611, in 8.

GEORGIUS HAMBERGERUS

Disputatio de Stomacace & Scelotyrbe, vulgò Scorbuto nuncupato. Tubingæ, 1586. in 4.

Disputat. de Vertigine. Ibid. 1589, in 4.

Disputatio de Phrenitide. Ibid. ap. Gruppenbuchium, 1589, in 4.

⊙ GEORGIUS HANNÆUS

Observatio de Ischuria rara. Extat. Actor. Hafnien. Volum. III. N. 8.

de Oculis Cancri nomine Christiani V. insignitis. Ibid. Vol. eod. N. 65.

de Cephalalgia rara. Ibid. Vol. eod. N. 66.

de Icteri cura infelici per pediculum. Ibid. Volum. eod. Num. 91.

de Silere acinacis formâ sanguinolento. Ibid. Volum. eod. N. 92.

de Fœmina Trimammia. Ibid. Volum. eod. N. 93.

de Hermaphrodito. Ibid. Volum IV. N. 79.

de rara monstrosi Ascitis Historia. Ibid. Volum. V. N. 12.

de Antipathia singulari nomen proprium aversante. Ibid. Volum. eod. N. 15.

GEOR-

GEORGIUS HEBENSTREIT, *Auguſtanus*

Epiſtola Medica. Extat cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

De Veneno Canis rabidi Epiſtolæ binæ. Extant cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingular. Lib. IV. poſteriorib. Ulmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

Πίμπλας una Quæſtionum Miſcellanearum Politico Medicarum. Tubingæ, 1627, in 12.

GEORGIUS HENISCHIUS, *Bartphanus*

Enchiridion Medicinæ, Medicamentorum tam ſimplicium, quàm compoſitorum, in certos titulos diſtinctam Sylvam continens, quorum in Pharmacopoliis & Medicinis præcipuus uſus eſt. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1573, in 8.

Ætiologica, Semeiotica, & Therapeutica Morborum Acutorum & Diuturnorum Aretæi Cappadocis. Græcè & Latine conjunctim edita, tribus MSS. codicibus Veneto, Bavarico, Auguſtano collatis. Cum Commentario, quo obſcura doctrina de nominibus & parte affecta morborum ſingulorum cum ſuis ſignis perſpicuâ methodo illuſtratur. Auguſtæ Vindel. apud Georg. Willerum, 1603, in fol.

GEORGIUS HENRIQUES, *Luſitanus*

De Cibo & Potu. Matriti, ex officina regia, 1615, in 8.

GEORGIUS HIERONYMUS VELSCHIUS

☉ *Natus Auguſt. Vindelic. A. C. 1624, Patre Caſparo Velſchio, Pharmacopœo dictæ Reipubl. Anno 1676 in numerum S. R. J. Academiæ Natur. Cur. cooptatus, & ab ea agnomen Neſtoris adeptus eſt. Orientalium Linguarum & præ cæteris Arabicæ amore ardentiſſimè flagravit: Turcicæ quoq; Perſicæ, Armenicæ, Ægyptiacæ, Sinenſis, & Iberæ Linguæ non imperitus: quin & Hiſpanicâ Gallicâq; inſtrui ſe paſſus: Anglicamq; præterea, Belgicam, Danicam, Hungaricam & Polonicam proprio Marte diſcere laboravit: & Italicam imprimis expeditè loqui didicit. Obiit in patria A. C. 1677, poſtquam maximam partem ſibi privatim, literis & Librorum ſcriptioni potiſſimum deditus, vixiſſet annos 53.*

☽ Diſſertatio Medico-Philoſophica de Ægagropilis, ſive, Calculis in Rupicaprarum ventriculis reperiri ſolitis. Auguſtæ Vind. apud Joh. Weh, 1660, in 4. Ibidem, apud Eundem, 1668, in 4. Huic ſecundæ Editioni acceſſit Ejusdem Authoris Diſſertatio II. Medico-Philoſophica de Ægagropilis. Cum Notis quibusdam & pluribus Iconibus.

☉ Sylloge Curationum & Obſervationum Medicinalium, Centurias VI. complectens. Cum Notis Ejusdem Velſchii. & Epiſagmatum Centuria I. Ibidem, apud Gottlieb Göbelium, 1668, in 4. Ibidem, ap. Eund. 1676, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 342 sur 1339

©BIUM

⊙ Exercitatio de Vena Medinenſi, ad mentem Ebnſinæ, ſive de Dracunculis Veterum, Specimen exhibens novæ Verſionis ex Arabico, cum Commentario uberiori. Cui accedit altera, de Vermiculis Capillaribus Infantium. Cum Figuris aliquot. Ibidem, apud Eundem, 1674, in 4.

⊙ Hecatoſteæ II. Obſervationum Phyſico-Medicarum, ad Illuſtrem Societatem Naturæ Curioſorum in Germania. Ibidem, apud Eundem, 1675, in 4.

⊙ Commentarius in Ruzname Naurus, ſive Tabulæ Æquinoctiales novi Perſarum & Turcarum anni, nunc primùm ab Eodem editæ. Quibus accedit Ejusdem Velſchii Diſſertatio, de Earundem Uſu. Ibidem, apud Eundem, 1676, in 4.

⊙ Somnium Vindiciani, ſive Deſiderata Medicinæ. Ibidem, apud Eundem, 1676, in 4.

⊙ Curationum Exoticarum Chiliades II. & Conſiliorum Medicinalium Centuriæ IV. Cum Annotationibus Ejusdem Velſchii, nunc primùm ex Manuſcriptis editæ. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthaſar. Kuenium, 1676, in 4.

⊙ Mictomimematum, ſive Miſcellanearum Medicinalium Centuriæ III. Extant cum Miſcellan. Curioſ. ſive Ephemerid. Medico-Phyſicar. German. Anno Quarto & Quinto. Lipſiæ, apud Johann. Fritzſchium, 1676, in 4.

⊙ Epiſtolæ mutuæ Argonautæ ad Neſtorem, & Nectoris ad Argonautam, de Theſauro Experientiæ Medicæ. Cui accedit Specimen Ejusdem Velſchii de Abortu. Auguſtæ Vindelic. apud Johannem Schönigheim, 1677, in 4.

⊙ Epiſtola, de Solano Furioſo, ad Johan. Matthiam Fabrum. Extat cum Ejusdem Fabri Strychnomania. Ibidem, apud Theophil. Göbelium, 1677, in 4.

⊙ Johannis Walæi Methodum Medendi breviſſimam, ad Circulationem Sanguinis adornatam, ac ante annos XXX. in Academia, quæ Lugduni Batavorum eſt, ſtudioſæ Juventuti prælectam, Animadverſionibus illuſtravit Auguſtæ Vindelic. apud Theophil. Göbelium, 1679, in 12.

⊙ Curationum propriarum & Conſiliorum Medicorum Decades X. cum Commentario ſive neceſſariâ Exegeſi. Opus poſthumum Aſtronomiæ & Medicorum Veterum placitis, nec non modernis Pharmacorum legibus admenſum ac accuratum. Auguſtæ Vindelicorum, apud Theophilum Göbelium, 1681, in 4.

⊙ Obſervatio de Xyloaloe Cardioide. Extat Ephemer. Acad. Nat. Cur. Germ. An. I. Num. 151.

de Ligno ſaſſafr. à radice diverſo. Ibid. Ann. eod. N. 152.

de Tabaco Japonico. Ibid. An. eod. N. 153.

de Jaſpide Carioſo. Ibid. An. eod. N. 154.

de Margaritis Onychinis & Margarito mantiis. Ibid. An. eod. N. 155.

de

Obſerv. de Achate Aphrodiſio. Ibid. Ann. eod. N. 156.
de Spondylolithis & Dolicholi-lis Teriolenſibus. Ib. An. eod. N. 157.
de Calculis Pulmonum. Ib. An. eod. N. 158.
de Fructibus aliquot Americanis nondum deſcriptis. Ibid. An. eod. N. 159.
ex Anatome Muris Alpini. Ibid. An. eod. N. 160.
de Pila Cervicapræ orientalis ſive Ægagrelaphi Indici. Ibid. An. III. N. 29.
de Lapide Nephritico flavo & albo, viridi præſtantiore. Ib. An. eod. N. 30.
de Loco Athenæi de Hortis in navi Hieronis Regis Syracuſani It. de Hortis Adonidis & Hortis penſilibus, deq; lacruma opuntiana. Ibid. Ann. eod. N. 31.
de Lapidibus prægnantibus: Gemmis in gemmis: Ovis in ovis. Ibid. Ann. eod. N. 22.
de Halileon Siſenſi olivari Ebnſinæ, Myrobalano VI. Jacobi Bontii. Ibid. Ann. eod. Num. 33.
de Fungillo Mithridatico omnium minimo. Ibid. Ann. eod. N. 34.
de Abſtinentia ementita puellæ Auguſtanæ deprehenſa. Ibid. Ann. eod. N. 35.
de Margaritis Lacuſtribus Vindelicis ſive Auguſtanis. Ibid. Ann. eod. N. 36.
de Pulvere metallico nigro ex Ventriculo Sthrutionis Ibid. Ann. eod. N. 37.
de Nævorum varietate & cicere in facie M. T. Ciceronis. Ibid. Ann. eod. N. 38.
de Punctura Veſpæ & aranei præſentaneo remedio ex tempore curata. Ibid. Ann. VIII. N. 25.
de Vigiliis cum ejulatu diuturnis. Ibid. Ann. eod. N. 36.
de Diarrhœa pertinaci curata. Ibid. Ann. eod. N. 37.
de tumore lienis febriculoſo. Ib. Ann. eod N. 38.
de Σπαλίλη Orvietano ex vino curatâ. Ibid. Ann. eod. Num. 39.
de Hydrope affectu in latitudine ſanitatis. Ibid. Ann. eod. N. 40.
de Lumbrico lato V. Ulnarum magnitudine. Ibid. Ann. eod. N. 41.
de Vomituritione lethali. Ibid. Ann. eod. N. 42.
de Hernia inteſtinali. Ibid. Ann. eod. N. 43.
de fungillis Citriorrhizæ. Ibid. Ann. eod N. 44.
de Tithymalocampis Clagenfurtenſibus. Ibid. Ann. eod. N. 45.

GEORGIUS HITZLERUS

Oratio de Vita & Morte Cl. Philoſ. & Med. Leonharti Fuchſii, Artis Medendi in Academia Tubingenſi Profeſſoris eximii. Tubingæ, 1566, in 4. & To-

©BIUM

& Tomo 1. Operum Fuchſii, Francof. apud Wechelum, 1566, in fol. edit.

⊙ GEORIUS HORNIUS

Gebri Arabis Chimiam, ſive Traditionem ſummæ perfectionis, & Inveſtigationem Magiſterii in ummeris locis emendatam à Caſparo Hornio, Medic. Reipubl. Noribergens. cum Ejusdem Medulla Alchimiæ Gebricæ edidit. Lugduni-Batavorum, apud Arnoldum Doude, 1668, in 12.

GEORGIUS KIRSTENIUS

⊙ *Natus Stetini Pomeranorum A. C. 1613, Patre Nicolao Kirſtenio, Piſtorum ac Dulciariorum Ducibus Pomeran. à panificio. Lugduni Batavor. Medicinæ Doctor creatus, & non adeo multò poſt in Gymnaſio Stetinenſi Medicinæ Profeſſor conſtitutus eſt. Obiit in patria A. C. 1660, ætatis ſuæ 47.*

Oratio de Medicinæ Dignitate & Præſtantia, contra Platonem & Plinium. Stetini, 1647, in 4.

⊙ GEORGIUS KOVACS TATAI

Hercules verè cognitus, certus exul, id eſt, Epilepſiæ vera Dignotio, ac ejusdem certa Curatio, Libris duobus comprehenſa. Lugduni-Batavorum, apud Arnoldum Doude, 1670, in 12.

GEORGIUS KRAVT, *Hagenoenſis*

Experimentarius Medicinæ. Continens Trotulæ curandarum ægritudinum muliebrium, ante, in, & poſt partum Lib. unicum, nusquam antea editum. Quo fœminei ſexus accidentes morbi & paſſiones: Infantium & puerorum à partu cura: Nutricis delectus: ac reliqua iiſce adnata: Diſpoſitiones utrique Sexui contingentes: Expērimenta denique variarum ægritudinum: Cum quibusdam medicamentis decor tioni Corporis inſervientia, edocentur.

Oct. Horatiani, de Curationibus omnium fermè morborum Homini accidentium: De acutis & chronicis paſſionibus: De Mulierum accidentibus, & Curis eorundem: Deq; Phyſica ſcientia Experimentorum, Libri quatuor.

Lib. item quatuor Hildegardis de Elementorum, Fluminum aliquot Germaniæ, Metallorum, Leguminum, Fruticum, Herbarum, Arborum, Arbuſtorum, Piſcium, Volatilium, & Animantium terræ naturis & operationibus.

Oribaſii de Simplicium, quæ Medicis præcipuè in uſu ſunt, virtutibus, Lib. quinque.

Theodoti Diæta: quibusnam vel ſalubriter utendum, vel cautiùs abſtinendum. Hippocratis item breviſſima per ſingulos Anni Menſes vivendi ratio.

Æſculapii de Morborum, Infirmitatum, Corporisque accidentium origine, cauſis, deſcriptionibus & cura, Lib. unus utiliſſimus. Argentinæ, apud Joh. Schottum, 1544, in fol.

Libellus Introductorius de principiis univerſalibus totius Medicinæ, tam Theoricæ, quàm Practicæ, ex doctri-

doctrina Avicennæ aliorumque congeſtus, & tabulis magna ex parte explicatus. Hagenoæ, apud Val. Kobian, 1533, in fol. cum Galeatii de S. Sophia in Nonum Raſis Commentariis, ab eodem emendatis.

⊙ GEORGIUS KRUGK

De Peſte. Soræ, 1654, in 12.

GEORGIUS KUFNERUS

Appendix de Morbis Puerorum ad Leonelii Faventini de Victoriis Tractatum de Ægritudinibus Infantium. Venetiis, apud Valgriſium, 1557, in 8, Lugduni, apud Ant. de Harſy, 1574, in 8. cum Ejusdem Leonelli Practica Medicinali, in 12.

⊙ GEORGIUS LIVELATICUS (LEFFELADIUS)

Experimenta in Praxi. Extant cum Georg. Hieronym. Velſchii Exoticar. Curat. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Chriſtian, Balthaſar Kuenium, 1676, in 4.

GEORGIUS MARCGRAVIUS de LIEBSTAD, *Miſnicus Germanus.*

Hiſtoriæ rerum naturalium, Libri octo; quorum tres priores agunt de Plantis: Quartus de Piſcibus: Quintus de Avibus: Sextus de Quadrupedibus & Serpentibus: Septimus de Inſectis: Octavus de ipſa Regione, & illius Incolis. Cum appendice de Tapuyis, & Chilenſibus. Johannes de Laet, *Antverpianus*, in ordinem digeſſit, & Annotationes addidit, & varia ab Auctore omiſſa ſupplevit & illuſtravit. Extat cum Hiſtoria naturali Braſiliæ, auſpicio ac beneficio Illuſtriſſ. I. MAURICII Com. Naſſaviæ, illius Provinciæ & Maris Summi Præfecti adornata. Lugd. Batav. apud Franc. Hackium, & Amſtelodami, apud Ludov. Elzevirium, 1648, in fol.

GEORGIUS MARIUS, *Herbipolenſis*

⊙ *Marius, ſive, ut aliàs à quibusdam ſcribitur & nominatur, Mejerus, natus eſt Herbipoli Franc. A. C 1533. Nacto Medicinæ Doctoris titulo, primùm in Heidelbergenſi, & poſtea in Marpurgenſi Academiâ Profeſſorem Medicinæ publicum: hincq. in Aula Guilielmi, Haſiæ Landgraffi Archiatrum, egit. Inde Noribergam vocatus, in ea Republ. Medici publici Spartam cum laude ornavit. Sed ab Electore Ludovico ad Aulici Medici Officium Heidelbergam revocatus, ibi phthiſi & diarrhœâ confectus obiit A. C. 1606, ætatis ſuæ 73.*

Epiſtola ad Petrum Andream Matthiolum. Quâ agitur de Plantis nonnullis, nempe Piceâ, Chamæleonibus. Pyrethro, Saxifragiâ, Hermodactylo, & quibusdam aliarum imaginibus. Extat Lib. III, Epiſt. Matthioli, pag. 337, edit. Lugdunenſis.

Conſilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wittichius collegit & edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

⊙ GEORGIUS MASBACHIUS

Collectanea Practica & Pharma-

©BIUM

cevt, Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthaſar Kuenium, 1676. in 4.

GEORGIUS MELICHIUS, *Auguſtanus*

Diſpenſatorium medicum, ſive, de recta medicamentorum, quorum hodie uſus eſt, parandorum ratione, Commentarii, Medicis & Pharmacopœis utiliſſimi; ex Italico in Latinum ſermonem converſi à Samuele Kellero, *Anhaltino*. Witebergæ, ap. Hæredes Johan. Cratonis, 1586, in 4. Francof. apud Palthenium, 1601, in 12. Cui Editioni adjectum eſt Compendium Medicinæ Practicæ Franciſci Mariæ de Tectoriis, *Urbinatis*. Ibidem, 1624, in 8. addito Antidotario Romano. Francofurti, 1657, in 8. Hæc Editio prodiit ſub nomine Armamentarii Medici.

GEORGIUS MERULA, *Alexandrinus*

Annotationes in Galeotti Martii de Homine Libros duos. Extant cum his ipſis Baſileæ, apud Frobenium, 1517, in 4. Oppenheimi, apud Johannem Roſam, 1610, in 8.

Annotationes in Aphrodiſei Problematum Georg. Vallæ. Pariſiis, 1520, in fol.

GEORGIUS MOCHINGERUS

Compendium Inſtitutionum Medicarum Danielis Sennerti M. D. Diſputationibus XVII in Illuſtri Academia Lipſienſi propoſitum. Pariſiis, apud Petrum Billaine, 1631, in 12.

GEORGIUS MORALIS, *Luſitanus*

Commentaria in magni Hippocratis Coi Aphoriſmorum Lib. II. priores. Venetiis, apud Paulum Paleonium, 1648, in 4.

Manuductio ad Univerſam Aphorismorum Doctrinam. Opus cunctis Medicis neceſſarium, Philoſophis aprimè utile. Venetiis, apud Gueriſios, 1653, in 8.

Enchiridion Medicum, Ethicum, & Theologicum. Venet. 1655, in 12.

⊙ GEORGIUS OETHEUS

Conſilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wittichius collegit & edidit. Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

GEORGIUS PALMA

Epiſtolæ aliquot Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

⊙ GEORGIUS PETRUS PIERIUS

De Natta Diſſertatio. Argentorati, 1669, in 12.

GEORGIUS PHÆDRO, *de Geleinen*

Chirurgia minor, hoc eſt, omnium ulcerum perfectæ curationis methodus. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1562, in 4.

Eleenus, ſive, perfecta Epilepſiæ curatio. Item Aquila cœleſtis, ſive, correcta Hydrargyri præcipitatio. Extat cum Alex. à Suchten Libello de Anti-

Antimonio, Basileæ, apud Petrum Pernam. 1575, in 8. Exstat etiam Parte II Antri-Magico-Medici Ant. Zimaræ, pag. 362.

De Balneis Puteolanis Liber. Ibid. 1571, in 8.

Opuscula Jatro-Chemica quatuor: I. Praxis Medico-Chemica. II. Halopyrgice, sive, Pestis Medico-Chimica curatio. III. Chirurgia minor. IV. Furnus Chymicus. In quibus non solùm difficiliorum & insanabilium morborum ratio curandi chymica proponitur, sed etiam ipsa præparandorum Arcanorum doctrina, & Characteristicæ, sive, Cœlestis Physicæ Elucidatio perspicuè demonstratur. Prodeunt è Bibliotheca Schenckiana: curante Johan. Andr. Schenckio à Graffenberg, Francofurti, apud Johan. Wolphium, 1611, in 8.

GEORGIUS PICTORIUS, *Villinganus*

Rei Medicæ totius compendiosa Traditio; Avicennæ, Galeni, Hippocratis, aliorumque optimorum Authorum suffragiis, tanta Autoris diligentia in unum conscripta, ut plane nihil, quod rationalem Medicinam concernit, neglectum videatur. Basileæ, apud Henr. Petri, 1558, 1560, in 8.

☽ Medicinæ tam simplices, quàm compositæ, ad omnes fermè Corporis humani præter naturam affectus, ex Hippocrate, Galeno, Avicenna, Ægineta, & aliis, ordine hic Alphabetico in unum conscriptæ, ut vel citra pulverem, ex in quisq; id, quod concupiverit, statim consequatur. Cum Arnoldi Catalani de Conferentibus & Nocentibus membris principalibus humani corporis Tractatûs Appendice. Basileæ, apud Henricum Petri, 1560, in 8.

☉ Ζωοτροφεῖον seu, Leporarium, quorundam Animalium quadrupedum & Avicularum continens naturas ac proprietates, rem Medicam concernentes. Accedit Constantini Africani de Animalibus elegantissimus Liber: & Lipsii Collensis, Oppiani Poetæ Halieuticon, sive de Piscibus Tractatus: uterque Scholiis Ejusdem Pictorii illustratus. Ibidem, apud Eundem, anno & formis iisdem.

Pantopolion Animalium, Plantarum, Metallorum, &c. naturas Carmine comprehendens. Item de Apibus & Cera, & de Dæmonibus sublunaribus, ac speciebus Magiæ. Ibidem, 1563, in 8.

Tuendæ sanitatis ratio, VII Dialogis, per sex rerum (ut Medici vocant) naturalium ordinem, quæ sunt, Aër, Cibus, Potus, Motus, Quies, Somnus, Vigilia, Repletio, Inanitio, Animi Passiones: ex summorum Medicorum sententia conscripta. Accedunt Succisivarum Lectionum IX. Dialogi. Conviviorum Libri III. Ibid. 1554, in 8. Parisiis, apud Hier. Marnef, 1580, in 12.

Tuendæ sanitatis Methodus. In gratiam omnium, qui minùs exercentur, tam ex optimis Autoribus, quam ratione ac fideli experientia, carmine conscripta. Extat cum Scho-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 348 sur 1339

©BIUM

la Salernitana. Antverpiæ, apud Johan. Withagium, 1562, in 16.

Separati Sermones: Aphoriſticâ brevitate in omnes fermè præter naturam Affectus, ex ſummis Medicæ Profeſſionis Autoribus ſic in unum conſcripti, ut non ſolùm in re Medica primis Tironibus commodo eſſe queant, ſed etiam in Arte perfectis utiles haberi videantur. Baſileæ, 1562, in 8.

Phyſicarum Quæſtionum Centuriæ tres. Accedunt quorundam magnorum Auctorum errores, per Eundem notati. Item Pantopolion contra quosdam Philoſophos, cum tribus Dialogis: de Ira refrænanda; de vera Nobilitate; de Ebrietatis turpitudine. Ibidem, 1568, in 8.

Sermonum Convivalium Lib. x. Hiſtoricæ, Poeticæ, ac Medicæ rei Studioſis valde utiles. Et Ebrietatis in exilium relegatæ Threnodia, ejusdemque reſurgentis triumphantisque τρόπαιον. Præterea, de Pharmacandi comprobata ratione: Medicinarum ſimplicium rectificatione: Symptomatum purgationis hora ſupervenientium Emendatione Lib. II. per Theodoricum Ulſterium Med. carmine conſcripti: & nunc primùm per eundem D. Pictorium ab interitu vindicati, Scholiisque illuſtrati. Quibus accedit quoque Q. Sereni Sammonici Libellus de omnium Morborum cura, carmine quoque conſcriptus, & ejusdem D. Pictorii Commentariis explanatus. Ibidem, 1559, in 8.

Scholia in Marbodæum de Gemmis & Lapidibus. Quibus accedit de Lapide Molari carmen. Ibid 1531, in 8.

Scholia in Marſilii Ficini de Studioſorum Valetudine tuenda Librum. Præterea in ſeptimum Plinii librum Enarrationes. Ibidem, 1559, in 8.

Scholia in Antonii Gazii de Evacuandi ratione Lib. Cum Rerum fortuitò evenientium Conſolationibus. Ibidem, 1565, in 8.

Scholia in Æmylium Macrum, nunquam antea in lucem edita. Cum Graduum compendioſa Tabula. Ibid. 1559, in 8. & 1581, in 8.

De Peſte, & Papulis Puerorum Lib. duo. Ibidem, 1555, in 8.

Regulę univerſalis curationis morborum, tercentũ quadraginta quinque Aphorismis per D. Arnoldum Catalanum, ſive, Villanovanum diligenter conſcriptæ, & Pictorii Commentariis utiliſſimis illuſtratæ. Et Evacuandi ratio, per Antonium Gazionem breviſſimâ methodo conſcripta, ejusdemque Pictorii Scholiis diligenter explicata. Præterea, Rerum fortuitò evenientium Conſolationes quatuordecim, eodem Auctore. Hiſce acceduntEpicyliciarumQuæſtionum omnijuga rerum ſcitu digniſſimarum ubertate ſcatentium, Libri decem: eodem Auctore. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1565, in 8.

GEORGIUS PYLANDER

☉ *Natus eſt Gygneæ in Miſnia. Perluſtratâ Italiâ, & deinde Siciliâ, in*

in itinere versus Germaniam, in medio gloriæ cursu, morbo correptus obiit Mediolani. Claruit circa annum Christi 1542, quo Romæ Hippocratem Latinè reddidit.

Hippocratis de morbis Libros quatuor vertit, Præfationemque & Argumenta addidit. Parisiis, 1540, in 4.

GEORGIUS PISIDA, *Constantinopolitanus*

Opus sex dierum seu, Mundi Opificium: Ejusdem Senarii, de Vanitate Vitæ. Omnia Græcè in lucem edita, & Latinis verbis ejusdem generis expressa, per Fed. Morellum, Fed. F. cum Fragmentis ex Suida & aliis. Græco-latin. ap. Hieron. Commelinum, 1596, in 8.

GEORIUS RIPLEUS, *Anglus*

Medulla Philosophiæ Chemicæ. Extat cum Opusculis quibusdam Chemicis Francof. apud Johan. Bringerum, 1614, in 8 editis.

Liber duodecim Portarum: & de Mercurio & Lapide Philosophorum liber. Extant in Quadriga Aurifera à Nicolao Barnaudo Delphinate edita. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1599, in 8. & Volumine secundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8, pag. 114.

☽ Opera omnia Chymica, quotquot hactenus visa sunt, quorum aliqua jam primùm in lucem prodierunt aliqua Mss. exemplarium collatione à mendis repurgata, atque integritati restituta sunt. Cassellis, ap. Sebaldum Kohlerum, 1649, in 8.

☉ Continentur autem his Operibus: I. Liber 12. Portarum, id est, 1. Calcinatio. 2. Solutio. 3. Separatio. 4. Conjunctio. 5. Putrefactio. 6. Congelatio. 7. Cibatio. 8. Sublimatio. 9. Fermentatio. 10. Exaltatio. 11. Multiplicatio. 12. Projectio. II. Liber de Mercurio & Lapide Philosophorum. III. Medulla Philosophiæ Chemicæ. IV. Philorcium Alchymistarum. V. Clavis aureæ Postæ. VI. Pupilla Alchemiæ. VII. Terra Terræ Philosophicæ. VIII. Concordantia Raymundi & Ovidonis. IX. Viaticum seu Varia Practica. X. Accurtationes & Practicæ Raymundinæ. XI. Cantilena. XII. Epistola ad Regem Eduardum.

GEORGIUS RIVETTUS, *Bononiensis*

Tractatus de Peste, Exanthematibus, & Anthracibus; atque de Methodo in Febris Pestilentis, & aliorum id genus Morborum curatione observanda. Ex Italica in Latinam Linguam translatus per Thomam Aubel Med. Coloniæ, apud Henr. Falckenburg, 1597, in 8.

GEORGIUS à SAA

Conclusiones Medicæ, Conimbricæ, 1582, in 12.

GEORGIUS SAVVAGEON

Barthol. Perdulcis universam medicinam, præter notas, in margine additas, plurimis therapeuticis locis,

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 350 sur 1339

ex Auctoris autographo auxit. Acceſſit de Morbis animi liber.

GEORGIUS SCHARPIUS, *Scotus*

Inſtitutiones Medicæ, à Claudio Filio in lucem editæ. Bononiæ, apud Jac. Montium, 1638, in 4.

⊙ GEORGIUS SEBASTIANUS JUNG, *Vindobonenſis*

Κρυσόμηλον, ſeu Malum Aureum, hoc eſt: Cydonii Collectio, Decorticatio, Enucleatio & Præparatio Phyſico-Medica. Vindobonæ, apud Leopoldum Voigtium, 1673, in 8.

Obſerv. de Materia alba in ſanguine circa Cor. Extat Ephem. Acad. Nat. Cur. Germ. An. I. Num. 28.

de Liene magno, & duplici Inteſtino Cœco. Ibid. An. eod. N. 29.

de Crucifixo ex radice Crambes enato. Ibid. An. eod. N. 111.

de Nomine Chriſti naturaliter Achati inſcripto. Ibid. An. eod. N. 112.

de Imagine B. Mariæ Virginis cum Filiolo in Minera ferri expreſſo. Ibid. An. eod. Num. 113.

de Inſignibus gentilitiis Auguſtiſſimæ Domus Auſtriacæ, naturæ digito depictis. Ibid. An. eod. N. 114.

de Lapide Bezoar monſtroſo. Ibid. An. eod. N. 115.

de Radice miranda Crucifixum cum duabus icunculis exhibente. Ibid. An. eod. Num. 116.

de mira Antipathia ad Muſicam. Ibid. An. eod. N. 134.

de ſingulari Antipathia à nævis maternis. Ibid. An. eod. N. 135.

de Monſtro leporino. Ibid. An. II. N. 200.

de Ovo, Ovo prægnante. Ibid. Ann. eod. N. 250.

de ſtrepitu oſſium. Ibid. Ann. III. N. 275. unà cum Scholio ad eam.

de Vena ſecta poſt octiduum ſponte aperta. Ibid. Ann. eod. N. 246. unà cum Scholio ad eam.

de ſucco Cicutæ inoxiè hauſto. Ibid. Ann. IV. & V. N. 106.

de Lapide Corvino. Ibid. Ann. eod. N. 107.

GEORGIUS SEGER, *Thorunienſis*

Diſſertatio Anatomica, de Lymphæ Bartholinianæ Quidditate & Materia. Cui acceſſere Epiſtolæ Doctorum Virorum de ead. Lymphâ. Hafniæ, apud Georg. Lamprechtum, 1655, in 4. Ibidem, apud Petrum Hauboldum, 1668, in 4.

Synopſis Rariorum in Muſæo Olai Wormii. Hafniæ, 1653, in 4. apud Petrum Hakium, 1658, in 4.

Diſſertatio Anatomica, de Uſu communium Corporis Humani Integumentorum. Ibid. apud Melch. Martzam, 1654, in 4.

Trium-

Triumphus Cordi, poſt captam ex totali Hepatis clade Victoriam, erectus. Hafniæ, apud Georg. Lamprechtum, 1654, in 4.

Diſſertatio Anatomica, de Hippocratis Orthodoxia in doctrina de Nutritione Fœtus Humani in Utero. Cui acceſſere Ejusdem diſſertatiunculæ binæ; quarum altera de Democriti Heterodoxia in doctrina de Nutritione fœtus in utero: altera, de Cotyledonibus Uteri. Baſileæ, apud Georg. Deckerum, 1660, in 4.

⊙ Diſſertatio de Hippocratis Libri περὶ καρδίης Ortu legitimo. Baſileæ, apud Johannem Kônigium, 1661, in 4.

⊙ Triumphus & Quærimonia Cordis repetitus. Baſileæ, 1661, in 4.

⊙ Oratio Inauguralis de Curioſitate Phyſica, cum Profeſionem Medico-Phyſicam in Celeberrimo Gedanenſium Athenæo Anno 1675. II. Calend. Novembr. auſpicaretur, in Illuſtri ac frequentiſſima Panegyri habita. Acceſſere Ejusdem Notæ. Gedani, 1677, in 4.

⊙ Obſervatio de Serpentum Vernatione, Ovorum excluſione & Anatomia. Extat Ephemer. Acad. Natur. Cur. Germ. Ann. I. Num. 3.

de Polygono Polonico Coccifero ſeu Chermeſino Polonico. Extat Ibid. Ann. eod. N. 8.

de Pareliis. Extat. Ibid. Ann. eod. N. 9.

de Phthifici Pueri Anotome. Ext. Ibid, An. eod. N. 15.

Obſerv. de Renum & Veſicæ exulceratione cum Calculo Veſicæ. Ext. Ibid. An. eod. N. 16.

de Embryone hydropico. Ibid. An. eod. N. 42.

de Epilepſia ex in cautò uſu Olei juniperini. Ibid. An. II. N. 8.

de Epilepſia igne curata. Ibid. An. eod. N. 9.

De Præſervatione à calculis atque cunctis ferè morbis, deque Renalium Medulla, Opus. Neapoli, apud Ægidium Longum, 1632, in 4.

⊙ HYACINTHUS AMBROSINUS, *Bononienſis*

Phytologiæ, hoc eſt, de Plantis Partis primæ Tomus primus; in quo Herbarum noſtro ſeculo deſcriptarum Nomina, Æquivoca, Synonyma, ac Etymologiæ inveſtigantur: additis aliquot Plantarum vivis Iconibus. Opus in omni ſcientiarum genere Studioſis utiliſsimum, Lexiconque Botanicum abſolutiſſimum; cum Indice trilingui copioſiſſimo. Bononiæ, apud Hæredes Evangeliſtæ de Ducciis, 1666, in fol.

HYACINTHUS CLAVERONUS

Clavis in Peſtem. Neapoli, 1651, in 8.

HYACINTHUS JORDANUS

Theorica Medicinæ S. Thomæ, Doctoris Angelici, aliorumque SS. Patrum Neapoli, 1643, in 4.

I.

JACOBUS, *Magnæ Britanniæ Rex ejus nominis VI*,

Miſocapnus, ſive, de Abuſu Tobacci Luſus regius. Editus cum Operibus Ejusdem, pag. 197. Londini, apud Bonhammum Nortonium, & Johan. Billium, 1619, in fol.

JACO-

JACOBUS ABETHENCOURT, *Rhotomagensis*

Nova pœnitentialis Quadrageſima, nec non Purgatorium, in Morbum Gallicum, ſive, Venereum: unà cum Dialogo Aquæ Argenti, ac Ligni Gajaci colluctantium, ſuperdicti morbi curationis prælatura, Opus fructiferum. Pariſiis, ap. Nicolaum Savetier, 1527, in 8.

JACOBUS ALBINUS, *Hamburgenſis*

De Scorbuto, Diſputatio. Extat Decade IV Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Joh. Jac. Genathius, 1620, in 4.

JACOBUS ALLAXINUS,

Vixit circa A. C. 1163. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.

Medicæ aliquot Diſceptationes eruditiſſimæ; quibus recentiorum & Arabum permulti errores ad veterum diſciplinam appendentur. Pariſiis, ap. Chriſtianum Wechelum, 1535, in 8.

JACOBUS ALKINDUS

Medicus & Philoſophus Arabicus clarus. Floruit ſub Eugenio III, Pontifice Romano, coævus Averrois & Avicennæ. A. C. 1145. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.

De Medicinarum compoſitarum Gradibus. Extat cum Meſues Operibus: Item cum Tacuinis ſanitatis Elluchaſem Elimithar. Argentorati, apud Johannem Scottum, 1531, in fol. Et Patavii, apud Mareſchallum, 1584, in 8. cum ejusdem argumenti aliis Autoribus.

JACOBUS ANTONIUS CLAVENNA

Clavis Clavennæ, aperiens Naturæ Theſaurum, ejusque gemmas depromens: Vires ſcilicet Plantarum, in generali earundem Hiſtoria ex Dalechampio potiſſimum ſumpta à Guilielmo Rouillio, Lugduni ſemel edita, ſparſim deſcriptas. Nunc collectas, & omnibus ac ſingulis morbis Ordine Alphabetico attributas, adeo fideliter & accuratè, ut eis tutò, etiam ſine Hiſtoria, quilibet uti poſſit. Cum Indicibus I. Plantarum, & ex illis quamplurimarum multiplici nomine. II, Plantarum cum Morbis. III, Morborum & his multorum adhuc ſub Græcò Vocabulo cum Definitionibus, ex Johan. Gorrhæo, *Pariſienſi.* IV, Morborum cum Plantis. Tarviſii, apud Hieron. Righettium, 1648, in fol.

JACOBUS ANTONIUS MARISCOTTUS, *Florentinus*

Galeni Prognoſtica ex Decubitu interpretatus eſt.

JACOBUS ANTONIUS MARTHA

Apologia de Immortalitate Animæ. Extat cum Simonis Portii Opuſculis, Neapoli, 1578, in fol.

JACOBUS ANTONIUS PHRYGIUS, *Ticinenſis*

In Magni Hippocratis Prognoſti-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 487 sur 1339

©BIUM

ca Explanatio, appoſita cuique ferè loco, ex Libris Epidemiorum privata Exempla, ad confirmandas Auctoris ſententias, & ad Praxin exercendam apprimè utilia. Ticini, ap. Marcum Grigium, 1608, in 8. Venetiis, ap. Societatem, 1609, 1601, in 8.

JACOBUS ALBERTUS, *Vindo*

De Metallorum ortu & cauſis, contra Chymiſtas, brevis & dilucida Explicatio. Lugduni, apud Johan. Berion, 1575, in 8.

Duæ Apologeticæ, Reſponſiones ad Joſephum Quercetanum. In priore de Paracelſicorum Ladano, & calcinatis Cancrorum Oculis diſſeritur; in poſteriore Chemiam eſſe vanam, oſtenditur. Lugduni, apud Joh. Auſultum, 1576, in 8.

☽ Progymnaſmata in Johan. Fernelii Librum de Abditis Rerum Naturalium & Medicamentorum Cauſis: quibus adduntur quorundam graviſſimorum morborum curationes. Baſileæ, apud Sebaſt. Henr. Petri. 1579, in 8.

Σημειωτικὴ, ſive, ratio dignoſcendarum Sedium male affectarum, & Affectuum præter naturam. Lauſannæ, apud Joh. Chiquellæum, 1587, in 8. Lugduni, apud Chouëtum, 1596, in 8.

☉ Libellus de Peſte. Lauſannæ, 1571, in 8.

☉JACOBUS AUGUSTINUS HUNERWOLFFIUS

Anatomia Pœoniæ, in qua natales & qualitates Pœoniæ, itemque præparationes & medicamenta ex ea varia cum virtutibus & uſu ad plurimos humani corporis affectus exhibentur. Arnſtati, apud Henricum Meurerum, 1680, in 8.

JACOBUS AUGUSTUS THUANUS

Crambe. Vola. Lilium. Phlogis. Terpſinoë. Pariſiis, apud Andr. Beys, 1611, in 4.

De Re Accipitraria Libri tres. Lutetiæ, apud Sebaſt. Cramoiſy, 1612, in 4. cum Rei accipitrariæ Scriptoribus.

JACOBUS de BACK, *Roterodamenſis*

Renes calculoſorum cur debito majores? Color Calculorum & Arenarum unde? Veſicæ corpus calloſum totum à lapide occupatum, Epiſtola. Extat cum Johan. Beverovicii Libro de Calculo. Lugduni Batav. apud Elzevirium, 1638, in 12.

☽ Diſſertatio de Corde, in qua agitur de Nullitate Spirituum: De Hæmatoſi: De Viventium Calore. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1648, in 12. Lugduni Batavorum, 1564, in 12. Extat etiam cum Guilielmi Harvæi Exercitationibus Anatomicis de Motu Cordis & Sanguinis Circulatione; addito copioſo tam Rerum, quàm Capitum Indice. Roterodami apud Arnoldum Leers, 1660, in 12. Ibidem, apud Arnoldum Leers, 1671, in 12.

☉ JACOBUS BALDE

Medicinæ Gloria per XII. Satyras aſſerta. Monachii, 1651, in 12.

Satyra

Satyra contra Abuſum Tabaci. Monachii, 1657, in 12.

Solatium Podagricorum. Monachii, 1661, in 12.

⊙ JACOBUS BARNERUS, *Elbingenſis*

Exercitium Chymicum delineatum. Patavii, 1670, in 4.

Prodromus Sennerti Novi, ſeu Delineatio novi Medicinæ Syſtematis, in quo quicquid à primis ſeculis in hunc usque diem de Arte prodiit, Hippocratis, Galeni, Paracelſi, Helmontii, Sylvii, Williſi, &c. dogmata, ex principiis Anatomico-Chymicis examinantur. Auguſtæ Vindelicorum, apud Theophilum Göbelium, 1674, in 4.

Spiritus Vini ſine Acido, hoc eſt: in Spiritu Vini & Oleis indiſtinctè non eſſe acidum, nec ea propterea à Spiritu Urinæ revera coagulari, Demonſtratio Curioſa; cum Modo conficiendi Salia volatilia oleoſa, eorumque uſu. Lipſiæ, apud Johannem Fritzſchium, 1675, in 8.

Diſſertatio Epiſtolica, ſeu, Prodromus Vindiciarum Experimentarum ac Dogmatum ſuorum quæ David von der Becke in Epiſtolâ de Volatilisatione Salis Tartari, ac nupero Tractatu de Experimentis ac Meditationibus circa Principia naturalia pro ſuis venditavit; agiturque de Genuino alcaliſata volatiliſandi Modo Auguſtæ Vindelicorum, apud Gottlieb Gebelium, 1667, in 8.

Obſervatio, de Antipathiæ exemplis notatu dignis. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. VI. & VII. N. 199.

JACOBUS BARTSCHIUS, *Laubâ-Luſatus*

Decas Exercitationum Medicarum ex Fernelio, Tabulis, Aphorismis, & Quæſtionibus incluſarum. Argentinæ, apud Hollandum Findler, 1624, in 4.

JACOBUS BERENGARIUS, *Carpenſis*

☽ De Cranii Fractura, Tractatus. Venetiis, apud Johan. Anton. de Nicolinis de Sabio, 1535, in 4. Lugd. Batav. apud Joh. Maire, 1629, in 8. Ibid. 1651, in 8.

Iſagogæ breves, perlucidæ, ac uberrimæ in Anatomiam humani corporis, à communi Medicorum Academia uſitatam. Bononiæ, apud Benedictum Hectoris, 1523, in 4. Venetiis, apud Bernhardinum de Vitalibus, 1535, in 4.

Commentaria ſuper Anatomia Mundini, unà cum Textu. Bononiæ, 1521, in 4.

JACOBUS BESSONUS, *Delphinas*

☽ De abſoluta ratione extrahendi Olea, & Aquas è Medicamentis ſimplicibus, accepta olim à quodam Empirico, poſtea verò ab eodem Beſſono locupletata, & rationibus experimentisque confirmata, Liber. Tiguri, apud Andr. Gesnerum, 1559, in 8. Extat etiam cum Andreæ Libarii Praxii Alchymiæ. Francofurti, apud Johannem Saurium, 1604, in 8.

JACO-

JACOBUS BESSUS

De Hippocratis & Ariſtotelis Decretis. Antverpiæ, & Lovan. in 8.

JACOBUS BIFRONS, *Rhætus*

De Operibus Lactariis, Epiſtola. Extat cum Magirica Jodoci Willichii. Tiguri, apud Jac. Gesnerum, 1562, in 8.

JACOBUS BONTIUS, *Roterodamenſis*

☽ De Medicina Indorum Libri quatuor. I, Notæ in Garciam ab Orta. II, De Diæta Sanorum. III, Methodus Medendi Indica. IV, Obſervationes è Cadaveribus. Lugd. Batav. apud Franciſcum Hackium, 1642, in 12. Amſtelodami, 1658, in 12. Extat quoque cum Medicina Ægyptiorum Proſperi Alpini. Pariſiis, apud Viduam Guil. Pelé, 1646, in 4.

Opuſcula varia. I, De Conſervanda valetudine. II, Methodus Medendi. III, Obſervationes in cadaveribus. IV, Notæ in Garciam ab Orta. V, Hiſtoria Animalium. VI, Hiſtoria Plantarum. Ultimis his ſparſim inſeruit Guil. Piſo Annotationes, & Additiones quoad Icones atque res neceſſarias. Extant cum ejusdem Piſonis de Utriusque Indiæ Rebus Lib. XIV. Amſtelædami, apud Lud. & Dan. Elzevirios, 1658, in fol.

JACOBUS BORDINGUS

Phyſiologiæ, Hygieine, Pathologia, prout has Medicinæ Partes in Academiis Roſtochienſi & Hafnienſi publicè enarravit. Roſtochii, apud Steph. Miliandrum, 1591, in 8.

Enarrationes in ſex Libros Galeni de Tuenda Sanitate. Acceſſere Auctoris Conſilia quædam illuſtriſſimis Principibus præſcripta. Roſtochii, apud Laurent. Albertum, 1595, in 4.

⊙ JACOBUS BREYNIUS

Exoticarum aliarumq; minùs cognitarum Plantarum Centuria prima; cum Figuris æneis. Accedunt Wilhelmi ten Rhyne Excerpta ex Obſervationibus ſuis Japponicis, Phyſicis &c. Frutice Thee: Item Faſciculus rariorum Plantarum, ab eodem ten Rhyne in Promontorio Bonæ Spei &c. collectarum, & ex India ad Jacobum Breynium tranſmiſſarum. Gedani, apud Authorem, 1678, in fol.

Obſervatio, de Muſco pulmonario terreſtri ſanguineo. Extat Eph. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. III. N. 289.

de feliciſſima Icteri diuturni curatione, per muſcum pulmonarium quercinum. Ibid. An. eod. N. 290.

de Amomo Arabum. Ibid. An. eod. N. 291.

de Amygdalo Holoſerico Capitis Bonæ ſpei. Ibid. An. eod. Num. 292.

de Ligno Guianenſi Citrato. Ibid. Ann. eod. N. 293.

de radice Arboris Jacæ. Ibid. Ann. eod. N. 294.

Obſerv.

©BIUM

Observ. de radice Tauzarghanta sive Tauzarghenta. Ibid. An. eod. N. 295.
de Tacamahacca liquida. Ibid. An. eod. N. 296.
de Resina Ambræ facie Guinaica. Ibid. An. eod. N. 297.
de Terra Guianensi fœtida. Ibid. An. eod. N. 298.
de Querco nivea, ubi aliarum etiam quarundam plantarum foliis versicoloribus fit mentio. Ibid. Ann. IV. & V. Num. 129.
de Arbore Canella Zeilanica: & de Arbore Camphorifera Japonica. Ibid. An. eod. N 130.
de Cortice Aromatico Indiæ Orientalis Canellæ facie. Ibid. An. eod. N. 131.
de foliis Arboris Guyanaicæ colorem purpureum fundentibus. Ibid. Ann. eod. N. 132.
de Mogori frutice. Ibid. Ann. eod. N. 133.
de Bulbo Liliaceo Vomitorio Capitis Bonæ Spei. Ibid. Ann. eod. N. 134.
de Chrysocome seu stœchade ignescente. Ibid. Ann. eod. Num. 135.
de Convolvulo Heptaphyllo Indico villoso. Ibid. An. eod. Num. 136.
de Planta scandente hederaceis foliis Zeilanica. Ibid. Ann. eod. N. 137.
de Apocyno Indico minori nummulariæ foliis. Ibid. Ann. eod. N. 138.
de Bugloss Echioide Indico, convolvuli coerulei minoris folio. Ibid. An. eod. N. 139.
de Selagine tertia Thalii. Ibid. An. eod. N. 149.
de fungo Coriaceo Quercino Hæmatode. Ibid. Ann. eod. Num. 150.
de fungo barbato Quercino teterrimi odoris fœtido. Ibid. Ann. eod. N. 151.
de fungo cornu dorcadis facie. Ib. Ann. eod. N. 152.
de fungo Sinensi antidotali, lactigridis dicto. Ibid. Ann. eod. N. 153.
de Nassa vel Corbi piscatoria naturali. Ibid. Ann. eod. in Analectis ad Ann. III. Obs. 245.

JACOUS BRIFFAULT

Ludov. Gardinii Institutionum Librum tertium, de Rebus non naturalibus edidit.

JACOBUS à BRUNN

☽ Systema Materiæ Medicæ. Lipsiæ, 1642, in 8. Extat etiam cum Petri Morelli Methodo, Præscribendi Formulas Remediorum. Vid. Petr. Morell, suo loco.

☉ JACOBUS BURLINUS, *Norimbergensis*

Disputatio Medica, de Pernicioso Paracelsistarũ Hoplochrismate. Extat cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Joh. Andr. Endterum, & Wolffgangi Jun. Hæredes, 1662, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 491 sur 1339

JACOBUS CAHAGNESIUS, *Cadomenſis*

Brevis facilisque Methodus curandarum Febrium. Cadomi, apud Petrum Poiſſon, 1616, in 8.

Brevis facilisque Methodus curandorum Capitis affectuum. Cadomi, apud Petrum Poiſſon. 1618, in 8.

Aquæ Fontis Hebecrevonii Prælectio, habita in Scholis Academiæ Cadomenſis. Cadomi, apud Jacobum Baſſum, 1612, in 8.

JACOBUS CAMENICENUS

Epiſtola, quæ continet ſecti cujusdam Hydropici Hiſtoriam. Extat Lib. v. Epiſt. Matthioli, pag. 540.

JACOBUS CARANTA, *Cuneas*

Decadum Medico-Phyſicarum Liber primus, de Natura auri arte facti, & num ſit pharmacum cordiale. Saviliani, apud Chriſtoph. Strabellam, 1623, in 4.

Liber unicus de natura viſionis, In quo demonſtrat, Viſionem fieri extramiſſione, & difficillimorum morborum oculos afficientium facillimam tradit cognitionem, & curationem. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem.

JACOBUS CARPENTARIUS

Ad Expoſitionem Diſputationis de Methodo, contra Theſſalum Oſſatum, Academiæ Pariſienſis Methodicum, Reſponſio. Pariſiis, 1564, in 4.

JACOBUS CARPUS

Bononienſis, Profeſſor Chirurgiæ Ticinenſis eminentiſſimus. Floruit circa A. C. 1522. Juſtus in Chronol. Medic.

Iſagogæ breves & exactiſſimæ in Anatomiam humani corporis, aliquot cum Figuris Anatomicis. Argentorati, apud Henr. Sybold, 1530, in 8.

Commentaria, cum ampliſſimis Additionibus, ſuper Anatomia Mundini, unà cum Textu Ejusdem in priſtinum & verum nitorem redacto. Bononiæ, apud Hieron. de Benedictis, 1621, in 4.

JACOBUS CARRONUS

Conradi Gesneri Hiſt. Animalium Lib. v. de Serpentum natura, ex variis Schedis collegit, & edidit.

JACOBUS CASTELVITREUS

Thomæ Eraſti Varia Opuſcula Medica edidit.

JACOBUS CASTRIUS, *Haſebrocanus*

Epiſtola de Sudore Epidemiali, quem Anglicum vocant, ad Medicos Gandenſes. Antverpiæ, apud Joh. Grapheum, 1529, in 8.

JACOBUS CATANEUS de LACUMARCINO, *Genuenſis*

De Morbo Gallico, Tractatus. Extat Tomi 1. Operis de Morbo Gallico, pag. 123.

JACO-

JACOBUS CLAPICEUS,
Utinenſis

De Dolore Capitis cum fluore albo muliebri Conſilium. Extat eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Joh. Sartorium, 1505, in 4, pag. 10.

JACOBUS COLIUS,
Ortelianus

Syntagma Herbarum Encomiaſticum, earum utilitatem, & dignitatem declarans. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1614, in 4.

JACOBUS CONSTANTIUS DEREBECQUE

Medicinæ Helvetiorum Prodromus, ſive, Pharmacopœæ Helvetiorum Specimen. Genevæ, apud Johannem Landre, 1677, in 12.

Nicolai Lemery Curſum Chymicum ex ultimâ Editione Gallicâ Latinè vertit. Genevæ, apud Johan. Pictetum, 1681, in 12.

JACOBUS CORNICIUS,
Embdanus

Adverſus Peſtiferæ Luis contagia, in Dialogi formam digeſtum, προφυλακτικὸν juxta ac ἀλεξιτήριον. Cum Præfatione Phil. Melanchthonis. Wormatiæ, apud Phil. Cephalæum. 1563, in 8.

JACOBUS CORNUTUS,
Pariſienſis

Canadenſium Plantarum, aliarumque nondum editarum Hiſtoria. Cui adjectum eſt ad calcem Enchiridion Botanicum Pariſienſe, continens Indicem Plantarum, quæ in pagis, ſylvis, pratis & montoſis juxta Pariſios locis naſcuntur. Pariſiis, ap. Simonem le Moyne, 1635, in 4.

JACOBUS CRELLIUS

Arnoldi de Villanova Enarrationes, in Scholæ Salernitanæ Opuſculum, de Conſervanda bona valetudine, recognitæ & auctæ. Piſis, 1484, in 4.

JACOBUS CURIO

Inſcriptus Hermotimi nomine Dialogus. In quo primùm de Umbratico illo Medicinæ genere agitur, quod in Scholis ad diſputandum, non ad medendum comparatum videri poteſt, deinde & de illo recens & Chymicis furnis nato eductoque altero. Ubi præter rectam animorum inſtitutionem, de Auri factrice Chimia aliquid quoque attingitur, & de ipſo Naturæ rerum ingenioſiſſimo ſcrutatore Theophraſto Hohetheimio Lectori narrantur cognitu quædam nec inutilia, nec injucunda. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1570, in 4.

Hippocratis Coi, Medici vetuſtiſſimi, & omnium aliorum Principis, de Naturæ, Temporum anni, & Aëris irregularium conſtitutionum propriis, Hominisque omnium ætatum morbis, Theoria: ita in Enarratione Tertiæ Aphoriſmorum Sectionis expoſita, ut non ſolùm rei Medicæ, ſed omnibus valetudinis, ac vitæ tuendæ ſtudioſis, magno uſui, commodoque eſſe queat. Francof. apud

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 493 sur 1339

©BIUM

Georg. Corvinum & Socios, 1596, in 8.

JACOBUS DALECHAMPIUS

Hiſtoria generalis Plantarum, in Libros XVIII per certas Claſſes artificiosè digeſta. Hæc, plusquam mille imaginibus Plantarum locupletior ſuperioribus, omnes propemodum, quæ ab antiquis Scriptoribus, Græcis, Latinis, Arabibus nominantur: nec non eas, quæ in Orientis atque Occidentis partibus, ante ſeculum noſtrum incognitis, repertæ fuerunt, tibi exhibet. Habes etiam earundem Plantarum peculiaria diverſis nationibus nomina, & amplas deſcriptiones, è quibus ſingularum genus, formam, ubi creſcant, & quo tempore vigeant, nativum temperamentum, vires denique in medicina proprias cognoſces. Lugduni, apud Guilielmum Rovillium, 1585, in fol.

De Peſte, Libri tres. In quibus etiam continetur Raymundi Chalin de Vinario, Liber de Peſte, in Latinam Linguam converſus. Lugduni, apud Rouillium, 1552, 1553, in 16.

Caji Plinii Hiſtoriæ Mundi noviſſima & accuratiſſima Editio. Lugduni Batav. apud Elzevirios, 1635, in 16.

Scholia in Pauli Æginetæ Libri VII. de Re Medica. Extant cum iisdem.

⊙ Cælii Aureliani Celerum, vel Acutarum Paſſionum Libros III, nec non Ejusdem Chronico ſive Tardarum Paſſionum Libros V. ad fidem Exemplaris Manuſcripti caſtigavit & Annotationibus illuſtravit. Vid. Cælius Aurelianus.

JACOBUS de DONDIS

Patavinus (qui AGGREGATOR *dictus) Vixit ſub Wenceslao Imperatore, A. C. 1385. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medicorum.*

Promptuarium Medicinæ. In quo non ſolùm facultates Simplicium & Compoſitorum Medicamentorum declarantur: verùm etiam quæ quibusvis morbis medicamenta ſint accommodata, ex Veteribus Medicis copioſiſſimè, & miro ordine monſtratur. Venetiis, 1481, apud Juntas, 1576, in fol.

JACOBUS DOVYNETUS

Tricaſſinus Medicus. Floruit circa A. C. 1582. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.

Apologia adverſus multorum, præſertim Theophraſti Paracelſi, calumnias de antecedente, & citima Arthritidis cauſa, nec non de legitima hujus morbi curatione, Lib. IV. comprehenſa. Pariſiis, apud Steph. Prevoſt, 1582, in 8.

JACOBUS ECKOLDUS

De admirandis Convulſivis Motibus, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſti Obſervat. Medicinalium ſingularium Lib. IV. prioribus. Ulmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

De Calculis humani corporis, Epiſtola,

ſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinalium ſingularium Lib. IV. poſterioribus. Ulmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

JACOBUS ESTEVE

Commentarius in Hippocr. Lib. II. Epidemion. Valentiæ, apud Caſpar. Furtado, 1582, in fol.

JACOBUS FABRICIUS

De Vulneribus Capitis, & aliarum partium ſingularibus. Epiſtola. Extat cum Greg. Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingularium Lib. IV. prioribus pag. 483. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4.

Inſtitutio Medici Practicam aggredientis. Roſtochii, apud Joh. Hallervord, 1639, in 4.

Diſſertatio de nov-antiquo Capitis morbo, & dolore, cum aliis Disquiſitionibus Medicis de difficilioribus nonnullis Materiis Practicis. Ibid. 1640, in 4.

JACOBUS FERDINANDUS, *Barienſis*

De regimine à Peſte. Præſervatio, Libellus, Cracoviæ, 1543, in 8.

JACOBUS FERRARIUS

Idea Theriacæ & Mithridatii, ex pragmatia Ant. Bertioli & Flaminii Evoli Scriptis. Venetiis, 1691, 1606, in 4.

JACOBUS FONTANUS, *Sammaximitanus*

☉ Prognoſticorum ad Artem Medicam ſpectantium generalis & dilucida Perioche, ex Hippocrate & Galeno ſummo ſtudio collecta. Turnoni, apud Claud. um Michaelem, 1597, in 12.

Opera. In quibus univerſæ Artis Medicæ ſecundùm Hipp. & Galeni doctrinam Partes quatuor methodicè explicantur. Præponuntur Libri duo de Demonſtratione Medica, ad Artem Medicinalem comparandam penitus neceſſarii. Acceſſerunt Commentaria in omnes Hippocratis Aphorismos abſolutiſſima, & Criſium doctrinâ: nec non Conſilia Medica ejuſdem Autoris accuratiſſima. Coloniæ Allobr. apud Petrum & Jac. Chouet, 1613 in 4. Hi duo Tractatus ſeorſim, Pariſiis, apud Adrianum Beys, 1608, in 12. excuſi ſunt.

Methodus generalis cognoſcendi, prædicendi, & curandi Morbos, eorumque Symptomata. Ad Veterum, maximèque Hippocratis, & Galeni mentem exacta. Avenionæ, ap. Jac. Bramereau, 1601, in 8. Pariſiis, ap. Adrianum Beys, 1612, in 8.

Practica curandorum morborum corporis humani, in quatuor Libros diſtincta. Pariſiis, apud Adrianum Beys, 1611. in 8.

Reſponſio ad Diſputationem Reſcriptam D. Serpilonii, de uſu partium: de Actione Earundem: & motu muſculorum. Ejuſdem de Demonſtratione Medica Lib. 2. Avenionæ, Joh. Bramerau, 1603, in 8.

De Aſtrologia Medica, Liber Lugd. 1620, in 8.

JACOBUS FOROLIVIENSIS

Philoſophus & Medicus celeberri-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 495 sur 1339

mæ opinionis. Coævus Florentini & Marſilii. Juxta Trithemium vero claruit A. C. 1439. ſub Sigismundo Imperatore, & Heinrico Gallorum Rege. Wolfg. Juſtus, in Chronol. Medic.

Expoſitio in primum Avicennæ Canonem, cum Quæſtionibus Ejusdem, ac Indice dicti cujusque in marginibus appoſiti. Huic novæ Editioni, ſcito, addita eſſe Expoſitionem Jacobi de Partibus, *Ultramontani*, ſuper Capitulis, videlicet de Regimine ejus, quod comeditur, & bibitur VII. De regimine Aquæ & Vini VIII, Doct. II, Fen III, Primi. De quibus nulla per Jac. Foroliv. inventa eſt eruditio. Papiæ, apud Jac. de Burgofranco, 1512, in fol. Et Venetiis, apud Juntas, 1547, in fol. Addita quoque eſt ad finem Subtilis quæſtio Hugonis Senenſis de Malitia complexionis diverſæ. Apud Aloyſium de Caſtello Comenſis, 1512, in fol.

Antiqua Hippocratis Translatio, quæ eſt Conſtantini Aphricani, ſeu, Monachi, ſupra ſeptem Sectiones Aphoriſmorum: unà cum eruditiſſima Galeni Commentatione. Nova ejusdem Hippocratis translatio ſupra easdem ſeptem Sectiones per Theodorum Gazam habita, cum Jacobi Foroliv. Marſiliique Expoſitionibus. Quæſtiones eorundem Jacobi & Marſilii ſupra prædictas ſeptem Sectiones. Demum nova caſtigatio Textuum Hippocratis: Commentationis Galeni: Expoſitionisque Jacobi Forolivienſis: nec non omnium autoritatum fida collatio, per Chriſtoph. Caſtaneam, *Laudenſem*. Papiæ, apud Jac. de Burgofranco, 1512, in fol. Venetiis, apud Locatellum, 1495, in fol. Idem opus poſtea editum eſt ſequenti titulo:

In Hippocratis Aphoriſmos & Galeni ſuper eisdem Commentarios Expoſitio, & Quæſtiones quàm emendatiſſimæ. Additis Marſilii de Sancta Sophia interpretationibus in eos Aphoriſmos, qui à Jacobo expoſiti non fuerant. Tabula inſuper denuo ampliſſima adjuncta, longè abſolutior priore. Venetiis, apud Juntas, 1547, in fol.

Commentarii in Artem Galeni cum Quæſtionibus nonaginta unâ. Papiæ, apud Aloyſium de Caſtello Comenſis, 1514, in fol. Venetiis, apud Juntas, 1547, in fol.

Expoſitio in Avicennæ aureum Capitulum de generatione Embrii, cum Quæſtionibus ſuper eodem. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1502, 1518, in fol. cum aliis ejusdem argumenti Libris.

JACOBUS FRISIUS, *Regiomontanus*

De Nephritide, Diſputatio. Extat Decade VI. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Johan. Jac. Genathius, 1622, in 4.

JACOBUS FUHRMANNUS

Aphoriſmorum Medicinalium ad Diæteticen & Pharmacevticen Partem illuſtandam Centuriæ duæ priores. Roſtochii, apud Joh. Hallervordium, 1615, in 8.

JACO-

⊙ JACOBUS GAFFARELLUS

Curiositates Inauditæ de Figuris Persarum Talismannicis; Horoscopo Patriarcharum, & Characteribus Cœlestibus. Hamburgi, apud Gottofredum Schultzen & Amstelodami, apud Jansonio-Wäsbergios, 1676, in 8.

JACOBUS GENGERUS

Eychstadius, Medicus celeberrimus. Vixit A. C. circiter 1534. Justus in Chronol. Medic.

Consilium de Pestis regimine, præservatione, & cura. Augustæ Vindel. apud Philipp. Ulhardum, 1534, in 8.

JACOBUS GOUPYLUS

☽ Abubetri Rhazis Libellum de Pestilentia ex Sirorum Lingua in Græcam transtulit: Additis simul in eundem Castigationibus. Extat cum Alex. Tralliani Lib. XII. Medicinalibus. Lutetiæ, apud Rob. Stephanum, 1548, in fol.

Actuarii Joh. F. Zachariæ: de Actionibus & Affectibus Spiritus animalis, Græcè edidit.

Scholia in Pauli Æginetæ Libros VII. de Re Medica. Extant in iisdem.

Interpretatio Latina Pedacii Dioscoridis, de Materia Medica. Additis Castigationibus. Vide Dioscoridem.

Disputatio de Partu cujusdam Infantulæ Agennensis. Extat Parte sextâ Operum Jacob. Sylvii, in fol.

☽ Ambrosii Leonis, *Nolani*, Versionem Actuarii Johannis Librorum septem Annotationibus & Scholiis illustravit. Parisiis, apud Johan. Roygni, 1548, in 8. Ultrajecti, 1670, in 8.

JACOBUS GREVINUS, *Claromontanus Bellovacus*

De Venenis Libri duò, Gallicè scripti, & postmodum operâ Jeremiæ Martii, *Augustani*, in Latinum sermonem conversi. Quibus adjunctus est ejusdem de Antimonio Tractatus, eodem interprete. Antverpiæ, apud Plantinum, 1471, in 4.

Partium corporis humani tum simplicium, tum compositarum brevis Elucidatio. Antverpiæ, apud Plantinum, 1572, in fol. cum Epitome Vesalii.

JACOBUS GUILLEMEAU

☽ Ambrosii Paræi Opera elimavit, novis Iconibus elegantissimis illustravit, & latinitate donavit. Paris. apud Jac. du Puys, 1582, in fol. Francof. apud Jacobum Fischerum, 1612, in fol. apud Feirabendium, cum novis Iconibus, 1593, in fol.

JACOBUS HEBBERERUS

Physica Realis Syagyrica Medic. Alchymica. Heidelbergæ, 1635, in 8.

⊙ JACO-

©BIUM

☉ JACOBUS HENRICUS PAULLI

Anatomiæ Bilſianæ Anatome, occupata imprimis circa Vaſa Meſeraica & Labyrinthum in Ductu Rorifero. Acceſſit Joh. Jacob. Wepferi de Dubiis Anatomicis Epiſtola, cum Reſponſione. Noribergæ, 1664, in 4. Argentorati, apud Simeonem Paulli, 1665, in 8.

JACOBUS HOLLERIUS,

Stempanus, Medicus Pariſienſis. Floruit circa A. C. 1560. Obiit 1562. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit. Secundum Juſtum in Chronol. Medic. Vixit circa A. C. 1539. Medicus & Philoſophus doctiſſimus.

Opera Practica: Doctiſſimis Ejusdem Scholiis & Obſervationibus illuſtrata, deinde Lud. Dureti in eundem Enarrationibus, Annotationibus, & Antonii Valerii Exercitationibus luculentis. Acceſſit etiam ad calcem Libri Therapia Puerperarum J. le Bon. Genevæ, apud Jac. Stoer, 1623, apud Petr. Chouet, 1635, in 4.

De Morborum Curatione. Ejusdem de Febribus: de Peſte: de Remediis κατὰ τόπους in Galeni Libros: de Materia Chirurgica: Deſiderii Jacotii, *Vandoperani*, & Chriſtophori Burgenſis, *Conſolentanei*, operâ nunc primùm (præter Chirurgiam) in lucem edita, & Scholiis illuſtrata. Pariſiis, apud Jacobum Maceum, 1565, in 8.

☽ De Morbis Internis Libri duo, illuſtrati doctiſſimis Auctoris Scholiis & Obſervationibus: Cum Ludovici Dureti in eundem Adverſariis: Et Antonii Valerii Exercitationibus luculentis. Ejusdem Hollerii de Febribus: de Peſte: de Remediis κατὰ τόπους in Gal. Libros. Omnia Antonii Valetii operâ caſtigatiora & auctiora tredita. Pariſiis, apud Andr. Wechelum, 1571, in 8. Venetiis, apud Valgriſium, 1572, in 8. Lugd. apud Guil. Rouillium, 1578, in 8. Francof. apud Johannem Wechelum, 1589, in 12, Ibidem, apud Jonam Rhodium, 1603, in 12. Pariſiis, apud Adrianum Perier, 1611, in 4. Poſtremis tribus Editionibus acceſſit præterea ejusdem Authoris Liber, de Materia Chirurgica: & Therapeja Puerperarum Joh. le Bon. Et in ſpecie ultimam Editionem Pariſienſem 1611 Renatus Charterius *Vindocinus* recenſuit & publicavit.

De Materia Chirurgica Libri tres. Pariſiis, apud Wechelum, 1552, & 1571, in 8. Francof. apud Eundem, 1589, in 12. Ibidem, apud Hæredes Petri Fiſcheri, 1603, in 12. Extant etiam cum Libris v. de Chirurgica Inſtitutione Johannis Tagaultii, quem vide ſuo loco. Item cum ejusdem Hollerii de Morbis Internis Libris duobus; quem itidem vide ſuo loco.

☽ Ad Libros Galeni de Compoſitione Medicamentorum κατὰ τόπους Periochæ VIII. Francof. apud Joh. Wechelum, 1589, in 12. Ibidem, apud Hæredes Petri Fiſcheri, 1603, in 12.

In

In Aphorismos Hippocratis Commentarii septem. Recens per Johannem Liebautium, *Divionensem*, in lucem editi, Ejusdemque Scholiis doctissimis illustrati. Parisiis, apud Jac. du Puys, 1579, & 1583, in 8. Lipsiæ, apud Henricum Osthausium, 1597, in 8. Francof. apud Paul. Brackfeld, 1597, in 16. apud Bitschium, 1604, in 8. Lugduni, apud Petrum & Jac. Chouet, 1620, in 8. Genevæ, apud Petrum Chouet, 1644, in 8.

Magni Hippocratis Coaca Præsagia. Opus planè divinum, & veræ Medicinæ tanquam Thesaurus, cum Interpretatione & Commentariis, nunc primùm Desiderii Jacotii, *Vandoperani*, operâ in lucem editis. Ejusdem Desiderii Jacotii Commentariorum ad idem Opus Libri tredecim, tribus Sectionibus distincti. In quibus Symptomatum omnium, quæ in ægris apparent, causæ, vires, & significationes demonstrantur. Lugd. ap. Gul. Rouillium, 1576, in fol.

⊙ JACOBUS HOLSTIUS

Dissertatio de Flammula Cordis. Extat cum Thom. Bartholini Epistola de Flammula Cordis. Hafniæ, apud Danielem Paulli, in 8. sine expressione anni.

JACOBUS HORSTIUS

De Vite Vinifera, ejusque partibus, Opusculum. In quo tum Vinorum, tum Aceti, tum Passularum differentiæ, usus, substantia, complexio, eaque optima traduntur. Helmæstadii, apud Lucium, 1587, in 8. Marpurgi, 1630, in 8.

De natura, differentiis, & causis eorum, qui Dormientes ambulant, vigilantium opera, eaque difficillima perficiunt, & aliquando culmina tabulataque ædium perreptant; cum certa ratione tum προφυλακτικῆς, hoc est, præservandi eos, ne ad hosce mores redeant: tum θεραπευτικῆς, hoc est, curandi, atque tractandi in ipso paroxysmo. Lipsiæ, apud Valentinum Vœgelin. 1593, in 8.

De Aureo Dente maxillari Pueri Silesii: primùm, utrum naturalis ejus generatio fuit, nec ne: deinde, an digna ejus interpretatio dari queat. Et de Noctambulonum natura, differentiis & causis, eorumq; tam præservativâ, quàm curativâ. Lipsiæ, ap. Eund. 1595, in 8. & 12.

Disputationes catholicæ de rebus secundùm & præter naturam. Extant cum Gregorii Horstii Medicarum Institutionum Compendio. Wittebergæ, apud Bergerium, 1630, in 8. Ibid. 1609, in 8.

☽ Epistolæ Philosophicæ & Medicinales, cum Vita Gregorii Horstii, Consulis Reip. Torgensis, &c. scripta à Reinero Reineccio. Addita est Oratio de Remoris discentium Medicinam, & earum remediis, habita ab eodem Jacobo Horstio. Lipsiæ, apud Talentinum Voegelinum, 1596, in 8.

Herbarium Horstianum, seu, de Selectis Plantis & Radicibus Libri II, in Compendium redacti à Gregorio Horstio. Marpurgi, 1630, in 8.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 499 sur 1339

☽ Precationes Medicorũ piæ. Helmſtadii, 1585, in 12. Francofurti, 1666, in 12.

Diſputatio de Febribus & Peſte, Reſpondente Adamo Hradiſteno, *Bohemo*. Ibidem, 1587, in 4.

☉ JACOBUS JANUS

Manuſcriptum Catoptricum. Typis excuſum extat cum Miſcellan. Curios. Medico-Phyſic. German. Anno Sexto & Septimo. Lipſiæ, apud Johan. Fritzſchium, 1677, in 4.

☉ JACOBUS JOHANNES WENCESLAUS DOBRZENSKY

Præſervativum Univerſale naturale, bono publico inſerviens, cum Experimento Medico D. Johannis Baptiſtæ Alpruni de Contagione Viennenſi in fine adjecto. Pragæ, apud Univerſitatis Typographum, 1680, in 4. Extat etiam Miſcell. Med. Cur. Germ. Ann. IX. & X. Obſ. 170.

Johannis Marci Marci à Kronland Otho-Sophiam ſeu Philoſophiam Impulsûs univerſalem edidit. Vetero-Pragæ, apud Danielem Michalek, 1682, in 4.

Obſervatio, de Morte horrida febre malignâ laborantis. Extat Eph. Acad. Nat. Cur. German. An. I. N. 78.

de artificiali Pygmæorum efformatione. Ibid. An. eod. N. 79.

de Morte miſera Hypochondriaci ab inunctione mercuriali. Ibid. An. eod. N. 80.

Obſerv. de Calculis Cyſtidis felleæ & Meatu hepatico. Ibid. An. eod. N. 129.

de Anatome Cerebri Bovis petrefacti. Ibid. An. eod. N. 130.

de Calce Podagricorum. Ibid. An. II. N. 65.

de Analogia terræ motûs, anno elapſo in Tyroli facti cum Hypochondriacis. Ibid. Ann. eod. N. 66.

de Epilepſia fœminæ parturientis. Ibid. An. eod. N. 67.

de Morte repentinâ ex morbo caduco. Ibid. An. eod. N. 179.

de Partu impedito ob abſceſſum uteri. Ibid. An. eod. N. 180.

de Calculo pulmonum & ventriculi. Ibid. An. eod. N. 181.

de Morte ex uſu Hellebori albi. Ib. An. eod. N. 182.

de Perlarum maturationis hiſtoria. Ibid. An. eod. N. 183.

de incremento plantarum & fructuum impedito. Ibid. Ann. III. N. 242.

de Hæmorrhagia Nyctalopiam ſubſequente. Ibid. An. eod. N. 243.

☉ JACOBUS JOSEPHUS JOEPSERIUS

Hagoge ſeu Manuductio ad Vitam longiorem: variis de tuenda reparandâque valetudine Diſſertationibus illuſtrata, & ſelectis, tum Veterum Recentiorum Medicorum ſcitis placitisque ſtabilita: publico omnium Biophilorum emolumento, in lucem edita. Noribergæ, apud Michael. & Joh. Frideric. Endteros, 1680, in 4.

JACO-

JACOBUS LANDSBERG

Disputatio Scholastica, de Mōscho, adversus Medicos Mittelburgenses.

JACOBUS LAVELLIUS, *à Castronovo*

De Pulsibus ad Tyrones, Liber, & Commentarii in primum Librum Prognosticorum Hippocratis. Venetiis, apud Joh. Bapt. Ciottum, 1620, in 4. Ibidem, 1609, in 8.

Compendium Medicinæ. Venet. 1609, 1610, in 8.

JACOBUS LEBSELTER

De Ratione Præservandi à Peste. Lipsiæ, 1598.

Theses de Vulneribus, quæ Sclopetorum globulis infligi solent, eorumque curatione. Lipsiæ, apud Lantzenberg, 1596, in 4.

⊙ JACOBUS LE MORT

Pharmacia Medico-Physica, Rationibus & Experimentis instructa, accuratiore methodo adornata: Nec non Observationibus Medicis illustrata. Lugduni-Batavorum, apud Petrum van den Aa, 1684, in 8.

Chymia Medico-Physica, Rationibus & Experimentis instructa: brevi & facili viâ Processus Spagyricos ritè & artificiosè ad finem perducendi normam exhibens. Cui annexa est Metallurgia Contracta, succinctam Metallorum Tractationem demonstrans. Ibidem, apud Eundem, formâ & anno iisdem.

⊙ JACOBUS MANCINUS

Praxis: visitandi Infirmos. Venetiis, 1659, in 8.

JACOBUS de MANLIIS, *Alexandr.*

Interpretatio Simplicium, secundum ritum Officinarum. Extat Tom. 2. Herbar. Brunsfels. in fol.

JACOBUS MANTELUS

De Epicrasi, Dissertatio. Parisiis, 1642, in 8.

JACOBUS MANTINUS

Hebræus. Claruit Venetiis, sub Paulo III. Pontifice, & Carolo V. Imperatore, circa A. C. 1542. Justus in Chronol. Medic.

Avicennæ Fen IV. primi, de Universali ratione Medendi, versio Latina. Venetiis, apud Luc. Antonium Juntam, 1530, in 8. Ettelingæ, 1531, in 8.

Avicennæ Caput XXIX tertii Canonis Fen primæ Tractatus primi de Canonibus universalibus Curationis Doloris Capitis Latinitate donatum. Extat cum Methodo universæ Artis Medicæ Cornelii à Baersdorp.

JACOBUS MARCHANT, *Parisiensis*

Declamationes in Apologiam Francisci Rosseti, quibus παράδοξον, de Cæsario Partu impugnatur. Parisiis, apud Nicolaum Delouvain, 1598, in 8.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 501 sur 1339

JACOBUS MARTINI, *Germanus*

☽ Petri de Marchetis novam Observationem, & curationem Chirurgicam edidit. Extat cum Dominici de Marchetis Anatomia. Vid. ſupra Dominic. de Marchetis.

JACOBUS MARTINUS, *Scotus, Dunckeldenſis*

De prima ſimplicium & concretorum corporum generatione Diſputatio. In qua Ariſtotelis, Galeni, & aliorum ſententia de ſimplici & abſoluta generatione, deque elementis, quatenus ad generationem deſiderentur, proponitur. Cum Præfatione Guil. Tempelli. Cantabrigiæ, ap. Thomam Thomam, 1584, in 8. Lugd. apud Joh. Wechelum, 1589, in 8. Francof. 1589, in 8.

JACOBUS MENTELIUS, *Pariſienſis Medicus*

⊙ Epiſtola ad Johannem Pecquetum. Extat cum Siboldi Hemſterhuis Meſſe Aurea. Heidelbergæ, apud Adrianum Wyngärden, 1659, in 8.

Epiſtola ad R. P. Philippum Labbeum. Extat cum hujus Chronologico Cl. Haleni Elegio. Pariſiis, apud Claud. Cramoiſy, 1660, in 4.

JACOBUS MILICHIUS

☽ *Natus eſt Friburgi Briſgoiæ A. C. 1501, Patre Senatore dictæ Urbis præcipuo: familiaris & charus fuit Eraſmo Roterodamo, Philippo Melanchthoni, & Joachimo Camerario, aliisq; tum temporis Celebrioribus Viris: Mathematicas Artes diligentiſſimè excoluit, easq; primus cum Volmario A. C. 1524 Wittebergam invexiſſe dicitur, ubi cooptatus in numerum Profeſſorum, Medicinam quoq; multos annos cum fructu docuit, & feliciter exercuit; ut etiam Principes Anhaltini in adversâ valetudine ſæpius ejus operâ uſi fuerint. Obiit Wittebergæ apoplexiâ A. C. 1559, ætatis ſuæ 58.*

Oratio de Hippocratis Vita. Extat Tomo II. Declamat. Phil. Melanthonis pag. 385. Editionis Argentoratenſis, apud Samuelem Emmelium, 1558, in 8.

Oratio de Vita Galeni. Extat Ibid. pag. 395.

Oratio de Vita Avicennæ. Extat ibidem, Tomi III, pag. 378.

Oratio de conſideranda Sympathia & Antipathia in rerum natura. Extat ibidem Tomi IV. pag. 204. & Witteberg. 1550, in 8.

Oratio de Arte Medica. Extat ibidem, pag. 216.

Oratio de ſtudio doctrinæ Anatomicæ. Extat ibidem, pag. 266. & Witteberg. 1550, in 8.

Oratio de partibus & motibus Cordis. Extat ibidem, pag. 291.

Oratio de Pulmone, & de diſcrimine arteriæ tracheæ, & œſophagi. Extat ibidem, pag. 679.

Commentaria in Lib. ſecundum Plinii Hiſtoriæ Mundi. Francofurti, apud P. Brubachium, 1553, in 4.

Quæſtio, an rectè dictum ſit à Xenophonte: Bibendum eſſe ita, ut ſitiens deſinas. Extat ibidem, pag. 893.

Quæ-

Quæstio de Febrium Rigoribus, & eorundem differentia. Extat ibidem, pag. 920.

JACOBUS MOCCIUS, *Friburgensis*

De Morbis totius ferè corporis humani ex bolari & sabulosa substantia excitatis, Pars Prima Historica. Friburgi, apud Beckherum, 1594, in 8.

Da causis concretionis & dissolutionis rerum quarundam tam extra, quàm intra corpus humanum, Tractatio Historica, Philosophica & Medica, secundum Veterum ac Recentiorũ placita descripta & in tres partes distributa. Friburgi Brisgojæ, ap. Martinum Bocklerum, 1596, in 8.

Disquisitio Calidi innati & Influentis. Marpurgi, 1627, in 4.

JACOBUS MOSANUS

De Natura, Viribus & Usu Aquarum Medicatarum in Agro Cassellano denuo patefactarum. Cassellis, 1609, in 4.

JACOBUS MULLERUS

☉ *Natus Torgæ, Oppido Misniæ, A. C. 1594, Patre Fabiano Mullero, Senatore. Anno 1618 Giessæ Professor Matheseos designatus, & eodem adhuc anno Medicinæ Doctor creatus est. Anno 1625 Marpurgum secessit, Matheſin porro doctũ. Anno 1637 Principis Johannis, Hassiæ Landgravii Ducisq; belli, & totius ejus exercitus Medicus & Architectus castrensis constitutus est. Sed in Misnia febre ardente correptus, eâdem obiit A. C. 1637, ætatis suæ 43, sepultus honestissimè in patria sua.*

De coalitu partium genitalium, Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, apud Saurium, 1618, in 4, pag. 517.

De natura motus animalis & voluntarii, Exercitatio singularis, ex principiis Physicis, Medicis, Geometricis & Architectonicis deducta. Extat ibidem, pag. 521.

JACOBUS OETHÆUS

De recto usu Medicinarum tum in sanis, tum in ægris, cum Declaratione errorum, qui in iis fiunt. Item quomodo sanitas conservari possit. Dillingæ, 1574, in 8.

Oratio de Optima Medicorum Secta. Extat Tomo 1. Orationum Ingolstadiensium.

Oratio de Laudibus Diæteticæ. Extat ibidem.

JACOBUS OLIVARIUS, *Avenionensis*

Scholia ad Prosopopœam Animalium aliquot Johannis Ursini Med. In qua multa de eorum viribus, natura & proprietatibus, præcipuè ad rem Medicam pertinentibus continentur. Viennæ, apud Matthiam Bonhomme, 1541, in 4.

JACOBUS PACINUS, *Bononiensis*

De tenuis humoris Febrem facientis ante purgationem per Artem in-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 503 sur 1339

craſſatione: nec non Græcorum ſuper hoc cum Arabibus conciliatione peracuta Diſceptatio. His pleraque alia ad Medicam Artem ſpectantia adjecta ſunt. Ejusdem Quæſitum, num in morbis juxta Hippocr. & Galenum cauſa continens concedatur. Venetiis, apud Aldum, 1558, in 8. apud Bologninum Zalterium, 1559, in 8.

☉ JACOBUS PANCRATIUS BRUNO, *Altdorphinus*

Caſparis Hoffmanni Iſagogen Medicam edidit. Lipſiæ, apud Johannem Bartholomæum Oehlerũ, 1664, in 12. Ibidem, apud J. H. Ellingerum, 1678, in 12.

Oratio, de Vita, Moribus & Scriptis Caſpar. Hoffmanni. Extat cum ejusdem Hoffmanni Iſagoge Medicâ. Lipſiæ, apud Johannem Bartholom. Oehlerum, 1664, in 12. Ibidem, ap. J. H. Ellingerum, 1678, in 12.

D. Johannis Jeſſenii à Jeſſen Equit. Hungar. de Sanguine, Venâ ſectâ, dimiſſo Judicium: Notis & Caſtigationibus ad hodierna & vera Artis Medicæ principia accommodavit & edidit. Noribergæ, apud Mich. & Joh. Frideric. Endteros, 1668, in 12.

Dogmata Medicinæ Generalia in ordinem noviter redacta, à rebus extraneis depurata, & ad vera, Recentiorum præſertim, principia accommodata. Ibidem, apud Eosdem, 1670, in 8.

Remoræ ac Impedimenta Purgationis, in Scriptis Hippocratis detecta, per vera Artis Medicæ principia demonſtrata, aliisque Veterum & Recentiorum Doctorum teſtimoniis confirmata, & Exercitationibus quinque comprehenſa. Quibus annexæ ſunt ejusdem Brunon s Theſes Medicæ de Purgationis Modo ac Viis ad Alvum: unà cum quorundam ἐλλειμμάτων Appendice, geminoq; Indice. Altdorffii, ap. Henricum Meyerum, 1676, in 4.

Caſtellus Renovatus, hoc eſt, Lexicon Medicum, quondam à Barthol. Caſtello, Meſſanenſi inchoatum, per alios poſtmodo continuatum, nunc verò ad vera novaque Artis Medicæ principia accommodatum, à plurimis mendis, & vitioſis allegationibus correctum, & innumerabilium penè Vocabulorum acceſſione amplificatum. Norimbergæ, apud Johannem Danielem Tauberum, 1682, in 4.

Mantiſſa Nomenclaturæ Medicæ Hexaglottæ, Vocabula Latina ordine Alphabetico cum annexis Arabicis, Hebræis, Græcis, Gallicis & Italicis proponentis. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

JACOBUS de PARTIBUS

☽ *Natus eſt Tornaci Belg. Vir Medendi ſcientiâ Celeberrimus, Caroli VII. Galliæ Regis & Philippi, Ducis Burgundiæ Archiater poſteaq; patriæ Eccleſiæ Canonicus & ſacri ærarii Præfectus. Obiit in paria circa A. C. 1465.*

Gloſſa Interlinearis in Practicam Alexandri, Lugduni, 1504, in 4. Ex-

Explanatio in Avicennam, una cum Textu ipsius Avicennæ à se castigato, & expositio. Lugduni, apud Johannem Trechsel, 1498, in fol. 4. Voll.

Expositio super Capitul's videlicet de Regimine ejus, quod comeditur & bibitur, VII: Et de Regimine Aquæ & Vini, VIII Doctr. II Fen III Primi Avicennæ. De quibus nulla per Jacobum Forolivienſem inventa eſt eruditio. Extat cum Jacobi Forolivienſis Expoſitione in primum Avicennæ Canonem. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1518, in fol.

Excerpta de Balneis. Extat p. 352. Operis Veneti de Balneis.

Summa Alphabetica Morborum ac Remediorum ex Libris Meſuæ excerpta. Extat cum Alphonſi Bertocii Methodo curativa. Lugduni, apud Jac. Fabrum, 1589, in 8. & cum Promptuario Medicinæ Jacobi de Dondis. Venetiis, apud Juntas, 1576, in fol.

Inventarium, ſeu, Collectorium Receptarum omnium Medicaminum, Confectionum, Pulverum, Pilularum, Emplaſtrorum, Unguentorum, Oleorum, & aliorum cuivis uſui reſervandorum. Extat in oblongo quarto. Loco & tempore edit. omiſſis

JACOBUS PELETARIUS,

⊙ *Natus eſt in Gallia. Libertatem in omni vita ſervavit: hincq; per omnes omnium generum diſciplinas liberius evagatus eſt, & nullibi unquam ſtabile domicilium elegit: unde etiam etſi Medicinæ nomen dederit, Matheſeos tamen & Poeſeos ſtudia, quibus juvenis flagraverat, neque vir, neque ſenex, unquam depoſuit. Obiit Lutetiæ A. C. 1582.*

De Peſte, Compendium. Baſileæ, apud Joh. Oporinum, 1557, in 8.

De Conciliatione Locorum Galeni, Sectiones duæ. Pariſiis, apud Andr. Wechelum, 1560, in 4. Extant etiam cum Hieroymi Cardani Contradicentium Medicorum Libris duobus. Pariſiis, apud Jacobum Macæum, 1565, in 8. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1607, in 8.

JACOBUS PONS, *Lugdunenſis*

De nimis licentiosâ Sanguinis Miſſione, quâ hodie plerique abutuntur, brevis Tractatio. Lugd. ap. Paul. Frellonium, 1596, in 8. apud Joh. Pillehotte, 1600, in 8.

Medicus, ſeu, ratio ac via aptiſſima, ad recte tum diſcendam, tum exercendam Medicinam. Acceſſerunt in Tyronum gratiam, breves in Hiſtoriam Plantarum Rovillii Annotationes ejusdem Authoris. Lud. ap. Joh. Pillehotte, 1600, in 8.

JACOBUS PRÆFECTUS, *Netinus*

De diverſorum Vini generum natura, Liber. Venetiis, ap. Jordanum Zilettum, 1559, in 8.

JACOBUS PRIMIROSIUS

Exercitationes, & Animadverſiones

nes in Librum de Motu Cordis, & Circulatione Sanguinis, adverſus Guilielmum Harveum. Londini, ap. Gul. Jones, 1630, in 4.

Animadverſiones in Joh. Walæi Diſputationem, quam pro Circulatione Sanguinis Herveana propoſuit. Cui addita eſt de Uſu Lienis, adverſus Medicos recentiores, Sententia. Amſtelodami, apud Joh. Janſſonium, 1639, 1641, in 4.

Animadverſiones in Theſes, quas pro Circulatione Sanguinis in Acad. Ultrajectinenſi D. Henricus le Roy, ibidem Medicinæ Profeſſor, diſputandas propoſuit. Lugd. Batav. ap. Joh. Maire, 1640, 1644, in 4.

Ars Pharmaceutica, ſeu, Methodus breviſſima de Eligendis & Componendis Medicinis. Amſtelodami, apud Johan. Janſſonium, 1651, in 12.

Enchiridion Medicum Practicum, Complectens omnium morborum communium & particularium naturam, cauſas, ſigna, & curationem. Amſtelodami, apud Joh. Janſſonium, 1650, & 1654, in 12.

De Morbis Mulierum & Symptomatis, Libri v. In quibus plurimi tum Veterum, tum Recentiorum errores breviter indicantur, & explicantur. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1655, in 4.

Deſtructio Fundamentorum Medicinæ Vopiſci Fortunati Plempii, ubi breviter quater centum ipſius errores demonſtrantur. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1657, in 4.

☽ De vulgi Erroribus in Medicina, Lib. quatuor; I, de Erroribus circa Medicos. II, de Erroribus circa Morbos quosdam, & eorum cognitionem. III, de Erroribus circa Victus rationem ſanorum & ægrorum. IV, de Erroribus circa remediorum uſum. Amſtelod. apud Joh. Janſſonium, 1639. Recenſitus ab Authore, & plus quam tertiâ parte auctus. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1658, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1668, in 12.

Antidotum, adverſus Henrici Regii venenatam Spongiam, ſive, Vindiciæ Animadverſionum.

De Febribus, Libri quatuor. In quibus plurimi Veterum & Recentiorum errores declarantur, & refelluntur. Cum plurimis novis, & Paradoxis. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1658, in 4.

☽ Partes duæ de Morbis Puerorum. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1659, in 12.

☉ JACOBUS ROLANDUS, *à Belebad*

Agloſſoſtomographia, ſive, Deſcriptio Oris ſine Lingua, quod perfectè loquitur, & reliquas functiones naturaliter exercet, è Gallica in Latinam verſa & Annotationibus illuſtrata à Carolo Raygero. Extat cum Miſcellan. Curios. ſive Ephemerid. Medico-Phyſicarum German. Anno Tertio. Lipſiæ & Francofurti, apud Hæred. Schureri-Götzianos & Joh. Fritzſchium, 1673, in 4.

☉ JACO-

⊙ JACOBUS ROMERUS

Collectanea Medic. Practica. Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Exotic. Curat. & Observat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, ap. Christian. Balthasar. Kuenium, 1676, in 4.

⊙ JACOBUS ROTHIUS

Observatio, de Cultrivoro Basileensi. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. III. N. 189.

JACOBUS RUEFF, *Tigurinus*

De Conceptu & Generatione hominis, & iis, quæ circa hæc potissimùm considerantur, Lib. IV. Insertæ quoque sunt Picturæ variæ Fœtus, primùm in utero siti, deinde in partu, mox etiam matricis & instrumentorum ad partum promovendum, & extrahendum pertinentium, nec non postremò variorum monstrosorum insuper. Tiguri, apud Christoph. Froschoverum, 1554, in 4. Francofurti, apud Sigism. Feirabendium, 1587, in 4. & in Gynæciorum Libris ab Isr. Spachio editis, pag. 167.

Libellus de Tumoribus quibusdam Phlegmaticis non naturalibus. Tiguri, apud Christoph. Froschoverum, 1556, in 4.

JACOBUS SANTALBINUS, *Metensis*

Palladii Scholia, in Lib. Hippocr. de Fracturis, Græca, Latinè interpretatus est.

JACOBUS SCHALLINGIUS, *Winshemio-Francus*

⊙ Philosophia Transnaturalis & Sancta Scriptura Naturæ obviis exemplis, sapientium Virorum sparsis testimoniis. Adjecta est de Febrium Generibus Physica Inquisitio. Giessæ, apud Johannem Birckmerum, 1614, in 12.

De natura Oculorum, 1615, in fol.

JACOBUS SCHEGKIUS,

⊙ *Natus est Schorndorffii, Wirtenbergico Oppido A. C. 1511, Patre Bernhardo Degem, vulgò dicto Schegkio, Viro plebejo quidem, sed honesto. Anno 1529 Tubingæ Magister Philosophiæ creatus, & paulò post eâdem in Academia Professor publicus constitutus est. Biennio pòst, nempe 1531 Theologiæ quoq; operam dare cæpit, & post illud demum tempus Medicinæ studia amplexus, Doctor Medicinæ 1539 renunciatus est. Abinde Medicinam quidem docuit, sed nunquam publicè exercuit; ab Amicis verò consultus saluberrima Consilia præscripsit; idq; ob imbecillitatem oculorum nativam. Anno enim 1577 visu penitus privatus per integrum decennium studia majori alacritate prosecutus est, & plerosq; Tractatus suos demum edidit: intra quod temporis spatium cùm quidam Ophthalmicus, se ei visum restituere velle, pollicitus esset, respondisse fertur: se multa in vita vidisse, quæ maluisset non videre; optareq;, se etiam ad nonnulla surdum fuisse. Anno 1586 percussus apo-*

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 507 sur 1339

plexiâ per totum nihilominus annum ſtudia ſolita tractavit, donec obiit 9. Maij A. C. 1587, ætatis ſuæ 76.

Tractationum Phyſicarum & Medicarum Tomus unus, VII Libros complectens: quorum I. eſt de occultis & manifeſtis Medicamentorum facultatibus, nec non etiam de falſa opinione, qui ſola craſi elementorum, & non etiam formâ ſubſtantiali, res inanimas ſubſiſtere, cenſent. II, Purgantia medicamenta non ſimilitudine purgandi humoris, neque tractu etiam ejusdem, efficacia dici debere. III, Spiritum, qui contineatur in ventriculis cerebri, non eſſe animalem, ſed vitalem. IV, De Corde & principatu ipſius inter reliqua organa vegetatricis animæ. V, De Caloris vi & efficacia in rebus naturalibus, tum generandis, tum corrumpendis. VI, Rigoris in Febribus cauſam, à Galeno verè & rectè expoſitam, perperam & falſo à quibusdam reprehendi. VII, Confutatio erroris Simonis Simonii, quo contra Galenum ſentiens negat, putridarum febrium cauſam eſſe putredinem humoris alicujus, exiſtimans, Febris cauſam principalem eſſe dyscraſiam fervidam flavæ bilis, cujus fervore inflammatum Cor Febr m [atiatur. Francof. apud Joh. Wechelum, 1585, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1590, in 12. Huic Editioni præmiſſa eſt Commentatio: Utrum morbus aliquis ſubſtantialis, ſeu ſecundum ſubſtantiam poſſit dici: contigitque ei paulò alius, nempe hic titulus: Diſputationum Phyſicarum & Medicarum Libri VIII.


⊙ JOHANNES ab ANGELIS

Vindiciæ Dissertationis Epistolicæ Theodori Aldis de Generatione Animalium contra Harveium. Amstelodami, 1667, in 12.

JOHANNES ANGELUS de CONTECILLIS, *ab Aquila*

Practica rationalis, de medendis Morbis per causas, & signa, Libros tres percurrens. Tractatus de differentiis & curatione Febrium, ac de Sanguinis Missione. Romæ, 1590, in 8.

Tractatus de Febrium differentiis & curatione: ac de Venæ sectione. Venetiis, 1583, in 8.

JOHANNES ANGLICUS

☽ *Dictus etiam Johannes de Gadesden. In Medicinis multum Empiricus. Philosophus non vulgaris. Vixit circa A. C. 1537. Justus in Chronolog. Medic.*

Rosa Anglica dicta, quatuor Libris distincta: de Morbis Particularibus: de Chirurgia, & Pharmacopœia. Papiæ, apud Moysium de Castello Comensis, 1492, in fol. Emendante Nicolao Sylvatico, *Siculo*. Venetiis, apud Octavium Scotum, 1516, in fol. Augustæ Vindelicorum, apud Michaelem Mangerum, 1595, in 4. Hæc postrema Editio emendatior, & in meliorem redacta ordinem recens edita est à Philippo Schopfio, Medico Physico Durlacensi. Cum additis quibusdam Annotatiunculis.

JOHANNES ANTARVETUS

Apologia pro Judicio S. Scholæ Parisiensis de Alchymia. Ad Harveti, & Baucyneti recoctam Crambem. Parisiis, apud Hadr. Perier, 1604, in 12. Francofurti, 1604, in 8.

JOHANNES ANTONIDES van der LINDEN,

⊙ *Natus Enchusæ Belg. A. C. 1609, Patre*

Patre Antonio, primùm Enchuſani Gymnaſii Rectore, & deinde ibidem, tandemq. Amſtelodami Doctore Medico felici: Avo verò Henrico, Enchuſæ Verbi divini Miniſtro, & poſt in Academia Franeckerana Theologiæ Profeſſore: & Proavo Antonio, Nerdæ Ludimagiſtro & in Choro Cantore. Noſter Joh. Anton. Franeckeræ 1630 Medicinæ Doctor creatus, & 1639 ibidem Profeſſor Medicinæ declaratus eſt; quam Spartam cùm 12 ferè annos ſolus ornaſſet, anno 1651 Lugdunum Batav. conceſſit, factus ibi Medicinæ Profeſſor, ubi etiam obiit A. C. 1664, ætatis ſuæ 65.

Univerſæ Medicinæ Compendiú, quinque Centu iis, ſub clypeo Clariſſ. Viri D. Menelai Winſhemii, Med. Doct. & in illuſtri Friſiorum Academia ejusdem Facultatis & Anatomes Profeſſoris, publico examini decem Diſputationibus propoſitum. Franekeræ, apud Ulricum Balck, 1639, in 4. Addita eſt Centuria Inauguralis Poſitionum Medico-Practicarum de Virulentia Venerea, ibidem propoſita, & defenſa ad d em XVIII Octobris MDCXXX.

☽ De Scriptis Medicis Libri duo, Quibus præmittitur ad D. Petrum Tulpium Manuductio ad Medicinam. Amſtelredami, ap. Johannem Blaeu, 1637, in 8. Ibidem, ap. Eundem, 1651, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1662, in 8. Hæ poſtremæ Editiones auctæ, & u que ad d ctos annos continuatæ ſunt. Sed omiſ â Manuductione ad Medi inam. Noribergæ, apud Johannem Georgium Endterum, 1686, in 4. Hæc Ed.tio it dem usque ad dictum annum continuata & aucta, novumque, & hunc ipſum, quem hic ipſe Liber præ ſe fert titulum nacta eſt, operâ & ſtudio Georg. Abraham. Mercklini, Jun.

Manuductio ad Medicinam. Editio altera interpolata, à Vopiſ.o Fortunato Plempio, in Academia Lovanienſi Anteceſſore; cum hujus Epiſtola ad Studioſos ſuos. Lovanii, ap. Cœneſteinium, 1639, in 12.

Medulla Med cinæ, Partibus quatuor comprehenſa. Tomus prior. Præmiſſa ſunt Oratio de Medico futuro neceſſariis, & Manuductio ad Me icinam. Franekeræ, apud Ulricum Balck, 1642, in 8.

☉ Adriani Spigelii Opera, quæ extant omnia, recenſuit, & cum additâ Præfatione edidit. Amſtelodami, apud Joh. Blaeu, 1645, in fol. reg.

Hier. Cardani, de Utilitate ex adverſis capienda Lib. IV. ſeriò emendatos edidit. Franekeræ, ap. Idzardum Balck, 1648, in 8.

Medicina Phyſiologica, novâ curatâque Methodo ex optimis quibusque Auctoribus contracta, & propriis Obſervationibus locupletata. Amſtelodami, apud Joh. à Ravenſtein, 1653, in 4.

Selecta Medica, & ad ea Exercitationes Batav. Lugduni Batav. apud Joh. Elzevirium, 1656, in 4.

Continentur autem hoc Opere iſta:

1. Medico futuro neceſſaria. Hippocrates l. t. 11. 8.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 531 sur 1339

©BIUM

II. Sapientia Medica. Hipp. l. de Eleg. t. v. 66.
III. Pietas Hippocratea. Hipp. t. de Eleg t. VI. 95.
IV. Ariſtippus Iliacus. Hipp. v. Epid. t. XXXVI. 96.
V. Sepia volvox. Aretæus l. de Cauſſis & Signis Acutorum II. 6.
VI. Stranguria Illioſa. Hippocrates Aph. VI. 44.
VII. Volvulus frigidus. Hipp. II. Epid. VI. 25.
VIII. Tiſameni Colica. Hipp. III. Epid. II. 6.
IX. Cappadox hepaticus. Plantus Curculione, Act. II. Sc. I. 15.
X. Vini pleni, S. Lucas Actor. II. 13.
XI. Aſellus Lucius. Athenæus Deipnoſoph. VII. 18.
XII. Scomphus Pleuriticus. Hipp. V. Epid. I. 3.
XIII. Oeniades famelicoſus. Hipp. V. Epid. II. 6.
XIV. Mantiſſa Oeniadæ. Galenus VI. Epidem. III. 29.
XV. Nicippus Gonorrhœus. Hipp. IV. Epid. XXIX.
XVI. Clonigus Nephriticus. Hippoc. VII. Epid. LV.

⊙ Diſſertatio de Lacte. Extat cum Anton. Deuſingii Diſſertationibus duabus; quarum prior de Motu Cordis & Sanguinis; altera de Lacte agit: Cum aliis in ſecunda Editione adjectis. Groningæ, apud Franc. Bronckhorſt, 1655, in 12.

☽ De Hemicraniâ menſtruâ, Hiſtoria & Conſilium. Lugduni Batavorum, apud Joh. Elzevirium, 1660, in 4. Ibid. 1668, in 4.

☽ Meletemata Medicinæ Hippocraticæ. Lugduni Batavor. apud Joh. Zach. Baronium, 1660, in 4. Francofurti, 1672, in 4. Hanc Editionem adornavit Joh. Jacobus Döbelius.

Hippocrates de Circuitu Sanguinis. Lugduni Batav. apud Joh. Elzevirium, 1661, in 4.

⊙ Oratio Funebris in exceſſum V. C. Adolphi Vorſtii, Med. Doct. & Prof. Lugd. Batav. Lugd. Batav. 1664, in 4.

⊙ A. Corn. Celſi de Medicina Libros octo recognovit, & edidit. Lugduni-Batavorum, apud Joh. Elſevirium, 1657, in 12. Ibidem, apud Salomonem Wagenär. 1665, in 12.

⊙ Hippocratis Coi Opera omnia Græcè & Latinè duobus Voluminibus comprehenſa, & ad omnes alias editiones accommodata edidit. Lugduni-Batavorum, apud Danielem, Abrahamum & Adrianum à Gaasbeck, 1665, in 8.

JOHANNES ANTONIUS, *Campenſis*

Directorium ſummæ ſummarum Medicinæ. Extat cum Phil. Ulſtadii Cœlo Philoſophorum. Lugdun. ap. Guil. Rovillium, 1557, in 16. Argentorati, 1630, in 12.

JOHANNES ANTONIUS BASSINUS

Chriſtoph. de Barziziis Introductorium cum Practica Comentariorum ad Nonum Razis emendavit.

JOHANNES ANTONIUS BOCZAVOTRA, *Parthenopæus*

Tractatus quatuordecim Methodi Meden-

Medendi ex Galeno. Neapoli, ap. Joh. Paulum Suganappum, 1549, in 8.

☉ JOHANNES ANTONIUS BUMALDUS

Bibliotheca Botanica, seu, Herbaristarum Scriptorum promota Synodia. Cui accessit individualis Gaminum omnium ab Auctoribus hucusq; observatorum numerosissima Nomenclatura. Bononiæ, apud Hæredem Benatium, 1657, in 16.

JOHANNES ANTONIUS CASALENUS, *à Francavilla Hydruntus*

Disputatio de secanda vena in Pleuritide revulsionis gratiâ, adversus Medicos Francavillenses. Venetiis, apud Joh. Bapt. Ciottum, 1605, in 4.

☉ JOHANNES ANTONIUS CLOZIUS

Observatio, de Calculo Vesicæ insigni feliciter excreto. Extat Eph. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. II. N. 124.

JOHANNES ANTONIUS FENOTA

Alexipharmacum, sive, Antidotus Apologetica ad virulentias Josephi Quercetani evomitas in Libellum Jacobi Auberti de Ortu & Causa Metallorum, contra Chymicos. In quo præter quorundam Paracelsicorum medicamentorum discussionem, omnia prope argumenta Chymistarum refelluntur. Cum Epistola ad Jos. Quercetanum. Basileæ, apud Oporinum, 1576, 1579. in 8.

JOHANNES ANTONIUS LODETTUS

☽ Dialogus de Impostur is Pharmacopolarum. Venetiis. Extat etiam cum Lisetti Benancii Declaratione Fraudum & Errorum apud Pharmacopœos commissorum. Francofurti, apud Justum Rächerum, 1667, in 8.

JOHANNES ANTONIUS MAGINUS, *Patavinus*

De Astrologica ratione, ac usu Dierum Criticorum, seu, Decretoriorum; ac præterea de cognoscendis, & medendis morbis ex corporum cœlestium cognitione. Opus duobus Libris distinctum. Quorum primus complectitur Commentarium in Cl. Gal. Librum tertium de diebus decretoriis: Alter de legitimo Astrologiæ in Medicina usu. Venetiis, apud Hæred Damiani Zenarii, 1607, in 4. Francofurti, apud Wolfgangum Richterum, 1608, in 4.

JOHANNES ANTONIUS PANTHEUS, *Veronensis*

Cõfabulationes de Thermis Chalderianis, quæ in Veronensi agro sunt. In his etiam Ferri, Nitri, Sulphuris naturam, vim, ac medicinas edocet. Vicentiæ, 1488, in fol. postea p. 110. Operis Veneti de Balneis.

JOHANNES ANTONIUS PHRYGIUS

In Hippocratis Prognostica Explanatio. Ticini, 1608, in 8.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 533 sur 1339

JOHANNES ANTONIUS ROVERELLUS, *Bologninus*

De Morbo quodam, Paturſa affectu, Tractatus. 1537, in 8.

JOHANNES ANTONIUS SICCUS, *Cremenſis*

De Optimo Medico, ad Victorem Trincavellium, Caput primum Libri de Antiqua Medicina ejusdem. Venetiis, apud Juntas, 1551, in 4.

Compendium de Balneis ex Hippocrate & Galeno. Extat pag. 489. Operis Veneti de Balneis.

JOHANNES ANTONIUS VENERIUS, *Venetus*

De Oraculis & Divinationibus Antiquorum, Tractatus ſuccinctus & exquiſitus. Baſileæ, 1628, in 8.

JOHANNES ARCÆUS

De Curandorum Vulnerum ratione. Ejusdem de Febribus. Antverpiæ, 1574, in 8.

JOHANNES ARCULANUS, *aliàs* HERCULANUS,

☽ *Natus eſt Romæ, vel, ut alii volunt, Veronæ. Fuit Medicus ſuâ ætate celeberrimus, æqualis Hugonis Senenſis. Bononiæ & Patavii per plures annos docuit, tandemq; Ferrariæ, ubi medio ſtudiorum curſu obiit. Claruit A. C. 1460 uſq; ad annum 1484.*

☽ Practica Medica, quâ artificiosâ Methodo, & incredibili mortales juvandi ſtudio, ſine invidiâ, omnium morborum & ſymptomatum (quæ à Capite usque ad calcem in humani corporis exterioribus & interioribus partibus accidere conſueverunt) cauſas & remediorum præ ag'a exponit: partium quoque ſitu & conſtitutione demonſtratis, ſive, Expoſitio vel Commentarii in nonum Rhazis, *Arabis*, ad Regem Almanſorem Librum; ubi loci etiam affecti, morborum ſpecies, & prælidiorum natura explicantur. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol. apud Andr. Toreſanum de Aſculi, 1504, in fol. Baſileæ, apud Henricum Petrum, 1540, in fol. Venetiis, apud Juntas, 1542, 1557, in fol. apud Vinc. Valgriſium, 1560, in fol. cum Scholiis Johan. Marinelli.

Expoſitio perutilis in primam Fen quarti Canonis Avicennæ, una cum Annotamentis Præſtantiſſimi Viri, Domini Symphoriani Champerii, ſive, Champegii, *Lugdunenſis*, Equitis aurati, &c. Lugd. ap. Jac. Myt, 1518, in fol. Venetiis, apud Valgriſium, 1560, in fol.

Excerpta ex Commentariis in Raſem ad Almanſorem, quæ ad Balnea pertinent. Extant pag. 320 Operis Veneti de Balneis.

JOHANNES ARCULARIUS

De Acidulis Schwalbacenſibus, Epiſtola, quæ ſimul continet Hiſtoriam mirabilis delirii. Extat cum Reſponſis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit. Francof. apud Matth. Merianum, 1631, in 4, pag. 60.

JOHAN-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 534 sur 1339

JOHANNES ARGENTERIUS,

Natus eſt Caſtelnovi, vel, juxta alios, Pedemontii. Fuit primò Medicinæ Profeſſor Neapoli, deinde Piſis, poſtea in Monte Regali, tandemq; Auguſtæ Taurinorum, cujus Academiæ ſub Emanuele Philiberto, Sabaudiæ Duce, reſtaurator perhibetur. Hunc Virum, Johannes Huartus ſcribit, licèt ſpeculando, ſcribendoq; inclutum, medendo tamen ſupra quam credi poſſit infelicem fuiſſe, adeo, ut Auguſtæ Taurinorum, ubi civitate ornatus eſt, plurimi ægrotorum ejus acceſſum ceu inauſpicatum reformidarint. Floruit circa A. C. 1559, vel, ut alii volunt, 1572.

Opera omnia; quorum nonnulla jam ante excuſa, plurima verò à nemine hucusque viſa, avidiſſimè tamen deſiderata, tandemque ab Hæredibus ipſius reperta & in lucem prolata ſunt. Omnia nunc pridem ex Exemplari Veneto diligentiùs reviſa, ex diviſis quatuor partibus in unum Volumen collecta, ac ab innumeris, quibus hinc inde ſcatebant, mendis emaculata. In quibus præcipuæ difficilesque materiæ, tam Medicæ, quàm Philoſophicæ, & præſertim hâc tempeſtate adhuc controverſæ, non doctè minùs, quàm ſubtiliter & enucleatè elucidantur, ipſiusque habitæ ſanitatis tuendæ, & amiſſæ pariter recuperandæ ratio pleniſſimè traditur. Acceſſit Fabii Paulini, *Utinenſis*, in Libros Artis Medicinalis Galeni per Tabulas Oeconomia. Hanoviæ, apud Hæred. Cl. Marnii, & Wechel 1610, in fol. Venetiis, apud Joh. Bapt. Ciottum, 1592, in fol. 3 Voll. ap. Juntas, 1606, in fol. 2 Voll.

Elenchus ſingulorum Tractatuum hoc in Opere contentorum:

In Artem Medicinalem Gal. Comment. I, de Coloribus.
In Artem Medicinalem Comment. II, de Signis.
In Artem Medicin. Comment. III, de Cauſis Salubribus, &c.
In Librum primum Aphoriſmorum Hippocratis Commentarius.
In Librum ſecundum Aphoriſmor. Hippocr. Comment.
In Librum quartum Aphoriſmorum Hipp. Comment.
De Morbi generibus Liber unus.
De Morborum differentiis Liber unus.
De Cauſis morborum Liber primus.
De cauſis uniuscujusq; generis morborum Liber ſecundus.
De Cauſis differentiarum morborum Liber tertius.
De generibus & differentiis Symptomatum Liber.
De Cauſis Symptomatum Liber.
De Temporibus Morborum Liber.
De Signis Medicis Liber I.
De Signis demonſtrativis Lib. II.
De Signis memorativis, Lib. III.
De Signis Prognoſticis, Lib. IV.
De Urinis, Liber unus.
De Officiis Medici, Lib. II.
De Somno & Vigilia, Lib. II.
De Conſultandi ratione, Liber unus.
De Febribus, Liber unus.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 535 sur 1339

©BIUM

In Lib. Galeni de Febribus ad Glauconem.

De Vi purgantium medicamentorum, Tractatio.

De Cal di significationibus, & Calido nativo.

Seorsim extant:

Opera nunquam excusa, jamdiu desiderata ac è tenebris in lucem prodita: in duas partes distincta, quarum prior Commentarios in Hippocratis Aphorismorum primam, secundam, & quartam Sectiones plus sex & triginta annorum spatio elaboratos: Altera verò de Febribus Tractatum singularem: & primi Libri ad Glauconem præclaras explanationes: Item de Calidi significationibus, ac Calido nativo, doctissimum Libellum complectitur. In quibus potissimæ, ac difficill mæ totius Medicinæ Controversiæ subtiliter & exactè dijudicantur, ipsaque sanitatis tuendæ ac restituendæ ratio planissimè traditur. Venetiis, apud Juntas, 1606, in fol.

Commentarii tres in artem Medicinalem Galeni. Medicis, & Philosophis universis, qui rerum scientiâ delectantur, utiles. In Monte Regali, apud Torrentinum, 1566, 1568, in fol. Parisiis, apud Molinæum, 1553, in 8. apud Johannem Poupium, 1578, in 8.

☽ De Urinis, Liber. Lugduni, ap. Sanct-Aandream. 1591, in 8. Lipsiæ, apud Johan. Christophorum Vohlfartum, 1682, in 8.

De Somno & Vigilia: De Spiritibus, & Calido innato, Libri duo. Quibus multæ Veterum & Recentium Sententiæ expenduntur. Florentiæ, apud Torrentinum, 1566, in 4. Parisiis, apud Molinæum, 1568, in 4.

De Consultationibus Medicis, sive, ut vulgus vocat, Collegiandi ratione, Liber. Florentiæ, apud Torrentinum, 1551, in 8. Parisiis, apud Martinum Juvenem, 1557, in 8. apud Ægidium Gorbinium, 1557, in 16.

De Erroribus veterum Medicorum. Florentiæ, apud Torrentinum, 1553, in fol.

☽ De Morbis Libri XIV. In quibus continentur de Morbi Generibus Liber unus: De Morbi Differentiis, Liber unus: De Causis Morborum Libri tres: De Symptomatis, sive, Morborum Effectibus, Libri duo: De Temporibus, sive, Partibus Morborum, Liber unus: De Signis Medicis, Libri quatuor: De Officiis Medici, Libri duo. Omnia ab ipso Authore multis locis aucta & illustriora reddita. Florentiæ, apud Laurentium Torrentinum, 1556, in fol. Lugduni, 1558, in 8

JOHANNES ARMBRUSTERUS

Disquisitio Medica succincta, circa modum, quo purgant Medicamenta cathartica. Stutgardiæ, apud Gruppium, 1599, in 8.

JOHANNES ASSVERUS AMPSINGIUS, *Transisulanus*

Dissertatio Jatromathematica. In qua

qua de Medicinæ & Aſtronomiæ præſtantia, deque utriusque indiſſolubili conjugio, diſſeritur: tum verò ipſa Aſtrologia, quæ pars eſt Aſtronomiæ (quatenus quidem Arti Medicæ inſerviens, & rationibus Phyſicis, & graviſſimorum hominum obſervationibus, procul omni ſuperſtitione, nititur) à quorundam contemtu vindicatur. Roſtochii, apud Chriſtoph. Reuſnerum, 1602, in 4. 1618, in 4. ibid. 1629, in 8.

Theſes de Alopecia & Ophiaſi Reſpondente Johanne Steinmejero. Roſtochii, apud Joachimum Pedanum, 1616, in 4.

Diſputatio de Calculo Reſpondente Chriſtiano Smilovio. Ibidem, apud Eund. 1617, in 4.

De Morborum Differentiis, Liber. Roſtochii, apud Joham. Hallervord, 1619, in 4. apud Joachimum Pedanum, 1623, in 8. Annexa eſt ejusdem Autoris de Theriaca Senioris Andromachi Oratio.

De Theriaca Senioris Andromachi Oratio. Roſtochii, apud Johan. Hallervord, 1618, in 4. Ibid. 1619, in 8.

De Dolore Capitis Diſputatio. Roſtochii, apud Johan. Hallervord, 1619. in 4.

Hectas Affectionum, Capillos & Pilos humani corporis infeſtantium. Wittebergæ, apud Hæredes Samuelis Seelfiſchii, 1623, in 8. Roſtochii, apud Ferberum, 1623, in 8

JOHANNES ATROCIANUS, *Germanus*

Commentarii in Æmilium Macrum de Re Herbaria. Friburgi Briſgoiæ, ap. Emmeum, 1530, in 8.

JOHANNES AUGUSTINUS PANTHEUS, *Venetus*

Ars & Theoria Transmutationis metallicæ, cum Voarchadumia propositionibus, numeris, & iconibus rebus accommodis. Venetiis, apud Vivantium Gautherotium, 1550, in 8. Extat etiam Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

JOHANNES AURELIUS AUGURELLUS, *P. Ariminenſis*

Chryſopœæ Libri tres. Et Geronticon Liber unus, Verſu Heroico. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1582, in 8. Extat item Chryſopœa ſeorſim cum Veræ Alchymiæ Scriptoribus à Guil. Gratarolo collectis Baſileæ, ap. Henr. Petri 1561, in fol. pag. 269 Tomi II. & Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

⊙ JOHANNES AUSTRIACUS

De Memoria Artificiosâ, Libellus. Omnibus cujuscunq; ſtatûs aut conditionis hominibus, præcipuæ verò Literarûm Studioſis, Oratoribus, Theologis, Jurisperitis, atque iis, qui ad Doctoratus apicem aſcendere ſatagunt, maximè utilis & neceſſarius. Extat cum Variorum de Arte Memoriæ Tractatibus ſex. Francofurti & Lipſiæ, apud Johannem Henricum Ellingerum, 1678, in 8.

JOHAN-

©BIUM

JOHANNES BACCANELLUS

Rhegienſis, Corpore quidem puſillus, animæ verò viribus multùm præſtans, ut dicit Braſſavolus. Vixit circa A. C. 1534. Juſtus in Chronol. Medic.

☽ De Conſenſu Medicorum in curandis morbis, Libri quatuor. Ejusdem de Conſenſu Medicorum in cognoſcendis Simplicibus, Liber. Lutetiæ, ap Carolum Stephanum 1554, in 12. Venetiis, 1555, in 8. Lugduni, apud Juntas, 1558, in 16. apud Barthol. Honoratum, 1572, in 16.

JOHANNES BALCIANELLUS, *Arzignanenſis*

De Abuſu Bolorum corroborantium, Quæſtio Epiſtolaris. Extat cum Tractatibus aliis ejusdem Authoris Italico ſermone editis, in Abuſum Antimonii & Caſſiæ purgantis. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1593, in 4.

☉ JOHANNES BAPTISTA ALPRUNUS

Experimentum Medicum de Contagione Viennenſi. Extat cum Jacob. Johan. Wenceslai Dobrzensky Præſervativo Univerſali naturali bono publico inſerviente. Pragæ, apud Univerſitatis Typographum, 1680, in 4.

JOHANNES BAPTISTA BESARDUS, *Veſontinus*

☽ Antrum Philoſophicum. In quo pleraque Arcana Phyſica, quæ ad vulgatiores hum. corp. affectus curandos attinent, ſine multo verborum apparatu, ad experimenti legem, breviter & ſincerè revelantur. Quibus ordine Alphabetico annotatis, diverſa Medicamenta tam è mineralibus, quàm vegetabilibus conficiendi modus immediatè ſubjicitur. Atq; huic, Tractatus de Rebus, quæ humano Corpori eximiam & venuſtam formam inducunt: De variis Mineralium, & Metallorum Præparationibus: Deque plurimis Experimentis, quorum ſpeculatio candidioris eſt ingenii, breves, ſed fideles, annectuntur. Auguſtæ Vindelicorum, ap. David Franckium, 1617, in 4.

☉ JOHANNES BAPTISTA BIRELLUS

Alchimia nova. Hafniæ, 1654, in 4.

JOHANNES BAPTISTA CANANUS, *Ferrarienſis*

Muſculorum humani corporis Picturata Diſſectio. Ferrariæ, 1572, in 4.

JOHANNES BAPTISTA CARCANUS LEONIS, *Mediolanenſis*

Libri duo. In quorum altero de Cordis vaſorum in fœtu unione pertractatur, oſtenditurque, hâc in re explicandâ ſolum Gal. veritatis ſcopum attigiſſe, rel quos omnes Anatomicos lapſos fuiſſe. In altero de Muſculis Palpebrarum atque Oculorum motibus deſervientibus accuratè diſſeritur. Ticini, apud Hier. Bartholum, 1574, in 8.

De

De Vulneribus Capitis, Liber absolutiſſimus, triplici ſermone contentus. Mediolani, apud Petrum Tinum, 1584, in 4.

JOHANNES BAPTISTA CARDANUS, *Mediolanenſis*

De Abſtinentia ab uſu ciborum fœtidorum, Libellus exiguus, quem moriens explere non potuit. Extat in fine Lib. Hier. Cardani P. de Utilitate ex adverſis capienda. Baſileæ, ap. Henr. Petri, 1561, in 8.

JOHANNES BAPTISTA CARNEVALA, *Civitatis Styli*

De Epidemico Strangulatorio affectu. Neapoli, apud Scipionem Boninum, 1620, in 4.

JOHANNES BAPTISTA CAVALLARIUS, *Neapolitanus*

De Morbo Epidemiali, qui Nolam & Campaniam univerſam vexavit, Curativus & Præſervativus Diſcurſus. Neapoli, apud Joh. Jac. Carlinum, 1602, in 4.

JOHANNES BAPTISTA de CAVIGIOLIS

De Morbis novis interpola, cum aliquot Paradoxis. Pictavii, ap. Mareſios FFR. 1541, in 8.

JOHANNES BAPTISTA de CONDE

Aphoriſmi, ſeu, Axiomata Hippocratis, ſeptem Libris comprehenſa, Verſu Heroico explicata. Bruxellis, ap. Joh. Mommartium, 1647, in 12.

JOHANNES BAPTISTA CONFALONERIUS

Veronenſis, Philoſophus & Medicus conſummatiſſimus. Vixit circa A. C. 1535. Juſtus in Chronol. Medicorum.

☽ De Vini natura, ejusque alendi ac medendi facultate, abſolutiſſima Diſquiſitio. Venetiis, apud Petrum de Nicolinis da Sabio, 1535, in 8. Baſileæ, apud Joh. Bebelium, 1535, in 8.

JOHANNES BAPTISTA CORTESIUS, *Patavinus*

☉ *Natus eſt Bononiæ A. C. 1554, Parentibus plebeiis. In pueritia Barbitonſoriam & Balneatoriam Artem didicit, eamq; in adultam uſq; ætatem exercuit, quâ factum, ut in Xenodochio patrio Div. Mariæ Mortis, in quo ægrotis ſervitia præſtitit, horis à miniſterio ordinario ſurreptitiis, ſummo animi fervore Grammaticam primùm, & deinde Philoſophiæ quoq; ſtudia tractaverit; in quibus brevi adeo profecit, ut Aſſiſtentis in eodem Xenodochio munus acceperit. Tunc verò Medicinæ tanto ardore inſudavit, ut paulò pòſt, impetratâ Doctorali Laureâ, dignus habitus fuerit, qui in patria Academia Chirurgiam & Anatomiam publicè doceret: quo munere per 15. annos cum applauſu functo, Meſſinæ Profeſſionem Chirurgiæ iterum per 35. annos ſuſtinuit, adepto interea etiam Comitis titulo. Hinc denique Bononiam rediit,*

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 539 sur 1339

Professor publicus declaratus, ibiq; obiit A. C. 1634, ætatis suæ 80.

Miscellaneorum Medicinalium Decades denæ. In quibus pulcerrima ac utilissima quæque, ad Anatomen, Chirurgiam, & totius fere Medicinæ Theoriam, & Praxin spectantia sparsim quidem, sed jucundissimo ordine continentur. Messanæ, apud Petrum Bream, 1625, in fol.

Practicæ Medicinæ, Pars prima. In qua externi & interni Capitis affectus illustri methodo explicantur. Messanæ, apud Hæredes Petri Breæ, 1635, in fol.

Practicæ Medicinæ, Pars secunda. In qua interni partium Nutritioni famulantium affectus illustri methodo explicantur. Messanæ, apud Hæredes Petri Breæ, 1635, in fol.

Practicæ Medicinæ, Pars tertia. In qua interni partium Generationi famulantium affectus, Febriumque Tractatio illustri methodo explicantur. Messanæ, apud Eosdem, 1635, in fol.

In universam Chirurgiam absoluta Institutio. In qua Tumorum omnium præter naturam, Ulcerum, Vulnerum, Fracturarumque ossium, ac eorundem Luxationum exacta cognitio, facilisque curatio habetur Messanæ, apud Eosdem 1633, in 4.

Tractatus de Vulneribus Capitis. In quo omnia, quæ ad cognitionem curationemque læsionum Calvariæ attinet, accuratè considerantur, & singula, quæ ab Hippocrate tradita sunt in Libro περὶ τῶν τρωμάτων τῆς κεφαλῆς uberrimis Commentariis illustrantur. Adjecti sunt in calce duo Tractatuli: alter de Contusione Calvariæ in pueris: alter de eorundem Hydrocephalo. Messanæ, apud Eundem, 1632, in 4.

Pro Illustriss. D. Ferdinando Matute, & Acebedo Regio Consiliario, Pro-Regũ Siciliæ Consultore pro sua Catholica Majestate, Steatoma exulceratum à dextri femoris interna regione marsupii in modum pendens patiente, consultatio & curatio. Ibid. ap. Eund. 1614, in fol.

Pharmacopœa, seu, Antidotarium Messanense. In quo tum simplicia, tum composita Medicamenta usu recepta accuratè examinantur. Messanæ, ap. Eund. 1629, in fol.

Constantii Varolii Anatomiam edidit.

JOHANNES BAPTISTA DONATIUS

Apparatus Medicus. Lugduni, 1566, in 8.

Rei Medicæ studio stipendia fex: quorum nomina hæc sunt;

I. Τῶν φαρμακευτικῶν, id est, Apparatus Medici Lib. I,

II. De Judiciis Lib. I.

III. De Signis Morborum judicialibus Lib. I.

IV. Τῶν διαθημιῶν, seu, Divinationum Lib. I.

V. Commentaria in Libris Hippocratis de Morbis Virginum Lib. I.

VI. De Aquis Lucensibus Libri IV. Francofurti, apud Joh. Wechelum, & Petrum Vischerum, 1591, in 8.

De

De Aquis Lucenſibus, vulgò Villenſibus, Libri IV Lucæ, apud Guidonem Bonum, 1580, in 4.

De Maturitate Materiæ in morbis, Libri III. Francof. apud Wechelum, 1591, in 8.

Commentationum Medicarum Liber IV. de Judiciis, qui in Galeni Voluminibus planè deſiderari videtur. Venetiis, 1580 in 4. Lugduni, apud Alex. Marſilium, 1581, in 8.

⊙ JOHANNES BAPTISTA DONIUS

Tractatus de Salubritate Agri Romani reſtituendâ. Florentiæ, 1667, in 4.

JOHANNES BAPTISTA FERRARIUS, *Senenſis*, è *Societate Jeſu*

☽ De Florum Cultura Libri IV. Romæ, apud Stephanum Paulinum, 1633, in 4. Ibidem, 1638, in 4. Amſtelodami, apud Bernh. Rottendorff, 1646, in 4. cum Figuris æneis

Heſperides, ſive, de Malorum aureorum cultura & uſu, Libri quatuor. Romæ, apud Hermannum Scheus, 1646, in fol.

JOHANNES BAPTISTA de GELLO, *Florentinus*

☽ De Naturæ humanæ Fabrica, Dialogi decem. In quibus Ulyſſes cum aliis quibusdam Græcis, qui in varias beluarum formas transmatati erant, de hominis animantiumque reliquorum præſtantia ac miſeria diſputat. Opuſculum olim à Johanne Baptiſta de Gello, Academico Florentino, Italico ſermone proditum, nunc multis in locis reſtitutum & in Latinum converſum à Johan. Wolfio. Ambergæ, apud Michaelem Forſterum, 1609, in 12.

JOHANNES BAPTISTA GEMMA, *Venetus*

De vera ratione curandi Bubonis atque Carbunculi peſtilentis, deque eorundem præcautione, Commentarius. Dantiſci, apud Jac. Rhodum, 1599, in 4. Venetiis, apud Johan. de Albertis, 1602, in 4.

JOHANNES BAPTISTA GOYNÆUS, *Pyranenſis Iſtrius*

Enchiridion ad quotidianam Medendi Exercitationem. Dialogus item, quòd Philoſophi & Medici dogmatici Jurisconſultos dignitate præcedant. Cum humaniorum ſtudiorum Opuſculis aliquot aliis conjunctum. Venetiis, 1582, in 8.

JOHANNES BAPTISTA GROSSCHEDELIUS, *ab Aicha*

Proteus Mercurialis geminus, exhibens naturam Metallorum, id eſt, Operis Philoſophici Theoriam, & ejusdem Praxin, ſive, compoſitionem Lapidis ſecreti per Philoſophorum ſententias, & autoritates elucidatus. Francof. apud Lucam Jennisium, 1629, in 4.

Mineralis, ſeu, Phyſici Metallorum Lapidis diligens & accurata Deſcriptio: ad Macro- & Microcoſmi philoſophicam metamorphoſin. Ibidem, apud Eundem, 1629, in 8.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 541 sur 1339

☉ JOHANNES BAPTISTA du HAMEL

Operum Philoſophicorum Tom. I. In quo continentur Tractatus hi ſequentes: I. Aſtronomia Phyſica. II. De Meteoris & Foſſilibus Libri duo. III. De Conſenſu Veteris & novæ Philoſophiæ. Norimbergæ, apud Johannem Ziegerum, 1681, in 4.

Operum Philoſophicorum Tomus II. In quo continentur ſequentes hi Tractatus: IV. De Corporum Affectionibus cùm manifeſtis, tum occultis Libri duo. V. De Mente Humana Libri quatuor. VI. De Corpore Animato Libri quatuor. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

JOHANNES BAPTISTA HEBENSTREIT

De ſingulari Bilis effuſione, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingul. Lib. IV poſterioribus. Ulmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

JOHANNES BAPTISTA van HELMONT

☉ *Natus eſt Bruxellis, A. C. 1577. Anno ætatis ſuæ 17. totum Philoſophiæ curſum abſolvit. Ipſe ſe vocare ſolitus eſt Philoſophum per ignem: fuit Nobilis Bruxellenſis, & Toparcha in Merode, Royenborch, Oorſchot, Pellines &c. Obiit A. C. 1644, ætatis ſuæ 67.*

Febrium Doctrina inaudita. Antverpiæ, apud Vid. Johan. Cnobbari, 1642, in 12.

☽ De Magnetica Vulnerum naturali & legitimâ curatione, contra Johannem Roberti Soc. Jeſu Theologum. Pariſiis, apud Victorem le Roy, 1621. Extat etiam cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud And. Endterum & Wolffgangi Jun. Hæredes, 1662, in 4.

☽ Opuſcula Medica inaudita. I, de Lithiaſi. II, de Febribus. III, de Humoribus Galeni. IV, de Peſte. Coloniæ Agrippinæ, apud Jodocum Kalcoven, 1644, in 8. Extant etiam cum Ejusdem Authoris Operibus omnibus.

Supplementum de Spadanis Fontibus. Leodii, apud Leon. Strael, 1624, in 8.

☽ Ortus Medicinæ, id eſt, Initia Phyſicæ inaudita. Progreſſus Medicinæ novus, in Morborum ultionem: ad vitam longam: Edente Autoris Filio, Franciſco Mercurio ab Helmont. Amſtelodami, apud Lud. Elzevirium, 1648, 1652, in 4. Venetiis, apud Juntas, & Johannem Jacobum Hertz, 1651, in fol. Hæc Editio emendatius multò, & primùm auctiùs cum Indice Rerum & Verborum locupletiſſimo prodiit. Lugduni, apud Joh. Antonium Huquetan & Guilielmum Barbier, 1667, in fol. in quâ quarta Editione præter quædam Authoris Fragmenta adjecti fuerunt Indices Tractatuum de Lithiaſi, Febribus, Humoribus, & Peſte, qui in aliis deſiderabantur. Francofurti, apud Johannem Juſtum Erythropilum, 1682, in 4. Hæc Editio prodiit ſub titulo Operum Omnium. Additis de novo Tractatibus aliquot poſthumis ejus-

dem

dem Authoris, maximè curiosis pariter ac perutilissimis, antehac non in lucem editis qualis, est ille de Virtute magna Rerum ac Verborum. Unà cum Indicibus Rerum ac Verborum ut locupletissimis, ita & accuratissimis.

Index Tractatuum hoc Opere editorum.

1. Vaticinium de Authore, Poemate expressum.
2. Promissa Authoris.
3. Confessio Authoris.
4. Studia Authoris.
5. Venatio Scientiarum.
6. Causæ & initia Naturalium.
7. Archeus faber.
8. Logica inutilis.
9. Physica Aristotelis & Galeni ignara.
10. Elementa.
11. Terra.
12. Aqua.
13. Aër.
14. Progymnasmata Meteori.
15. Gas Aquæ.
16. Blas Meteoron.
17. Vacuum naturæ.
18. Meteorum anomalum.
19. Terræ tremor.
20. Complexionum atque Mistionum elementalium Figmentum.
21. Imago Fermenti imprægnat massam semine.
22. Astra necessitant, non inclinant, nec significant de vita, corpore, vel fortunis nati.
23. Formarum ortus.
24. Magnum oportet.
25. Natura Contrariorum nescia.
26. Blas humanum.
27. Eudemica.
28. Spiritus Vitæ.
29. Calor efficienter non digerit, sed excitativè.
30. Triplex Scholarum digestio.
31. Sextuplex digestio alimenti humani.
32. Pylorus rector.
33. Tartari historia.
34. Tartari vini historia.
35. Inventio Tartari in morbis temeraria.
36. Alimenta Tartari insontia.
37. Tartarus non in potu.
38. Custos errans.
39 Imago mentis.
40. Demens idea.
41. Sedes Animæ.
42. A sede Animæ ad morbos.
43. Jus Duumviratus.
44. Mentis complementum.
45. Scabies & ulcera Scholarum.
46. Ignota actio regiminis.
47 Duumviratus.
48. Tractatus de Anima.
49. Distinctio Mentis à sensitiva anima.
50 De Animæ nostræ immortalitate.
51. Nexus sensitivæ & mentis.
52. Asthma & Tussis.
53. Latex humor neglectus.
54. Cauterium.
55. Volupe viventium morbus antiquitus putatus.
56. Pleura furens.
57. Tria prima Chymicorum principia, neq; eorundem essentias, de morborum exercitu esse.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 543 sur 1339

58. De Flatibus.
59. Catarrhi deliramenta.
60. Victus ratio.
61. Pharmacopolium ad Diſpenſatorium modernorum.
62. Poteſtas medicaminum.
63. Præfatio.
64. Ignotus hoſpes morbus.
65. Ignotus hydrops.
66. Puerilis humoriſtarum vindicta.
67. Reſpondet Author.

Tractatus de Morbis.

1. Introductio diagnoſtica.
2. In puncto vitæ ſubjectum inhæſionis morborum.
3. Progreditur ad morborum cognitionem.
4. De Ideis morboſis.
5. De Morbis Archealibus.
6. Ortus imaginis morboſæ.
7. Aditus præcluſus ad Condum viſcerum.
8. Confirmatur morborum ſedes in anima ſenſitiva.
9. Morborum phalanx, & diviſio.
10. Recepta injecta.
11. Quædam imperfectiora.
12. In Verbis, herbis, & lapidibus eſt magna virtus.
13. Butler.
14. De Injectis materialibus.
15. Injaculatorum modus intrandi.
16. De conceptis.
17. Vis magnetica.
18. De Sympatheticis mediis.
19. De Inſpiratis.
20. Suſcepta.
21. Retenta.
22. Præfatio.
23. De Tempore.
24. Vita longa, Ars brevis.
25. Mortis introitus in naturam humanam decus Virginum.
26. Theſis.
27. Demonſtratur Theſis.

Supplementum.

1. De Spadanis fontibus, paradoxa ſex.
2. Supplementum paradoxorum numero criticum.
3. Intellectus Adamicus.
4. Imago Dei.
5. Externorum proprietas.
6. Humidum radicale.
7. Aura vitalis.
8. Vita multiplex in homine.
9. Fluxus ad generationem.
10. Lunare tributum.
11. Vita.
12. Vita brevis.
13. Vita æterna.
14. Mortis occaſiones.
15. De Magnetica Vulnerum curatione.
16. In Sole tabernaculum.
17. Infantis nutritio ad vitam longam.
18. Arcana Paracelſi.
19. Mons Domini.
20. Arbor vitæ.

Opuſcula Medica inaudita.

1. De Lithiaſi.
2. De Febribus.
3. Scholarum Humoriſtarum paſſiva deceptio ac ignorantia.
4. Tumulus peſtis.

Apologia. Lugd. 1655.

⊙ Tractatus de magna Virtute Verborum & Rerum. Francofurti, 1659. Extat etiam cum ejusdem Autho-

Authoris Operibus omnibus unà editis. Francofurti, apud Johannem Juſtum Erythropilum, 1682. in 4.

⊙ Fundamenta Medicinæ recens jacta ſub unum conceptum & intuitum breviter contracta de Cauſis ac Principiis Morborum Conſtitutivis jam à temporibus Hippocratis Medici XII. ſeculorum oblivione ſepultis, hactenusque inter Chriſtianos ignotis, ultimis verò his noſtris diebus à Deo Veritatis ſingulari ſuâ gratiâ ac mortales ægros miſericordiâ, miraculi inſtar, noviter unâque cum totius Phyſicæ Medicinæque hucusque incognitæ initiis, progreſſu ac fine, manifeſtatis, orbique Chriſtiano apertis ac evulgatis. Ulmæ, ap. Georg. Wilhelmum Kühn, 1680 in 12.

JOHANNES BAPTISTA IMPERIALIS, *Vicentinus*

⊙ *Natus eſt Vincentiæ A.C. 1569, ibiq. Praxin Medicam usq. ad dies vitæ feliciſſimè ſummaq. nominis famâ exercuit. Obiit in patria A.C. 1623, ætatis ſuæ 54.*

Exotericarum Exercitationum Libri duo. Vicentiæ, apud Georg. Græcum, 1602, in 4. Venetiis, apud Societatem, 1603, in 4.

⊙ JOHANNES BAPTISTA à LAMZWEERDE

Johannis Sculteti Armamentarii Chirurgicum edidit, & Appendice Variorum tam Veterum, quàm recenter inventorum Inſtrumentorum, una cum quatuor & centum Obſervationibus Chirurgicis, ab expertis hujus ſeculi & Patriæ Practicis annotatis & collectis, auxit ac illuſtravit. Amſtelodami, apud Johannem à Someren, 1672, in 8.

Reſpirationis Svvammerdammianæ Exſpiratio: una cum Anatomia Neologices Johannis de Raei, Philoſophiæ Profeſſoris Primarii. Quibus adjecta eſt Utriusque Philoſophiæ Clavis, & Mirabilis de Carbonum, Arenarum, & Lapillorum excretione per alvum & veſicam, urinaque vomitu Hiſtoria. Amſtelodami, apud Johannem à Someren, 1674, in 8.

JOHANNES BAPTISTA MAGATUS

Conſiderationes Medicæ, quibus potiores difficultates in Praxi contingentes expenduntur. Tom. 1. Bononiæ, apud Jac. Montium, 1637, in 4.

⊙ Tractatus, quo rara Vulnerum Curatio defenditur contra Sennertum. Extat cum Cæſaris Magati de rara Medicatione Vulnerum ſeu de Vulneribus rarò tractandis Libris duobus. Venetiis, apud Joh. Jacobum Hertz, 1676, in fol.

JOHANNES BAPTISTA MASERIUS

Opiniones de re Medica. Patavii, apud Laurentium Paſquatum, 1579, in 4.

JOHANNES BAPTISTA MASULLUS

Academicarum Exercitationum Liber primus de Attractione. Neapoli, apud Laz. Schoriggium, 1622, in 4.

JOHAN-

JOHANNES BAPTISTA MATHEATIUS

Quæstiones in Excellentem Bartholomæum Ovium. Venetiis, apud FFR. Domin. Guerræum & Joh. Bapt. 1580, in 4.

JOHANNES BAPTISTA MINADOUS

De Ratione mittendi Sanguinis in Febribus. Venetiis, 1587, in 4.

⊙ Disputationes Medicæ. Tarvisii, 1590, in 4.

⊙ De Humani Corporis Turpitudinibus. Patavii, 1600, in fol.

Consultatio de Helotide. Ibidem, in fol.

JOHANNES BAPTISTA MONTANUS

☽ *Natus est Veronæ A. C. 1498, ex nobili familia : Medicinam in diversis Italiæ Urbibus exercuit, ut, Neapoli, Romæ, & Patavii, quâ in Academia eam etiam pro Cathedra publicè 20. annos docuit. Cùm mortem instare sibi præsagiret, Patavio discessit, & in quandam ditionis Veronensis villam sibi propriam se contulit, ingq; eâ obiit, non solùm Medicus, sed & Poeta excellentissimus A. C. 1551, ætatis suæ 63,*

Medicina universa, ex Lectionibus Ejus, cæterisque Opusculis, tum impressis, tum scriptis collecta, & in tres Tomos nunc primùm decenti ordine digesta, studio & operâ Martini Weinrichii, *Uratislaviensis.* Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, Marnium & Aubrium, 1587, in fol.

Opuscula varia ac præclara, In quibus tota fere Medicina methodicè explicatur. Omnia post alios eruditos Viros, qui in eis corrigendis desudarunt, nunc tandem Hieronymi Donzellini, *Brixiani*, operâ in duo Volumina digesta. Basileæ. 1558, in 8. Ibidem, apud Petrum Pernam, 1565, in 8. Quorum.

Priori continentur :

Methodus Medicinæ universalis.

Joh. Caji, *Britanni*, de Medendi methodo, ex Cl. Gal. & Joh. Bapt. Montani, principum Medicorum sententia Lib. duo.

Methodus Therapeutica ex sententia Galeni, & Joh. Bapt. Montani, scripta per Johannem Cratonem, *Uratislaviensem.*

Idea, & Characterismus doctrinæ Hippocraticæ, propositus Studiosis in Prælectionibus Aphorismorum Hippocratis.

De Succo melancholico, & atra Bile, Sententia.

De Generatione Pituitæ, contra eos, qui affirmant, Pituitam in ventriculo generari.

De coctione, & præparatione humorum.

Sententia Montani de Alimentis, & Victus ratione, à Johanne Cratone exposita.

Aquas destillatas per alembicum, etiam à calidis herbis, esse frigidas, Demonstrationes.

Alexandrinæ aureæ Examen.

Posteriori verò :

De Differentiis Medicamentorum, & cau-

& cauſis diverſarum in ipſis facultatum, Tractatio.

De Qualitatibus ſimplicium medicamentorum, & eorundem compoſitione Commentarius, à Vincentio Caſali, *Brixiano*, exceptus, Joh. Bapt. Montano dictante.

Quæſtio: in qua examinatur, quomodo Medicamentum dicatur æquale, aut inæquale, videlicet, calidum, frigidum, humidum, aut ſiccum.

De Characteriſmis Febrium.

Quæſtio de Febre Sanguinis.

De Febre hectica, Tractatus.

De Febribus peſtilentibus, Tractatus.

Libri duo, de excrementis, utiles ad cognitionem ſecundi Libri Prognoſticorum Hippocratis. Unus de Fecibus: alter de Urinis. Patavii, 1554, in 8.

De Morbo Gallico, Tractatus. Extat Opere Veneto, p. 476, in fol.

De Uteri affectibus.

Seorſim extant:

Libellus de Gradibus & Facultatibus Medicamentorum. Wittebergæ, apud Caſp. Peucerum, 1553, in 8.

Explicatio eorum, quæ pertinent tum ad qualitates ſimpliciũ medicamentorum, tum ad eorundem compoſitionem. Venetiis, apud Balthas. Conſtantinum, 1555, in 8.

Quæſtio: examinans, quomodo Medicamentum dicatur æquale, aut inæquale, videlicet, calidum, frigidum, humidum aut ſiccum. Patavii, ap. Aloyſium Segalinum, 1554, in 8.

Opuſcula 1, De Characteriſmis Febrium. 11, Quæſtio de Febre ſanguinis. 111, De Uterinis affectibus: à Valentino Lublino, *Polono*, collecta. Venetiis, ap. Balthas. Conſtantinum, 1554, in 8.

De Excrementis Libri duo. Alter de Fecibus: alter de Urinis. Quibus acceſſit Quæſtio Ejusdem, quomodo Medicamentum æquale, vel inæquale dicatur. Patavii, apud Aloyſium Segalinum, 1554, in 8. Pariſiis apud Ægidium Gourbinum, 1555, in 16. Accedit præterea huic Editioni Tractatus utiliſſimus de Morbo Gallico.

Opuſculum, de Uteri affectibus, maximè utile. Pariſiis, apud Ægidium Gourbinum, 1556, in 16. & in Libris Gynæciorum ab Iſr. Spachio editis, pag. 303.

☽ Conſultationes Medicæ, de variorum morborum curationibus; operâ Hier. Donzellini & Philippi Bechii in congruum ordinem congeſtæ, & in tres partes diſtributæ. Baſileæ, apud Michael. Iſingrinium, 1557, in 8. Noribergæ, apud Joh. Montanum, 1550, in fol. Idem Opus tot ferè, quot antè edita fuerunt, Conſiliis auctum operâ Johannis Cratonis à Craffthem, editum eſt Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1583, in fol. Nunc verò, poſt ſecundæ Editionis Appendicem & Additiones, inſigni novorũ Conſiliorum Auctario ex Ludovici Demoulini, Rochefortii Codicib⁹ exornatæ, prodierũt 1583, in fol. ſine nominatione loci, ubi excuſæ ſint, & ejus, qui typorum im-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 547 sur 1339

©BIUM

penſas fecerit. It. Francofurti, 1587, in fol.

Expectatiſſimæ in primam & ſecundam Partem Aphoriſmorum Hippocratis Lectiones. Venetiis, apud Balthas. Conſtant. 1555, in 8.

In tertiam primi Epidemiorum Sectionem Explanationes, à Valentino Lublino, *Polono*, collectæ. Venetiis, apud Balthas. Conſtantinum, 1554, in 8.

In Libros Galeni de Arte curandi ad Glauconem Explanationes. Venetiis, 1554, in 8. Lugduni, apud Johan. Lertaut, 1596. in 16.

In Artem Parvam Galeni, Explanationes, à Val. Lublino, *Polono*, collectæ. Venetiis, apud Balthas. Conſtant. 1554, in 8.

Tabulæ in tres Libros Artis Parvæ Galeni, per quas unusquisque facilè poterit uno intuitu totam Artem Medicam definitivo ordine traditam contemplari. Patavii, apud Gratianum Perchacinum, 1558, in fol. Venetiis, 1546, in fol.

Metaphraſis ſummaria eorum, quæ ad Medicamentorum doctrinam attinent in Libris Aetii Amideni Medici. Auguſtæ, apud Phil. Ulhardum, 1550, in 8. Patavii, 1550, in 8.

In primam Fen Libri primi Canonis Avicennæ, Explanatio, à Valentino Lublino, *Polono*, collecta. Venetiis, apud Balthas. Conſtantinum, 1554, in 8.

In ſecundam Fen primi Canonis Avicennæ Lectiones. In qua agitur de Cauſis, Ægritudinibus, Accidentibus, Pulſibus, & Urinis, à Franciſco Pegoloto, *Regienſi*, collectæ & editæ. Venetiis, apud Vincent. Valgriſium, & Balthaſarem Conſtantinum, 1557, in 8.

In quartam Fen primi Canonis Avicennæ Lectiones, à Val. Lublino collectæ. Venetiis, apud Balthas. Conſtant. 1556, in 8.

In nonum Librum Razis ad Almanſorem Regem, Expoſitio. Venetiis, apud Balthas. Conſtantinum, 1554, in 8. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1562, in 8. integritati à Johanne Cratone reſtituta.

Interpretatio Latina Lib. IV. Medicinæ ex Veteribus contractæ Aetii Amideni. Baſileæ, apud Frobenium, 1535, in fol.

In Galeni Libros de Elementis, De Natura Humana. De Atra bile: & de Temperamentis. Editi à Johanne Cratone. Hanoviæ, 1595.

Idea doctrinæ Hippocraticæ de generatione Pituitæ: de Melancholico humore: de coctione, & præparatione Humorum: de Victus ratione. Extat cum Methodo Curativa Alphonſi Bertocii. Francofurti, 1621, in 8.

Explicatio eorum, quæ pertinent ad tertiam partem de Componendis Medicamentis. Venetiis, 1553, in 8.

JOHANNES BAPTISTA MORINUS, *è Bellojocenſibus Francopolitanus*

Nova mundi ſublunaris Anatomia. Pariſiis, apud Nicol. du Foſſé, 1619, in 8.

JOHAN-

JOHANNES BAPTISTA NAVARRUS, *Caſtulonenſis*

In Galenum de Differentiis Febrium Commentarii. Valent. 1628, in 8.

JOHANNES BAPTISTA NICOLINUS, *Salodienſis*

Lucii Apuleji, de Ponderibus & Menſuris Librum è Græco Latinum fecit.

Taddæi Florentini Expoſitiones in Iſagogas Johannitii edidit. Extant cum Taddæi Expoſitionibus aliis.

JOHANNES BAPTISTA OLIVUS

De Reconditis & Præcipuis Collectaneis ab Honeſtiſſ. & Solertiſſ. Franciſco Calceolario, *Veronenſi*, in Muſæo adſervatis Teſtificatio. Venetiis, apud Paul. Zanfrettum, 1584, in 4. Additum eſt Iter Baldi, Civitatis Veronæ Montis. In quo mirabili ordine deſcribitur Montis ipſius, atque aliarum quarundam ipſum contingentium partium ſitus. Recenſentur præterea quædam inſignes Plantæ, ac Herbæ ibi naſcentes, quæ uſui Medico plus cæteris conferunt, à Franc. Calceolario, Veronenſi Pharmacopola editum. Veronæ, 1593, in 4.

JOHANNES BAPTISTA ONCALCHUS

De Læſione motus digitorum, & Macie brachii ſiniſtri, Conſilium. Extat eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francofurti, apud Johan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 326.

JOHANNES BAPTISTA PELIEGRINUS, *Bononienſis*

De Cauſa Continente, deque Morbo fiente, Diſceptatio. Bononiæ, apud Peregrinum Bonardum, 1561, in 4.

De ratione cognoſcendi ſigna & cauſas morborum, Liber. Bononiæ, apud Eundem, 1563, in 4.

Adverſus Philoſophiæ ac Medicinæ calumniatores, Apologia. In quo tum ipſarum decus, atque præſtantia conſpici: tum quantum frugis etiam atque ornamenti eas affectantibus afferre queant, facilè dignoſci poterit. Bononiæ, apud Cæſarem Salvietum, 1582, in 4.

JOHANNES BAPTISTA PERSONA, *Albinenſis*

In Galeni Librum, cui titulus eſt: Quòd animi mores corporis temperiem ſequantur, Commentarius ſingularis. Bergomi, apud Cominum Venturam, 1602, in 4.

Diſcurſuum Medicinalium unicus Liber. Bergomi, ap. Cominum Venturam, 1603, in 4.

Noctes ſolitariæ, ſive, de iis, quæ ſcientificè ſcripta ſunt ab Homero in Odyſſea. Liber ſingularis, in LXX. Colloquia diſtributus. In quo præter non pauca Theologica, multa etiam Phyſica, multa Metaphyſica, Ethica, Medica, Geometrica, Aſtronomica demum, & Phyſiognomonica tractantur. Venetiis, apud Evangel. Deuchinum, 1613, in 4.

Scholia in Galeni tres Libros de

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 549 sur 1339

Venæsectione. Bergomi, 1611, in 4.

JOHANNES BAPTISTA PONA, *Veronensis*

Daphnis, seu, de Cura Tertianæ Febris. Extat pag. 41. Libri singularis Carminum. Veronæ, apud M. Anton. Palatiolum, 1590, in 4.

JOHANNES BAPTISTA PORTA, *Neapolitanus*

De humana Physiognomia Libri sex. In quibus docetur, quomodo animi propensiones naturalibus remediis compesci possint. Francof. apud Johannem Wechelium, 1592. Neapoli, apud Tarquinium Longum, 1602, in fol. Francof. apud Nicolaum Hoffman, 1618, in 8. & 1621, in 8.

De Aeris Transmutationibus. Venetiis, 1615, in 4.

Villæ Libri duodecim. I, Domus. II, Sylva cædua. III, Sylva glandaria. IV, Cultus, & insitio. V, Pomarium. VI, Olivetum. VII, Vinea. VIII, Arbustum. IX, Hortus coronarius. X, Hortus olitotius. XI, Seges. XII, Pratum. In quibus majori ex parte, cùm verus Plantarum cultus, certaque insitionis ars, & prioribus seculis non visos producendi fructus via monstrantur; tum ad frugum, vini ac fructuum multiplicationem experimenta propemodum infinita, exhihentur. Francofurti, apud Hæred. Andr. Wecheli, 1592, in 4.

Pneumaticorum Libri III, cum duobus Libris curvilineorum Elementorum. Neapoli, apud Ciottum, 1602, in 4.

Phytognomonica octo Libris contenta. In quibus nova, facilimaque affertur methodus, quâ plantarum, animalium, metallorum, rerum denique omnium ex prima extimæ faciei inspectione quivis abditas vires assequatur. Accedunt, ad hæc confirmanda, infinita propemodum selectiora secreta, summo labore, temporis dispendio, & impensarum jacturâ, vestigata, exploratque. Neapoli, apud Horat. Salvianum, 1583, 1588, in fol. Francof. apud Joh. Wechelum, 1591, in 8.

Magiæ naturalis, sive, de miraculis rerum naturalium, Libri IV. Antverpiæ, apud Chr. Plantinum, 1561, in 8.

Magiæ naturalis Libri viginti. In quibus Scientiarum naturalium divitiæ, & deliciæ demonstrantur. Neapoli, 1569, in fol. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæred. 1591, in 8. Ibidem, apud Eosdem, nec non Claudium Marnium & Joh. Aubrium, 1597, in 8. Ibidem, apud Claudium Marnium, 1607, in 8. Hanoviæ, ap. Johannem Pressium, 1644, in 8. Lugduni Batav. apud Hieron. de Vogel, 1644, 1652, in 12. Amstelodami, 1664, in 12.

De Destillationibus, Lib. IX. Quibus certâ methodo, multiplicique artificio, penitioribus naturæ arcanis detectis, cujuslibet mixti in propria elementa resolutio perfectè docetur. Romæ, in Typogr. Cameræ Apostolicæ, 1608, in 4. Argentorati, apud

apud Lazarum Zetznerum, 1609, in 4.

De Refractione Optices Parte, Lib. IX. Neapoli, 1593, in 4.

JOHANNES BAPTISTA RASARIUS

⊙ *Natus eſt Seſiæ, vel, ut alii ſcribunt, Uziæ, Oppido Territorii Novarienſis, A. C. 1517, ex familia Patriciâ. Primùm Venetiis Literas Græcas, Artemq; Oratoriam, quâ imprimis excelluit per 22. annos publicè docuit: ab illo tempore Ticinum ſeceſſit, ingq; eâ Academia Literas humaniores viciſſim publicè profeſſus eſt: unàq; Medicinam exercuit: erga pauperes adeo benignus, ut ægrotos, nullâ prorſus mercede, gratis curaverit, & cæteros egenos etiam, ut pater, ſuſtentaverit: per totum vitæ curriculum cælebs. Obiit Ticini A. C. 1573, ætatis ſuæ 61.*

Galeni Comentaria in ſecundum Hippocratis Librum, de Morbis Vulgaribus Latinè expoſuit. Item in Sextum Lib. de Morbis Vulgaribus. Item in Lib. Hipp. de Humoribus. Item de Alimento. Item Galeni Opera quædam nuper inventa Latinitate donavit ac edidit. Cæſar-Auguſtæ, 1567, in 4.

Oribaſii Opera omnia interpretatus eſt.

Item: Xenocratis de Alimentò, ex Aquatilibus animantibus.

JOHANNES BAPTISTA RUSCHIUS

De Viſus Organo, Lib. IV. Item de Oculi Dignitate, Palæſtra. Piſis, 1631, in 4.

⊙ JOHANNES BAPTISTA SCARAMUCCIUS

Obſervatio, de Flagri funiculo è veſica à Lithotomo extracto. Extat Ephemerid. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann. I. Num. 142.

JOHANNES BAPTISTA SILVATICUS, *Mediolanenſis*

Controverſiæ Medicæ, centum numero, Mediolani, apud Brechtanum, 1601, in fol. Francof. ap. Claud. Marnium, 1601, in fol.

Galeni Hiſtoriæ Medicinales enarratæ. Hanoviæ, apud Claud. Marnium & Aubrii Hæredes, 1605, in fol.

☽ De Secanda in putridis Febribus Salvatella, deque noſtro in ſecandis venis modo cum antiquo comparato, Epiſtolæ ad Joſephum Caſatum Rochi F. Med. Mediolani, apud Paulum Gotthardum Pontium, 1583, 1584, in 4.

☽ Inſtitutio Medica, de iis, qui morbum ſimulant, deprehendendis. Mediolani, apud Pacificum Pontium, 1595, in 4. Francofurti ad Mœnum, apud Hæredes Scürer, 1671, in 12.

Collegii Mediolanenſium Medicorum origo, antiquitas, neceſſitas, &c. Mediolani, 1607, in 4.

Tractatus duo: 1, de Materia turgente: alter de Aneurysmate. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1600, in 4. Vincentiis, apud G. Græcum, 1595, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 551 sur 1339

De Unicornu, Lapide Bezaar, Smaragdo, & Margaritis, eorumque in Febribus peſtilentibus uſu, Tractatio. Bergomi, apud Cominum Venturam, 1605, in 4. Venetiis, apud Somaſchum, anno & formâ iisdem.

☽ Tractatus de Compoſitione & uſu Theriacę Andromachi, Libri duo. Heidelbergæ, apud Hier. Commelinum, 1597, in 8. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1600, in 8. Hæc Editio recognita, & Indice Rerum & Verborum ſatis locuplete, quo prior caruit, aucta eſt. Extat etiam cum Thomæ Eraſti Examine de Simplicibus, quæ ad Compoſitionem Theriacæ Andromachi requiruntur. Lugd. apud Commelinum, 1607, in 8.

De Anno Climacterico, Tractatus. Ticini, apud Andr. Vianum, 1615, in 8.

Medicus. Mediolani, apud Hieron. Bordonum, 1611, in 8.

De Frigidæ Potu poſt Medicamentum. Mediolani, 1586, in 4.

JOHANNES BAPTISTA SITONUS

☽ Miſcellanea Medico-Curioſa. Opus hac ſecundâ editione mendis, quibus ſcatebat, expurgatum, & tertiâ plusquam parte adauctum: primò ex Originalibus ſecundùm duas partes Patavii impreſſum, nunc verò denuò recuſum. Patavii, 1641, in 8. Coloniæ Agrippinæ, apud Joh. Wilhelm. Frieſſem, 1676, in 4.

JOHANNES BAPTISTA SPUNTONUS

Con-echidne-logia, hoc eſt, Pulveris viperini Diſcurſus. In quo variæ præparationes, medicamenta compoſita, uſus, ejusdemq; pulveris methodus, tam ad curandum, quàm ad præſervandum humana corpora ab omni morborum labe, unà cum ejusdem antiquitate à Thebanorum ſeculis, noſtris hiſce temporibus demandata, demonſtrantur. Cum ſelectiſſimorum remediorum Centuria, è Muſæo ipſiſſimi Chirographi Sereniſſimi Ferdinandi, Ducis omnium ſtudioſorum Mecœnatis munificentiſſimi, in Jatrophilorum gratiam mortaliumque commodum, excerpta & addita. Papiæ, apud Joh. Andr. Magrium, 1643, in 8.

JOHANNES BAPTISTA SUSIUS, *Medicus Mantuanus*

Libellus de Miſſione Sanguinis. In quo oſtenditur, in quibusnam hodie Medici contra Hippocratis & Galeni ſententiam peccent circa Phlebotomiam. Baſileæ, ap. Petrum Pernam, 1558, in 8. Venetiis, apud Franc. de Franciſcis, 1571, in 8. Romæ, ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ, 1628, in 12.

De Venis è directo ſecandis, Libri tres. Cremonæ, apud Vincentium Comitem, 1559, in 4.

Liber de Peſte. Mantuæ, 1576, in 8.

JOHANNES BAPTISTA THEODOSIUS, *Bononienſis*

Medicinales Epiſtolæ LXVIII. In quibus complures variæque res ad Medicinam, Phyſicenque ſpectantes diſcer-

diſertiſſimè traduntur: quibusvis Literarum Studioſis utiles. Baſileæ, apud Nicol. Epiſcopium Juniorem, 1553, in 8.

Nicolai Nicoli Commentaria ſuper Aphoriſmos Hippocratis collegit & edidit.

⊙ JOHANNES BAPTISTA VERLE

Anatomia artificialis Oculi humani: inventa & recens fabricata à dicto Authore, & in Latinum ſermonem ex Italico converſa. Amſtelodami, apud Henricum, 1680, in 12. Extat etiam Miſc. Med. Cur. Germ. Ann. IX. & X. Obſ. 180. Item cum Daniel. le Clerc & Joh. Jac. Mangeti Bibliothec. Anatom. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

⊙ JOHANNES BARILIUS

Phyſiologia humana & Pathologia per Tabb. Synopticas ex Hippocratis & Galeni genio Pariſiis, 1653.

JOHANNES BAVERIUS, *de Imola*

Conſiliorum de re Medica, ſive, Morborum Curationibus, Liber. Bononiæ, apud Platonem de Benedictis, 1489, in fol. Et à Ruſtico Placentino interpolata, Papiæ, apud Bernhardinum de Geraldis, 1521, in fol. Poſtremùm recognita à Gualthero Herm. Rijff. Argentinæ, apud Georgium Machæropœũ, 1542, in 4.

JOHANNES BAUHINUS

De Aquis Medicatis, nova methodus, quatuor Libris comprehenſa. Agitur in iis de Fontibus celebribus, Thermis, Balneis, univerſæ Europæ, & potiſſimùm Ducatus Wirtembergici, eorum mixtionibus, Metallis, ſuccis, inveſtigandi & utendi modo, ac eorum viribus. Item de variis foſſilibus, ſtirpibus, inſectis, quorum plurimæ Figuræ ſive Icones & Regionum Tabulæ adduntur. Montisbeligardi, apud Jac. Foilletum, 1605, 1607, 1612, in 4.

☽ Hiſtoria novi & admirabilis Fontis, Balneique Bollenſis in Ducatu Wirtembergico ad Acidulas Göpingenſes: mandato Illuſtriſſ. Principis Wirtemberg. ad Subditorum, omniumque vicinorum & exterorum emolumentum ob vires inſignes adornati. Cujus utilitas non in eos tantùm, qui prædicto fonte, ſed aliis etiá medicatis aquis ſunt uſuri, redundabit maxima: uſui etiam in multorum morborum curationibus citra balneas futura. Ibidem, apud Eundem, 1598, in 4. Ibidem, 1660, eâdem formâ.

⊙ Hiſtoriæ Fontis & Balnei admirabilis Bollenſis Liber quartus, de Lapidibus Metallicisque miro naturę artificio in ipſis terræ viſceribus figuratis, nec non de ſtirpibus, inſectis, avibus, aliisque animalibus, partim in putei penetralibus, dum ejus venas aquileges perſcrutantur, partim in vicinia inventis & obſervatis, quorum multa nunquam viſa vivis Iconibus expreſſa hîc oculis ſubjiciuntur. Montisbelgardi, apud Jacob. Foilletum, 1598, in 4.

Me-

Memorabilis Hiſtoria Luporum aliquot rabidorum, qui circa annum MD XC, apud Mompelgartum & Befortum, multorum damno, publicè graſſati ſunt. Additis medicamentis & auxiliis ad eam, & cæterorum animalium rabiem conferentibus. Ibid. apud Eund. 1591, in 8.

De Plantis à Divis Sanctisque nomen habentibus, Caput, ex magno Volumine de Conſenſu & Diſſenſu Autorum circa ſtirpes deſumptum. Additæ ſunt Conradi Gesneri Epiſtolæ hactenus non editæ. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch. 1591, in 8.

De Plantis Abſinthii nomen habentibus, Caput. Cum ejusdem argumenti Claudii Rocardi Libello publicatum. Montisbelgardi, apud Jac. Foillet. 1593, in 8.

Hiſtoriæ Plantarum Univerſalis Tom. I, II, III, quam auxit Dominicus Chabræus. Ebroduni, 1650, in fol.

Ejusdem & Johañis Henrici Cherleri Hiſtoriæ Plantarum Prodromus. Ebroduni, 1619, in 4.

JOHANNES BEGUINUS

☽ Tyrocinium Chymicum è naturæ fonte, & manuali experientiâ depromtum. Regiomonti, apud Clementem Bergerum, 1618. in 8. 1614. in 12. cum Miraculis & Myſteriis Chymico-Medicis Phil. Mülleri. Coloniæ, apud Ant. Boetzerum, 1615, in 16. Pariſiis, 1616, in 8. Lipſiæ, 1619, in 8. Wittebergæ, apud Georg. Müllerum, 1634, & Clementem Bergerum, 1640, in 8. utrobiq; Chriſtophori Gluckradt, & Jeremiæ Bartii Notis elegantibus antehac illuſtratum, Formulisq; Medicamentorum optimis & ſecretis locupletatum. Nunc verò à Johanne Georgio Pelshoſero utriusque Notis & Medicamentorum Formulis in unum Syſtema redactis denuo in publicum emiſſum. Wittebergæ, apud Andream Hartmannum, 1656, in 8. Genevæ, 1660, in 8. Amſtelodami, apud Ægid. Valkenier, 1659, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1668, in 12. Duas poſtremas Editiones Gerhardus Blaſius Notis perpetuis illuſtravit, & auxit præterea Zachariæ Brendelii Chymiâ.

Novum Lumen Chymicum: è Naturæ fonte & manuali Experientia depromtum, & in Tractatus diviſum. Acceſſit Dialogus Mercurii, Alchymiſtæ, & Naturæ. Pariſiis, ap. Renatum Ruellium, 1608, in 12.

JOHANNES BELIDA, *Weneranus*

Tabula ſimplicium medicamentorum, quorum in Medicinis potiſſimùm eſt uſus, ſeptem Linguarum, Latinam videlicet, Græcam, Italicam, Gallicam, Hiſpanicam, Belgicam, & Germanicam nomenclaturam & facultates ex parte continens, ordine Alphabetico collecta. Embdæ, ap. Nicol. Bieſtcanum, 1576, in 8.

JOHANNES BELLOFORTO

In Galeni de Urinæ Significatione ex Hippocrate Libellum, Commentarii.

tarii. Parisiis, apud Johan. du Carroy, 1581, in 8.

JOHANNES BENEDICTUS, *Germanus*

De Morbo Gallico, Libellus. Extat Tomo 1. Operis de Morbo Gallico, pag. 148.

Regimen de novo, & prius Germaniæ inaudito morbo, quem passim Anglicum sudorem, alii Gurgeationem appellant, præservativum & curativum hujus, & cujusvis Epidemiæ utilissimum. Cracoviæ, apud Hier. Vietorem, 1530, in 8.

⊙ JOHANNES BENEDICTUS REGIUS

Libellus de Causis & Curatione destilentiæ, ad Præservationem simul & Curationem ejus mali, omnibus necessarius. Nunc denuo revisus, & multis in locis auctus voluntate Authoris. Cracoviæ, apud Lazarum Andreæ, 1552, in 8.

JOHANNES BENEDICTUS SINIBALDUS, *Leonissanus*

☽ Geneanthropiæ, sive, de Hominis generatione, Decateuchon. Ubi ex ordine, quæcunque ad Humanæ generationis Liturgiam, ejusdemque principia, Organa, Tempus, Usum, Modum, Occasionem, Voluptatem, aliasque omnes affectiones, quæ in Aphrodisiis accidere quoquo modo solent ac possunt, deditâ operâ plenè, methodicè, & jucundè pertractantur. Romæ, apud Franciſc. Caballum, 1642, in fol. Francofurti, apud Joh. Petrum Zubrodtum, 1669, in 4. Huic Editioni accessit Historia Fœtus Mussipontani Anton. Deusingii, aliorumque.

Hippocratis Antiphωνῶν Libri v. Romæ, 1650, in 4.

JOHANNES BERGIUS

Disputatio de Partu cujusdam Infantulæ Agennensis, An sit septimestris, an novem mensium? Extat Parte VI. Operum Jacobi Sylvii. Coloniæ Allobr. apud Jacobum Chouet, 1630, in fol.

JOHANNES BERNHARDUS FELICIANUS,

Venetus, utrâque linguâ Medicus ac Philosophus insignis. Vixit circa A. C. 1520. Justus in Chronol. Medicorum.

Galeni Lib. de Hippocratis & Platonis Decretis interpretatus est.

Item, Galeni, de Fœtus Formatione. Item, Ejusdem, de Semine Libros II. It. de Septimestri Partu.

JOHANNES BERNHARDUS CORBISERIUS

Joh. Hieron. Pulverini Methodicæ, curandi Febres, plurima addidit. Extant cum Ejusdem Praxi.

JOHANNES de BETHATZ

Fasciculus Medicinæ. Venetiis, apud Fratres de Forlivio, 1491, in fol.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 555 sur 1339

©BIUM

⊙ JOHANNES BETTUS

De Ortu & Natura Sanguinis. Annexa est Anatomia Thomæ Parre, *Angli*, annos 152. & novem Menses nati. Cum Observationibus Guilielmi Harvæi & aliorum Medicorum. Londini, apud Guilielmum Grantham, 1669, in 8.

JOHANNES BEVEROVICIUS, *Dordracenus*

☽ Epistolica Quæstio de Vitæ termino, Fatali, an Mobili? cum Doctorum Responsis. Dordrechti, apud Henr. Essæum, 1634, in 8. Lugduni Batav. apud Joh. Maire, 1636, in 4. triplo auctior. De eadem Quæstione pars tertia & ultima. Seorsim accedit Nobilissimæ & Doctissimæ Virginis, ANNÆ MARIÆ à SCHURMAN, de eodem argumento Epistola. Item ejusdem argumenti alia à Joh. Elichmanno, ex mente & monimentis Arabum & Persarum contexta. Leydæ, ap. Joh. Maire, 1639, in 4. Ibidem, 1651, in 4.

☽ Ἀυλαίρεσια Bataviæ, sive, Introductio ad Medicinam indigenam. Lugduni Batav. apud Joh. Maire, 1644, in 12. Ibidem, 1663, in 12.

De Calculo, Dissertatio. Ibid. 1641, in 12.

Idea Medicinæ Veterum. Lugduni Batav. apud Elzevirios, 1637, in 8.

De Calculo Renum & Vesicæ, Liber singularis. Cum Epistolis & Consultationibus magnorum virorum. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

☽ Epistolicæ Quæstiones, cum Doctorum Responsis. Accedit Ejusdem, nec non Erasmi, Cardani, Melanchthonis, Medicinæ Encomium. Roterodami, apud Arn. Leers, 1644, in 8. Ibidem, apud Rudolphum à Nuyssel, 1665, in 8.

Index Authorum & Rerum.

Quærit & examinat Johannes Beverovicius: cum Dominus noster passim tactu, passim etiam verbo, incurabilib⁹ vexatos morbis sanitati restituerit, quænam ratio sit, cur in sanando cœco uti voluerit linimento & pulvere sputo conspersо? Respondet Anna Maria à Schurman.

Q. Num liceat defunctæ uxoris è fratre vel sorore neptem uxorem ducere? R. Andreas Rivetus.

Q. De loco Plinii: atque etiam est morbus aliquis per sapientiam mori? R. Daniel Heinsius.

Q. De loco Apostoli: per fidem Sara accepit potestatem εἰς καταβολὴν σπέρματος: R. Daniel Heinsius.

Q. Super loco Mosis, de cruentato Sponsarum linteo, & aliis virginitatis signis. R. Balthasar Lydius.

Q. De loco Plinii supra scripto. R. Claudius Salmasius.

Q. De Platonis loco in Timæo. R. Daniel Heinsius.

Q. De loco Apostoli ad Corinthios. R. Daniel Heinsius, & Claudius Salmasius.

Q. Super loco Plinii de aperiendo capite. R. Claudius Salmasius.

Q. Super

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 556 sur 1339

Q. Super loco Evangelii, de Hyſſopo. R. Claudius Salmaſius.
Q. De voce Ramex, & genuino Plauti loco. R. Claudius Salmaſius.
Refert exemplum Calculorum è renibus Joh. Beverovicius.
Problema de Hydrope Lazari Meyſſonnerii.
Q. De motu cordis & circulatione ſanguinis. R. Renatus des Cartes.
Q. De natura & viribus Menthæ. R. Anchiſes ab Andla.
Q. De Lyncurio Lapide. R. Balthaſar Lydius.
Q. De providentia Dei in politias. R. Andreas Gobrius.
Q. Super loco Samuelis: an verus fuerit Samuel, qui à morte colloquutus cum Rege Saulo. R. Gerhard. Johan. Voſſius.
Q. De priſci ævi diuturnâ vitâ. R. Joh. Weſterburgius.
Q. De curatione iteratæ abortus. R. Cornelius à Someren.
An totus Homo ſit morbus. Guido Patinus.
Deſcribit modum curandi vulnera per Sympathiam Ludovicus Naſſavius.

JOHANNES BICKERUS, *Dreiſanus*

Hermes redivivus, declarans Hygieinam, de ſanitate vel bona valetudine hominis conſervanda. In qua omnia ex antiquæ ſapientiæ fontibus, Hipp. Galeno, aliisque Græcis, & Arabibus, atque Latinis deducuntur, cum Chymiatrorum principiis & Paracelſi dogmatibus veris conjunguntur, & methodice deſcribuntur. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1612, in 8. Hanoviæ, apud Eifridum, 1620. in 8.

Chirurgia Vulnerum Hermetica. Wittebergæ, apud Lulniſchium, 1647.

JOHANNES BILGERUS

De gravi Catarrho, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4.

De Calculis in humano corpore inventis, Epiſtolæ duæ. Extant cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingular. Lib. IV. poſterioribus. Ulmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

JOHANNES BOCAUDIUS, *Montiſpeſſulanus*

Tabulæ Curationum, & Indicationum, ex prolixa Galeni methodo in ſumma rerum capita contracta. Lugduni, apud Frellonium, 1554, in fol.

JOHANNES BODECKERUS, *Boruſſus*

Oratio pro Medico, contra Philoſophum & Oratorem. Extat Tom. I, pag. 1137. Orationum Argentinenſium. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1611, in 8.

JOHANNES BODÆUS à STAPEL, *Amſtelredamenſis*

Theophraſti Ereſii de Hiſtoria Plantarum

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 557 sur 1339

tarum Libri decem, Græcè & Latinè. In quibus Textum Græcum variis lectionibus, emendationibus, hiulcorum ſupplementis: Latinam Gazę verſionem novâ interpretatione ad margines: totum opus abſolutiſſimis cùm Notis, tum Commentariis, item variorum Plantarum Iconibus illuſtravit.

Acceſſerunt Julii Cæſaris Scaligeri in eosdem Libros Animadverſiones: & Roberti Conſtantini Annotationes. Addita eſt Johannis Arnoldi Corvini IC. Præfatio in Notas & Commentarium V. Cl. Johannis Bodæi à Stapel M. D. in Theophraſtum. Amſtelredami, apud Henricum Laurentium, 1644, in fol.

JOHANNES BODINUS

Univerſæ naturæ Theatrum. Francofurti, 1597, in 8. Hanoviæ, 1605, in 8.

Commentarii in Oppiani Libros IV. de Piſcium venatione. Lutetiæ, 1555, in 4.

JOHANNES BOKELIUS, *Hamburgenſis*

Synopſis novi morbi, quem plerique Catarrhum febrilem, vel Febrem catarrhoſam vocant, qui non ſolùm Germaniam, ſed penè univerſam Europam graviſſimè adflixit. Helmæſtadii, apud Jac. Lucium, 1580, in 8.

☽ De Philtris: utrum animi hominum his commoveantur, nec ne? Hamburgi, apud Hermannum Mollerum, 1599, in 4. Ibid. ap. Eund. 1614, in 4.

De Peſte, quæ Hamburgum civitatem anno LXV. graviſſimè adflixit. Henricopoli, apud Conrad. Corneum, 1577, in 8.

☽ Anatome vel Deſcriptio partium humani corporis, ut ea in Academia Julia, quæ eſt Helmſtadii, ſingulis annis publicè prælegi, ac adminiſtrari ſolet. Helmſtadii, apud Jacobum Lucium, 1585, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1588, in 8.

☉ JOHANNES BOHNIUS

Epiſtola ad D. Joelem Langelottum, de Alcali & Acidi inſufficientiâ pro Principiorum ſeu Elementorum corporum naturalium munere gerendo. Lipſiæ, apud Johannem Fritzſchium, 1675, in 8.

Exercitationes Phyſiologicæ XXVI. Ibidem; apud Johan. Georg. 1668, in 4.

Meditationes Phyſico-Chymicæ de Aeris in ſublunaria Influxu, ubi ſtatuitur, hunc neque ſecundum Peripateticos, nec Chymicos materialem, ſed formalem ſaltem videri. Lipſiæ, 1678, in 8.

Laurentii Bellini de Urinis & Pulſibus: de Miſſione Sanguinis: de Febribus: de Morbis Capitis & Pectoris, Opus, ſecundùm edidit, & cum Præfatione, nec non Indice locupletiſſimo auxit. Francofurti & Lipſiæ, apud Johannem Groſſium, 1685, in 4.

Diſſertationes Chymico-Phyſicæ, Chymiæ finem, Inſtrumenta & Operationes frequentiores explicantes: Cum Indice Rerum & Verborum. Quibus acceſſit Ejusdem Tractatus olim

olim editus de Aeris in sublunaria Influxu. Lipsiæ, apud Johan. Fridericum Gleditschium, 1685, in 4.

JOHANNES le BON, *Heteropolitanus*

☽ Therapia Puerperarum. Libellus brevitate, & experimentis gratus, Heroicis & Magnatibus præsertim expetendus. Francof. apud Joh. Wechelum, 1589, in 16. cum Hollerii Praxi. Parisiis, apud Jac. du Puys, in 16 cum Thesauro Pauperum Liebautii, & in Gynæciorum Libris ab Isr. Spachio editis, p. 396. Parisiis, 1664.

JOHANNES BORGESIUS,

☉ *Natus est in Pago quodam Agri Omlandici A. C. 1618, Patre Joachimo Borgesio, illius Pagi tum Pastore Ecclesiæ, postea verò facto Gymnasiarchâ Gröningano: nacto Gallorum in Academia Andegavensi anno 1645 Medicinæ Doctoris titulo, reversus Gröningam, Medicinam feliciter exercere cœpit, ing; eâdem Universitate Matheseos, cujus à pueritia studiosissimus erat cultor, anno 1646 publicus constitutus est Professor. Post hæc ex morbo visu orbatus Praxin Med. amplius exercere quidem nequivit, Professionem autem Mathematicam nihilominus retinuit, & pluribus uno eodemq; tempore Collegiis publicis simul ac privatis suffecit. Obiit Gröningæ lethargo A. C. 1652, ætatis suæ 34.*

☽ Demetrii Pepagomeni Tractatũ de Arthritide Græcè primùm scriptum & postea in Gallicum à Federico Jamoto translatum Latinè reddidit, Audomari, apud Carolum Boscardum, 1619, in 8.

Laur. Jouberti, de Vulgi Erroribus, Medicinæ Medicorumque dignitatem deformantibus Librum primum Latinum à se factum illustravit.

JOHANNES du BOYS, *Parisiensis*

☽ In Methodum miscendorum Medicamentorum, quæ in quotidiano sunt usu Observationes, ex Græcis, Arabibus, & Neotericis. Opus valde utile, & à delectis aliquot ex ordine Medicorum Parisiensium Viris doctissimis visum. Parisiis, apud Jacobum Kerver, 1572, in 8. Extat etiam cum Bricii Bauderoni Pharmacopœa, Londini, apud Edwardum Griffium, 1639, in fol. Hagæ Comitis, 1640, in 12.

JOHANNES BOZERUS

Carmen de Origine & Progressu Artis Medicæ, habitum cùm gradus Doctoratus Cl. Viris D. Henrico Paxmanno, & D. Johanni Gœbelio decerneretur. Wittebergæ, 1577, in 4.

JOHANNES BRABUS CHAMICUS

Professor Anatomiæ in Academia Conimbricensi

De Capitis Vulneribus Lib. Conimbricæ, apud Didacum Loureiro, 1516, in fol.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 559 sur 1339

JOHANNES BRACESCHUS, *Brixianus*

☽ De Alchymia, Dialogi duo, nunquàm antehac conjunctim sic editi, correcti & emaculati. Præmittuntur iisdem Propositiones 129. idem argumentum compendiosâ brevitate complectentes. Ex Italico Authoris avtographo in Latinum vertit Guilielmus Gratarolus. Extant cum Scriptoribus aliquot Alchimiæ veræ ab eodem Gratarolo collectis, & unà editis. Basileæ, apud Henricum Petri & Petrum Pernam, 1561, in fol. Et seperatim Hamburgi, apud Joh. Naumannum & Georg. Wolffium, 1673, in 8.

JOHANNES BRAMBACHIUS

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wittichius collegit & edidit. Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1604, in 4.

JOHANNES BRAVUS *Petrasitanus, Professor in Academia Salmanticensi.*

De Saporum, & Odorum differentiis, causis, & effectionibus Liber unus. Salmanticæ, ap. Hæredes Matthiæ Gastii, 1513, in 8. Venetiis, ap. Joh. Ciottum, 1592, in 8.

De curandi ratione per medicamẽti purgantis exhibitionem Libri tres. Salmanticæ, apud Cornelium Bernhardi, 1588, in 8.

In Cl. Galeni Libros de Differentiis Febrium Commentaria. Salmanticæ, apud Matthiæ Gastii Hæredes, 1585. in 4. Ibidem, 1596, in 4. Ibid. 1588, in 8.

In Libros Prognosticorum Hippocratis, Comẽtaria. Salmanticæ, ap. Hæredes Mart. Henrici, 1578, 1583, in 8. Ibid. 1593, in 4.

De Hydrophobiæ natura, causis, atque medela eorum, qui à canibus rabidis morsi sunt, Liber unus. Salmanticæ, apud Johan. Bapt. à Terra Nova, 1571, in 12. 1576, in 8. 1581, in 12. 1588, in 4.

Pharmacopœa. Salmanticæ, apud Ant. Sfortiam, 1585, in 8.

JOHANNES BRUYERINUS, *Campegius*

☽ De Re Cibaria Lib. XXII. Omnium ciborum genera, omnium gentium moribus usu comprobata, complectentes. Lugduni, apud Sebast. Honoratum, 1560, in 8. Francof. ap. Palthenium, 1600, in 8. Ab Ottone Casmanno revisa, ibidem, 1606, in 8. Noribergæ, 1659, in 8.

Averrois Libr. de Curandis Morbis, Latinè reddidit. Extat cum illius Collectaneis de Re Medica. Lugduni, apud Sebast Gryphium, 1537, in 4.

Avicennæ Librum de Corde Latinè interpretatus. Lugduni, apud Nicol. Eduardum, 1559, in 8.

☉ JOHANNES BUTZIUS.

Observatio, ex Anatome Hydropicæ. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. VI. & VII. N. 223.

JOHAN-

JOHANNES BURGOWERUS, *Scaphusanus*

De Necessitate Turundarum post Extractionem Calculi, Epistola. Extat cum Guil. Fabr. Hildan Lithotomia Vesicæ. Basileæ, apud Ludovicum Kon'g. 1628, in 4.

De Corporis humani Partibus Disputatio. Extat Decade VI. Disputat. quas collegit & edidit. Basileæ, Joh. Jac. Genathius, 1622 in 4.

De Rum'natione humana. Extat Decade septima earundem Disputationum impressarum, 1631, in 4.

JOHANNES BUSÆUS, *Noviomagus*

Arca Medica, adversus animi morbos. Herbipoli, apud Johannem Albinum, 1609, in 4.

JOHANNES BUSTAMANTINUS, *Camarensis*

De Reptilibus verè animantibus S. Scripturæ Libri sex, duobus Tomis comprehensi. Lugd. apud Ant. Pillehotte, 1620, in 8. 2 Voll. Compluti, 1591.

JOHANNES BUTINUS

Hippocratis Aphorismi Græcè & Latinè ita digesti in Ordinem, ut mutuò sese explicare, & ad morborum curationem singuli suo è loco prodire videantur, cum brevi expositione ex Galeni Commentariis desumta. Ejusdem Hippocratis Prænotionum Libri tres, cum explicatione eodem ex fonte hausta. Insigniores aliquot Sententiæ ex Libris Aurelii Cornelii Celsi, Medici inter Latinos eloquentissimi. Lugduni, ap. Johannem Tornæsium, 1580, in 12. Genevæ, ap. Petrum & Jac. Chovet, 1624, 1625, in 12.

JOHANNES BUTNERUS

Catalogus Medicamentorum tam simplicium, quàm compositorum, ut & Chymicorum Officinæ Pharmaceuticæ Butnerianæ in Republica Gorlicensi. Cum earundem Taxatione & Legibus. Görlicii, apud Johannem Rhambam, 1629, in 4.

⊙ JOHANNES BURG

Observatio, de Symptomatibus quibusdam singularibus. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. IX. & X. N. 188.

de Sutura cranii hiscente. Ibid. Ann. eod. N. 189.

de Venæsectione in pleuritide. Ib. Ann. eod. N. 190.

JOHANNES CÆSARIUS

In Celsum Castigationes. Hagenoæ, apud Johan. Soterium, 1528, & Salingiaci, apud Eundem, 1538, in 8.

Nicolai Bertrutii Compendium recognitum suæ integritati restituit.

JOHANNES CAIUS

Natus Nordvici in Anglia A. C. 1510: Joh. Bapt. Montani Patavii discipulus: creatus Medicinæ Doctor Cantabrigiæ, tumque Regis Edoardi VI, Reginæ Mariæ, & tandem Reginæ Elisabethæ, Medicus successivè factus:

©BIUM

factus: Cartabrigiæ Collegium Gonnevilli, in quo literis imbutus est, maximâ ex parte propriis impensis de novo exstruxit, idque amplis reditibus in perpetuum ditavit: ibiq; obiit A. C. 1573, ætatis suæ 63.

De Medendi Methodo, ex Cl Galeni, *Pergameni*, & Johannis Baptistæ Montani, *Veronensis*, principum Medicorum, sententia, Libri duo. Basileæ, apud Frobenium, 1544, in 8. & cum Johan. Bapt. Montani Opusculis variis ac præclaris ab Hier. Donzellino editis. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1558, in 8.

Opera aliquot, & Versiones. Videlicet de Medendi methodo Lib. II. De Ephemera Britañica, Liber unus. Versio Librorum Galeni, nempe de Libris suis. De Ordine suorum Librorum. De Ratione Victus, secundùm Hippocratem, in morbis acutis. De Placitis Hippocratis & Platonis. Lovanii, apud Anton. Mariam Bergagno, 1556, in 8.

Cl. Galeni, *Pergameni*, Libri aliquot Græci partim hactenus non visi, partim à mendis, quibus scatebant, innumeris, ad vetustissimos Codices repurgati, & integritati suæ restituti, Annotationibusque illustrati. Basileæ, apud Frobenium, 1544, in 4.

Sunt autem:

Galeni Liber primus περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων Græcus, jam primum inventus, & per Johan. Cajum in Latinum sermonem versus.

Ejusdem, περὶ τῶ παρ' Ἱπποκράτει κώλου, nunquam hactenus impressus.

Ejusdem, περὶ ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων, ex vetusto Codice integer factus, prius mutilus.

Ejusdem, περὶ ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων Libri IX. infinitis in locis ad vetustissima Exemplaria tria emendati, atque Annotationibus & Argumentis illustrati, per Johan. Cajum.

Item περὶ μυῶν κινήσεως Lib. II. ad vetustos Codices castigati: additis in eosdem Annotationibus Johan. Caji.

Ejusdem Lib. VII. περὶ χρείας μορίων Fragmentum, in Codicibus Græcis impressis desideratum.

Hippocratis περὶ φαρμάκων Liber.

De Canibus Britannicis Liber unus. De rariorum Animalium & Stirpium Historia, Liber unus. De Libris propriis Liber unus: In quo singulorum rationem reddit. Londini, apud Guil. Seresium, 1570, in 4.

⊙ Libellus ille de Canibus Britannicis seorsim etiam extat cum Christian. Franciſc. Paullini Cynographia Curiosa, seu, Canis Descriptione. Noribergæ, apud Joh. Georg. Edterum, 1685, in 4.

JOHANNES CAMPEGIUS

Catalogus Librorum Galeni, *Pergameni*, & quo hi sint ordine legendi. Extat cum Symphoriani Campegii Cribrationibus Medicamentorum. Lugduni, apud Sebast. Gryphium, 1534, in 8.

JOHAN-

JOHANNES CAPELLANUS

Regius Medicus. Vixit A. C. 1504. Juſtus in Chronol. Medic.

Conſilium de Peſte. Extat cum Conſiliorum Libro Joh. Fernelii. Pariſiis, apud Ægidium Beyſium, 1585, in 8.

JOHANNES de CARMONA

Tractatus: an Aſtrologia ſit Medicis neceſſaria? Acceſſit inſuper Praxis ſubtiliſſima, ac ad curandam cognoſcendamque Peſt lentiam apprime neceſſaria, ejusdem Autoris. Hiſpali, apud Ferdin. Maldonado, 1582, in 8. apud Franciſc. Perez, 1590, in 8.

De Peſte, & Febre cum Puncticulis, Salmantiæ, in 8.

JOHANNES CARNARIUS, *Gandenſis*,

De Thermis Patavinis, Carmen. Et de Podagræ Laudibus, Libellus. Patavii, apud Johan. Bapt. Amicum, 1553, in 8.

JOHANNES CAROLUS AMATUS, *Moniſtrolenſis*

Fructus Medicinæ ex variis Galeni locis decerpti. Lugduni, apud Ludov. Proſt, 1623, in 12. Genevæ, 1657, in 12.

⊙ JOHANNES CAROLUS LANCIUS

In Hippocratis Oracula de Febribus ac Symptomatibus. Bononiæ, 1667, in 12.

⊙ JOHANNES CAROLUS MATHESIANUS

Julii Cæſaris Claudini Empiricam Rationalem Libris VI. abſolutam & in duo Volumina diviſam cum Annotationibus marginalibus & gemino Indice edidit. Bononiæ, apud Jacobum Montium, 1653, in fol.

JOHANNES CAROLUS ROSENBERGIUS, *Argentinenſis*

Rhodologia, ſeu, Philoſophico-Medica generoſæ Roſæ Deſcriptio: Floſculis Philoſophicis, Philologicis, Philiatris, Politicis, Chymicis, &c. adornata. Argentinæ, apud Marcum ab Heyden, 1628, in 8. Francofurti, apud Wilhelm. Fiſcherum, 1631, in 8.

Roſa nobilis Jatrica, ſeu, Animadverſiones & Exercitationes Medicæ, Hippocraticæ, & Hermeticæ, novæ ac notatu dignæ. Argentorati, apud Eberh. Zetznerum, 1624, in 12.

JOHANNES CARVINUS

Montis Albani Medicus. Floruit A. C. 1562. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.

De Sanguine Dialogi ſeptem. Lugduni, apud Hæredes Sebaſt. Gryphii, 1562, in 8. Hanoviæ, apud Wecheli Hæredes, 1605, in 12.

⊙ JOHANNES CASEARIUS

Adornavit cū Henrico van Rheede Horti Indici Malabarici Part. I. & II. Amſtelodami, apud Johan. à Someren

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 563 sur 1339

meren & Johan. à Dick, 1678, & 1679, in fol.

⊙ JOHANNES CASELIUS

In Adriani Turnebi Libellum de Vino Proœmium addidit. Vid. Adrian. Turnebus.

⊙ JOHANNES CASPARUS BOXBERGERUS, *Hammelburgenſis*

Praxes Methodicæ, Medicinales. Bambergæ, apud Johannem Eliam Hoffling, 1676, in 24.

JOHANNES CASPARUS HELBLINUS

De Oculi Structura, Epiſtola. Extat Cent. 1. Epiſt. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4. pag. 284. Francof. 1646, in fol.

⊙ JOHANNES CASPARUS IGNATIUS VOIGT

Tractatus Medicus Galeno-Chymicus de Paſſione ſeu affectione Hypochondriaca, Authoritatibus Galeni & Hippocratis ſuffultus. Pragæ, apud Georg. Czernoch, 1678, in 4.

JOHANNES CASPARUS ROTMUNDUS

De Diæta Sanorum, Diſputatio. Extat Decade VII. Diſputationum Baſilienſium, à Johanne Jacobo Genatio editarum, Baſileæ, 1631, in 4.

JOHANNES CASTELLANUS, *Romanus*

Phylactirion Phlebotomiæ, & Arteriotomiæ. Cum Figura admodum neceſſaria & utili, Venas & Arterias totius corporis, tam ab antiquis, quàm noſtri ſæculi Chirurgis, ſecari ſolitas, ad vivum repræſentante. Argentinæ, apud Paulum Ledertz, 1628, in 8.

Antonii Baldeſi Quæſtionem de Gangrænæ & Sphaceli diversâ Curatione collegit, recognovit, & edidit. Venetiis, 1616, in 8.

JOHANNES CASTELLUS

Pharmacopœa, Medicamenta in Officinis Pharmacevticis uſitata complectens & explicans. Gadibus, apud Johannem de Bojet, 1622, in 4.

De Peſte, ejusque cauſis, ſignis, præſagiis, curatione, & præſervatione, Tractatus. Auguſtæ, 1608, in 8.

JOHANNES CASTNERUS

Epiſtolæ quædam Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

JOHANNES CASUS, *Oxonienſis*

Lapis Philoſophicus, ſive, Commentarius in 8. Libb. Phyſicorum Ariſtotelis. Acceſſit Ancilla Philoſophiæ. Francofurti ad Mœnum, 1600, in 8.

JOHANNES CECKIUS, *Bononienſis*

De Puerorum tuenda valetudine, atque de eorundem morbis profligandis,

gandis, brevis & integra Methodus: ex Latinorum, Arabum, & Græcorum placitis excerpta. Wittebergæ, apud Wolffgangum Meisnerum, 1604, in 8.

⊙ JOHANNES CENTURIO MACASIUS

Christiani Langii Miscellanea Curiosâ Medica: annexâ Disputatione de Morbillis, quam Prodromum esse voluit Novæ suæ Pathologiæ Animatæ: itemque de Elixir Proprietatis, post Autoris obitum, conjunctim edidit. Lipsiæ, apud Thomam Mathiam Götzium, Biblipopolam Francofurtensem, 1666, in 4. Ibidem, apud Eundem, 1669, in 4.

JOHANNES CHEMNITIUS

☽ Index Plantarum circa Brunsvigam trium ferè milliarium circuitu nascentium: cum Appendice Iconum Brunsvigæ, apud Christophorum Fridericum Zilligerum, 1652, in 4.

JOHANNES CHICOTIUS

☽ Epistolæ & Dissertationes Medicæ, de Anno & Anni tempestatibus. De purgandi ratione. De Rheumatismo. De Variolarum & Morbillorum ortu, causis & curatione. De Dolore. De Somno & Vigilia. De Melancholia morbo. Accessit Manuductio ad Medicinam faciendam. Parisiis, apud Carolum du Mesnil, 1656, in 4. Ibidem, apud Emmanuelem Langlois, 1669, in 8. Cui postremæ Editioni auctiori & emendatiori sub titulo Posteriorum Cogitationum accessit, præter Epistolam de Colera Morbo, Diatriba de Asthmate, seu, Suspirioso Anhelitu.

JOHANNES CHIFFLETIUS

Singulares, tam ex Curationibus, quam cadaverum Sectionibus, Observationes. Exstat cum Dædalmatis Fil. Joh. Jacobi Chifletii. Parisiis, ap. Joh. Richer, 1612, in 8.

JOHANNES du CHOUL

De varia Quercus Historia. Lugduni, apud Guil. Rovillium, 1555, in 8. Accessit Pilati Montis Descriptio.

⊙ JOHANNES CHRISTIANUS FROMMANNUS

Discursus Medicus, de Venæsectione in Morbillorum declinatione, obortâ pleuritide, administrandâ. Lipsiæ, apud Georgium Henricum Frommannum, 1668, in 8.

Tractatus, de Fascinatione, novus & singularis. In quo Fascinatio vulgaris profligatur, naturalis confirmatur, & magica examinatur; hoc est, nec visu, nec voce, fieri posse Fascinationem, probatur; Fascinatio naturalis non per contagium, sed alio modo explicatur; Magos de se nec visu, nec voce, nec contactu, nec alio modo, lædere posse, oboratur. Theologis, Jurisperitis & Medicis, præsertim animarum Sacerdotibus provincialibus, quibus cum variis su-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 565 sur 1339

perſtitionum monſtris ſæpius pugnandum, imò omnibus hoc ſeculo corrupto, quo non tantùm pravus circa faſcinum ſenſus ſimpliciorum ingenia faſcinat, ſed & præſervatio & curatio morborum verbalis (ad quam per occaſionem hîc fit digreſſio) ad ἀκμὴν tendere videtur, lectu utilis. Adjectâ ſub finem Quæſtione unicâ prolixè deductâ: An Tranſplantatio morborum ex uno ſubjecto in aliud ſit Magicâ? Norimbergæ, apud Wolffgang. Mauritium Endterum & Johannis Andreæ Endteri Hæredes, 1675, in 4.

Tractatus ſingularis, de Hæmorrhoidibus, Problematum Theoreticorum & Practicorum Centuriâ abſolutus. Ibidem, apud Eundem, 1677, in 12.

Anſer Martinianus. Lipſiæ, apud Johannem Leonhardum Groſſium, 1683, in 4.

Obſervatio, de Mola abdominis ſingulari. Extat Ephemer. Acad. Natur. Curios. Germ. Ann. II. N. 17.

de ſudore poſt mortem. Ibid. Ann. VI. & VII. N. 185.

de Variolarum in facie præſervatione. Ibid. Ann. eod. Num. 186.

de Convulſivis motibus â vermibus & remedio ad hos. Ib. Ann. eod. N. 187.

de Verminoſo in ovibus & juvencis reperto hepate. Ibid. Ann. eod. N. 188.

de Salubritate carnium animalium hepate verminoſo laborantium. Ibid. Ann. eod. Num. 189.

de Serpente è corpore rejecto. Ib. Ann. eod. N. 190.

⊙ JOHANNES CHRISTOPHORUS AUSFELDUS

Michaelis Ettmülleri Chimiam Ratinalem ac Experimentalem Curioſam nunquam antehac editam, in ordinem redegit, & in publicam lucem emiſit: cum Præfatione additâ, Ettmülleri Scriptorum proximè edendorum Catalogum continente. Lugduni-Batavorum, ſine nominatione illius, apud quem proſtet, 1684, in 4.

JOHANNES CHRISTOPHORUS AYRER

De Morbo Ungarico, Diſputat. Extat Decade VII. Diſputationum Baſilienſium, à Johanne Jacobo Genatio editarum. Baſileæ, 1631, in 4.

⊙ JOHANNES CHRISTOPHORUS BRUNEN

Biga Operationum Medicarum, Friburgi, 1652, in 8.

JOHANNES CHRISTOPHORUS EYSENMENGERUS, *Heilbrunnenſis*

De Epilepſia, Diſputatio. Extat Decade IV. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ Johan. Jacob. Genathius, 1620, in 4.

JOHANNES CHRISTOPHORUS GEILFUSIUS

Inſtitutiones Medicæ, Hiſtoriis, obſer-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 566 sur 1339

Observationibus rarioribus, Secretisque multis auctæ. Augustæ Vindelicorum, apud Johan. Prætorium, 1658, in 12.

JOHANNES CHRISTOPHORUS STEEBIUS

Elixir Solis & Vitæ vera per dulcem liquorem Auri solutio: atque ita Auri potabilis genuina præparatio reperta. Francofurti, 1673, in 12. Idem Libellus postea etiam sub hoc titulo prodiit. Dulcedo &c.

Dulcedo de Forti, sive Elixir Solis & Vitæ vera per dulcem liquorem Auri solutio radicalis, atque ita Auri potabilis gemina præparatio noviter reperta: Mathematicè, Physicè, Medicè, Chymicè, Hieroglyphicè, Anagogicè, Cabalisticè introducta. Arnstetii, 1679, in 12.

Cœlum Sephiroticum Hebræorum, per Portas Intelligentiæ Moysi revelatas interiores naturalium rerum characteres, abditosque recessus manifestans, ex vetustissima Hebraica veritate Medicinæ, Chymiæ, Astronomiæ, Astrologiæ, Botanicæ, Zoologiæ, Anthropologiæ, aliarumque Scientiarum nova Principia ocular demonstratione ostendens & explicans. Moguntiæ, apud Ludovicum Bourgeat, 1679, in fol.

JOHANNES CHRISTOPHORUS STURMIUS

Collegium Experimentale, sive, Curiosum. In quo primaria hujus seculi Inventa & Experimenta Physico-Mathematica, speciatim Campanæ Urinatoriæ, Cameræ obscuræ, Tubi Torricelliani, seu Baroscopii, Antliæ Pneumaticæ, Thermometrorum, Hygroscopiorum, Telescopiorum, Microscopiorum &c. phœnomena & effecta partim ab aliis jam pridem exhibita, partim noviter istis superaddita, & ad causas suas naturales demonstrativâ Methodo reducta. Norimbergæ, apud Wolffgang. Mauritium Endterum & Johannis Andr. Endteri Hæredes, 1676, in 4.

Epistola, de Veritate Propositionum in Joh. Alphonsi Borelli Libr. I. de Motu Animalium subtiliùs demonstratarum, oculis ipsis quodammodo ingerenda. Extat in Appendice ad Annum secundum Decuriæ II. Ephemerid. Medic. Physic. Natur. Curios. Germ. Norimbergæ, apud Wolffgang. Mauritium Endterum, 1684, in 4.

Observatio, de Cometoscopia Indica. Extat Ephemerid. Medic. Physic. Acad. Natur. Curios. German. Decur. II. Ann. I. Num. 36.

JOHANNES CHROSCZIEYOIOSKII

Hieron. Mercurialis, de Morbis Puerorum Tractatum, in tres Libros digessit, & edidit.

JOHANNES CHRYSIPPUS FANIANUS

De Arte Metallicæ Metamorphoseos, Liber singularis. Quo omnia, quæ ad Philosophici Lapidis Opus

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 567 sur 1339

pertinent, apertissimè describuntur. Item de Jure Artis Alchemiæ veterum Auctorum, & præsertim Jurisconsultorum, Judicia & Responsa ad Quæstionem: an Alchemia sit ars legitima? Basileæ, apud Petrum Pernam, 1576, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8. sine additamento de Jure artis, &c. Parisiis, apud Guil. Guillard, 1560, in 4. Basileæ, 1600, in 8. Extat etiam cum Libris illis duobus de Arte Chemica; quorum prior est Roberti Vallensis de Veritate & Antiquitate Artis Chemicæ &c. posterior verò est hic ipse Faniani. Montisbelgardii, apud Jacobum Foillet, 1602, in 8.

JOHANNES CHRYSOSTOMUS MAGNENUS,
Burgundus Luxovienſis

Democritus Redivivus, sive, Vita & Philosophia Democriti. Lugduni, 1648, in 12.

☽ De Manna. Ticini, apud Joh. Andr. Magrium, 1648, in 8. Hagæ Comitis, 1658, in 12.

☽ De Tabaco, Exercitationes XIV. In quibus, præter ejus Historiam, virtutes & vita, usus & abusus ostenditur. Ticini, apud Joh. Andream Magrium, 1648, in 4. Amstelodami, apud Henricum & Theodor. Bomm, 1669, in 12.

☽ Hi Tractatus duo conjunctim editi sunt Hagæ Comitis, 1658 in 12. & Amstelodami, apud Henricum & Theodorum Boom, 1669, in 12.

JOHANNES CLAUDIUS de la COURVEE,
Veſulanus

De Nutritione Fœtus in utero, Paradoxa. Dantisci, apud Georgium Forsterum, 1655, in 4.

Ostentum, seu, de Ferramentis è Dorso extractis. Paris. 1648, in 8.

Frequentis Phlebotomiæ usus & cautio in abusum. Parisiis, 1647, in 8.

JOHANNES CLEMENS CUNO

☉ *Natus est Noribergæ, Patre Johanne Cunone, Med. Doctore & Physico ordinar. Noribergensi: creatus Medicinæ Doctor Basileæ A. C. 1614, annoq; insequente, nempe 1615 in Collegium Medicum Noriberg. receptus, ibidem Medicinam exercuit, & obiit A. C. 1632.*

Epistolæ binæ Medicæ. Extant cum Consilia Medica Johan. Hornungi. Noribergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

JOHANNES COBOLDUS,
Aldenburgenſis

De Puero Ectatico Aldenburgensi, Narrationes aliquot Epistolicæ. Extant cum Pauli Lentuli Historia de Prodigiosa Apolloniæ Schrejeræ Inedia. Bernæ Helvet. apud Johan. le Preux, 1604, in 4.

JOHANNES COLERUS

De Bombyce. Giessæ, 1665, in 4.

JOHAN-

JOHANNES COYTTARUS THÆREUS, *Aluisiensis*

De Febre purpura epidemiali & contagiosa, Libri duo. Parisiis, apud Martinum Juvenem, 1578, in 4.

JOHANNES COLLE,

⊙ *Natus est Beluni in Italia A. C. 1558, Patre Georgio Colle: impetrato Patavii 1584 Doctoris Medicinæ titulo, Venetiis per 12. annos cum laude Medicinam exercuit, scriptionibus deditus, varia eruditissima Scripta evulgavit: tum verò 1600 à Francisco Mariâ II. Urbini Duce, Protomedicus & Nobilis à Cubiculo, assignato annuo 500 ducatorum honorario, renunciatus est: quâ in Aulâ exactis 23 integris annis, Patavium vocatus, suoq; à Principe cum dono mille Coronatorum dimissus, in eo Gymnasio 1623 primariæ Medicin. Cathedræ munus Roder. Fonsecæ successor alacriter suscepit: ubi etiam peste obiit A. C. 1631, ætatis suæ 72.*

Cosmitor Medicæus triplex. In quo Exercitatio totius artis Medicæ: Loca dilucidata, & quæstiones variæ decisæ: ac Consultationes Medicinales, & Quæstiones Practicæ enucleatæ proponuntur: unde elegans Medica Ars Theorica, & Practica, sida nempe Methodus tuendæ ac recuperandæ sanitatis, & luculentus omnium præsidiorum usus tutus atque jucundus Studiosis objicitur: ex Græcorum, Arabum, & tam Latinorum veterum, quàm recentiorum doctrinâ. Venetiis, apud Baretium, 1621, in fol.

Elucidarium Anatomicum, & Chirurgicum: ex Græcis, Arabibus & Latinis selectum: unà cum Commentariis in quarti Lib. Avicennæ Fen tertiam. Inserti sunt Tractatus, de Vulneribus, Ulceribus, Tumoribus, Fracturis, Lue Gallica, Luxationibus. Venetiis, apud Evang. Deuchinum, 1621, in fol.

De Cognitu difficilibus in Praxi, ex Libello Hippocratis de Insomniis, & ex Libris Avenzoaris: per Commentaria, & Sententias dilucidata. Venetiis, apud Evang Deuchinum, 1628, in 4.

Methodus facilè parandi jucunda, tuta, & nova Medicamenta, & ejus applicatio adversus Chymicos. De Tincturis, Extractis, Quintis essentiis, Salibus, Cremoribus, Syrupis Chymicis, Aquis Spagyricis, Purgantibus Hermeticis, Cosmeticis, Fucis, Tartaro Vini, & aliorum, Calcantho, seu Vitriolo, Menstruis propriis medicamentorum. De Vita & Senectute longius protrahenda. De Alexipharmacis Chymicis adversus omnia venena. Nec non de antiqua Morbi Gallici natura, ejusque symptomatibus, notitia, & medela singularis. De Plica, Cyrris, Capillorum agglomeratione, & ejus antiqua origine. De Fascino dignoscendo, & curando. Venetiis, ap. Evang. Deuchinum, 1628, in 4.

De Morbis malignis. Patav. 1620, in fol.

De Idea, & Theatro Imitatricium, & Im-

& Imitabilium ad omnes intellectûs facultates, ſcientias, & artes, Libri Aulici. Quibus cunctæ intellectûs facultates inſtrumentariæ, Grammatica, Logica, Rhetorica, Poetica, Hiſtoria; omnes ſcientiæ activæ & ſpeculativæ; Mathematicæ, multi Tractatus jucundiſſimi, Moralis Philoſophia, Politica, Naturalis Theologia, Metaphyſica; omnes artes, Medicina, Agricultura, Typographia, Pictura, Sculptura, Ferraria, Vitriaria, Architectura, & Mechanicæ, non ſolùm quo ordine, & qua methodo inveniendæ, & inventæ ſint ordinandæ, & perſpicuè exponendæ, manifeſtatur; ſed ſingulæ mirâ brevitate, ordine & methodo ante oculos locantur. Principibus & Aulicis Viris utiliſſimæ, & jucundiſſimæ, qui multis negotiis obſtricti longius tempus in his literarum ſtudiis conterere nequeunt. Item Tractatus de Nobilitate, de falſo à Vulgo creditis, & aliis, &c. Piſauri, apud Flaminium Concordiam, 1617, in fol.

Medicina Practica, ſive, Methodus cognoſcendorum & curandorum omnium affectuum malignorum & peſtilentium. Piſauri, apud Rob. Mejettum, 1617, in fol.

JOHANNES COMBACHIUS, *Wetteranus*

Liber de Homine. In quo de nobiliſſ. creaturæ eſſentia & partibus, ejusdemque ordine ad Deum, Universum, aliasque creaturas agitur. Addita eſt Diſquiſitio duplex, prior, de Caſeo; altera, de Divinationibus. Marpurgi, apud Rod. Hutwelcherum, 1620, in 8.

De Philtris: utrum animi hominum his commoveantur, necne? Tractatus. Hamburgi, apud Hermannum Mollerum, 1609, in 4.

⊙ JOHANNES COMMELINUS

Henrici van Rheede & Johannis Caſearii Horti Indici Malabarici de Fruticibus Regni Malabarici apud Indos Celeberrimi Partem II. Notis adauxit & Commentariis illuſtravit. Amſtelodami, apud Viduam Johannis à Someren & Joh. à Dick, 1679, in fol.

Henrici van Rheede & Johannis Munnicks Horti Indici Malabarici Partem III. de Arboribus Regni Malabarici Notis adauxit & Commentariis illuſtravit. Amſtelodami, apud Viduam Johannis van Someren, Hæredum Johannis van Dyck & Henrici & Viduæ Theodori Boom, 1682, in fol.

JOHANNES de CONCOREGIO

☽ *Natus Mediolani: inó Collegium Medic. patriæ receptus: primùm Bononiæ, deinde etiam in aliis Italiæ Academiis, & tandem Ticini Medicinam publicè profeſſus eſt. In hoc munere lectorio Ticini obiit A. C. 1438.*

Praxis nova totius fere Medicinæ: Lucidarium, & Flos florum Medicinæ vulgo nuncupata, quæ quidem quatuor Tractatibus continentur: videlicet, de Diſpoſitionibus Capitis, & Par-

& Partium ejus, Tract. I. De Diſpoſitionibus Cordis Pectoris, & Partium ejus, Tract. II. De Diſpoſitionibus Stomachi, Hepatis, Splenis, & aliorum membrorum naturalium, Tract. III. De Diſpoſitionibus Genitalium membrorũ, Teſticulorum, Matricis, & aliorum annexorum, Tract. IV. Summula item de curis Febrium, &c. Venetiis, apud Hæredes Octaviani Scoti, 1515, in fol. & ap. Lucam Anton. Giuntam, 1521, in fol. Extat quoque Mss. in Bibliotheca noſtra.

⊙ JOHANNES CONRADUS AXTIUS

Dialogus de Partu Septimeſtri, an nempe ille ſit perfectus, vegetus & per conſequens legitimus? Jenæ, typis Gollnerianis, 1679, in 12.

Tractatus de Arboribus Coniferis, & Pice conficiendâ, aliisque ex illis Arboribus provenientibus. Ibidem, apud Johannem Bielckium, anno & formâ eâdem.

⊙ JOHANNES CONRADUS BRUNNERUS

Experimenta nova circa Pancreas. Accedit Diatribe de Lympha & genuino Pancreatis Uſu: item Johannis Conradi Peyeri Schediasma de Pancreate & ejus Uſu, nec non ejusdem Brunneri Reſponſum ad Schediaſma de Pancreate & ejus uſu ad J. C. Peyerum. Amſtelodami, apud Henricum Wetſtenium, 1683, in 8.

JOHANNES CONRADUS DIETERICI

⊙ Jatreum Hippocraticum, continens Narthecium Medicinæ veteris & novæ, juxta ductum Aphorismorum Hippocratis adornatum. Giſſæ Haſſorum, ex Officinâ Chemliniana, 1655, in 4. Ulmæ Svevorum, apud Balthaſar. Kühnium, 1661, in 4.

☽ Hippocratis Aphoriſmi illuſtrati. Gieſſæ, ex Officina Chemliniana, 1656, in 4. Ulmæ, apud Balthaſar. Kühnium, 1665, in 4.

JOHANNES CONRADUS GERHARDUS

☽ Extractum Chymicarum Quæſtionum, ſive, Reſponſionis ad Theoriam Lapidis Philoſophici editam in Academia Regiomontana à quodam ibidem Antichymiſta. Ubi veritas artis Chymicæ etiam contra principia negantem aſſeritur, & multæ difficiles & jucundæ Quæſtiones diſcutiuntur. Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1616, in 8.

Tractatus Practicus de Chymiatria, id eſt, de Aquarum, Oleorum, Salium, Eſſentiarum extractione, & de Thermarum probatione. Baſileæ, apud Johan. Jac. Genathium, 1631, in 4.

⊙ JOHANNES CONRADUS PEYERUS. *Schafhuſâ-Helvetius*

Exercitatio Anatomico-Medica de Glandulis Inteſtinorum, earumque uſu & affectionibus. Cui ſubjungitur Anatome Ventriculi Gallinacei. Schafhuſæ, apud Onophrium à Waldkirch, 1677, in 8. Extat etiam cum ejusdem Peyeri Parergis

©BIUM

Anatomicis & Medicis ſeptem. Amſtelædami, apud Henricum Wetſtenium, 1682, in 8. Item cum Danielis le Clerc & Joh. Jacob. Mangati Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

Pœonis & Pythagoræ, id eſt, Johannis Jacobi Harderi & Johannis Conradi Peyeri Exercitationes Anatomicæ & Medicæ familiares bis L. Hecatombe, non Hecatæ, ſed Illuſtri Academiæ Naturæ Curioſorum ſacræ. Baſileæ, apud Emanuelem König & Fil. 1682, in 8.

Methodus Hiſtoriarum Anatomico-Medicarum, exemplo Aſcitis, vitalium organorum vitio, ex pericardii coalitu cum Corde nati illuſtrata. Pariſiis, 1679, in 12.

Parerga Anatomica & Medica ſeptem, ratione ac experientiâ concepta & edita. Amſtelædami, apud Henricum Wetſtenium, 1682, in 8. Continentur autem his Parergis I. Exercitatio I. de Glandulis Inteſtinorum cum Anatome Ventriculi Gallinacei. II. Exercitatio II. de Glandulis Inteſtinorum cum Certamine Epiſtolari. III. Methodus Hiſtoriarum Anatomico-Medicarum, exemplo ſingulari illuſtrata. IV. Epiſtola de Virginis natu cœcæ ſtudiis & commercio literario, ad Medicum Excellentiſſimum, Carolum Sponium, cum hujus Reſponſione. V. Hiſtoria Anatomica, de Muliere hydropicâ, cui Lien erat minimus, & ductus pancreatis valdè amplus. VI. Hiſtoria Anatomica de Muliere hydropica, cujus abdomen fuit plenum tumoribus, & uterus tuberoſus. VII. Miraculum Anatomicum in Cordibus reſuſcitatis, & de Salmonum ſexu quædam.

Experimenta nova circa Pancreas. Extant cum Danielis le Clerc & Joh. Jacob. Mangati Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1683, in fol.

Merycologia, ſive, de Ruminantibus & Ruminatione Commentarius. Quô primùm exponuntur Ruminantium ſpecies & differentiæ, per omnia Animalium genera; deinde organorum Ruminationi inſervientium admiranda ſtructura detegitur, & Iconibus æri inciſis ante oculos ponitur: denique de Ruminatione ipſâ, ejuſque cauſis ac utilitate diſſeritur. Baſileæ, apud Ludovicum König & Joh. Brandmüllerum, 1685, in 4.

Schediasma de Pancreate & ejus uſu. Extat cum Joh. Conr. Branneri Experimentis novis circa Pancreas. Amſtelodami, apud Henricum Wetſtenium, 1683, in 8.

Obſervatio, de Uteri & Veſicæ urinariæ procidentia. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann. I. N. 84.

de Lepuſculis Salmonum extis, inteſtino cœco, ventriculo anſerino, & renibus anſerinis. Ibid. Ann. eod. N. 85.

de ſingularibus Rupicaprarum, poſt cornua, meatibus. Ibid. An. eod. N. 86.

de Ceratographia Deſiderata, Merycolo-

rycologiæ ſciagraphia, & Rupicaprarum cornubus pereñibus. Ibid. Ann. eod. N. 87.

Obſerv. de Ciconiæ ventre, & affinitate quadam cum ruminantibus. Ibid. Decur. II. Ann. II. Num. 97.

de Gemellis monſtroſis, coalitis partibus monſtroſis. Ibid. Ann. eod. N. 111.

de Tanaceti pro abſinthio uſurpati, felici ſucceſſu. Ibid. Ann. eod. N. 112.

JOHANNES CONRADUS RHUMELIUS

⊙ *Natus Neagoræ Palatinatus ſuperioris Oppido A.C. 1597, Patre homonymo, itidem Medicinæ Doctore ac Poetâ Laureato: conſtitutus primùm Medicus Caſtrenſis: deinde demum Altdorfii 1630 Medicinæ Doctor creatus, annuq. inſequente in Collegium Medicum Noriberg. receptus, in eâdem Civitate feliciter Praxin exercuit, ſimulq. Principi Anhaltino, Auguſto, à Conſiliis Medicis fuit. Obiit Noribergæ A.C. 1661, ætatis ſuæ 64.*

⊙Arthritis Errans. Noribergæ, ap. Paulum Kauffmannum, 1596, in 4.

Hiſtoria morbi, qui ex caſtris ad raſtra, à raſtris ad roſtra, ab his ad aras & focos in Palatinatu ſuperioris Bavariæ ſe penetravit anno MDCXXI, & permanſit MDCXXII & XXIII. Norimbergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 8.

Prophylace Medico-Practica Luis Epidemiæ ἐγκεφαλονόσου, exhibita Civitatibus, Dynaſtis, Collegiis, Civibus: unà cum Apotrope, id eſt, Centuria Curationum Medicarum feliciter, cooperante Deo, factarum in Novo-foro ſeptemviralis Palatinatus. Ibidem, apud Eundem, 1624, in 8.

Loimographia. Ambergæ, apud Johannem Schönfeldium, 1606, in 8.

Partus humanus, ſive, Diſſertatio perbrevis de Humani partus natura, temporibus, & cauſis: ex meditullio veræ Medicinæ Theoricæ eruta, & concinnâ Methodo propoſita. Ibid. apud Simonem Halbmayerum, 1624, in 8.

Theologia Vegetabilis. Carminicè ſcripta. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1626, in 8.

Philoſophia Animalis, Vivario, Aviario, Natatario recenſita. Carminicè ſcripta. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1630, in 8.

⊙ JOHANNES CONRADUS STETTERUS

Cenſura Argumentorum Galeni, de Motu Muſculorum, quâ illi à vetuſtiſſimo officio ob rationes nonnullas graviſſimas removentur, & id Oſſibus vindicatur, fundamento futura aliis proximè ſuperſtruendis. Francofurti, apud Wilhelmum Serlinum, 1665, in 8.

JOHANNES CONRADUS WECHTLERUS

Homo oriens & occidens, duobus Actibus & Libris in Scenam productus; ut primus primum ab infimis

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 573 sur 1339

principiis assurgentem; secundus secundum ab hoc perfectionis statu ad corruptionem & cineres delabentem complectatur. Francofurti, 1659, in fol.

⊙ De Unguenti Armarii Difficultatibus. Extat cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Johan. Andr. Endterum, & Wolffgangi Jun. Hæredes, 1662, in 4.

Vocabula Rei Nummariæ, Ponderum, & Menſurarum, Græca, Latina, Hebraica, Arabica: ex diverſis Authoribus collecta, & in ordinem Alphabeticum diſpoſita. Extant cum Dom. Maſſarii de Ponderibus & Menſuris medicinalibus Libris, à Caſparo Wolphio editis. Tiguri, apud Froſchoverum, 1584, in 8.

Epitome Bibliothecæ Conradi Gesneri, conſcripta primùm ab Conrado Lycoſthene, nunc denuo recognita & plus quam bis mille Authorum acceſſionibus locupletata. Tiguri, 1555, in fol.

JOSTRERIUS de JOSTRERIIS, *Baſſanenſis*

Admirationes Medicæ: Doctrina Galeni, nec non & aliorum Auctorum; ſcilicet de Uſu Veſicantium promiſcue in morbis omnibus: de Cucurbitulis affigendis importune: de Venæſectionis omiſſione: de Purgatione incongruâ: de Victus ratione monſtrosâ. Venetiis, apud Altobellum Salicatium, 1596, in 4.

JOSUEL ABRECH, *Hunepæus*

Ὀνειροκρίσις. Liber novus, mirificus, & eruditione refertus, omnibusque iis, qui præſertim Medicinæ vel Philoſophiæ, adeoque ipſi ſapientiæ Theologicæ, vel ſaltem pietati ac timori Dei, ipſiusque cognitioni ſtudent, perquam utilis. In quo videlicet, omne genus imagines cerebro dormientium conceptæ evolvuntur, haudquaquam futili, ſed genuinâ ac verâ, partimque ex arcanarum Scripturarum fontibus hauſtâ, partim verò ex veterum probatiſſimorumq; Medicorum vel Philoſophorum Scriptis depromptâ, partim denique ſagaci atque omnino fidâ ipſius Autoris Exegeſi. Cum præfixa Inſtructione de variis Somniorum generibus, eorundemque definitionibus, cauſis ac circumſtantiis, ſimulque de legiti-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 727 sur 1339

©BIUM

gitima ipſa Interpretationum ratione. Tremoniæ, apud Arnoldum Weſthovium, 1607, in 8.

JOVITA RAPITIUS

De Balneis, ſeu, Thermis, quæ ad Timavi oſtia ſunt. Extat Operis Veneti de Balneis pag. 307.

IRENÆUS AGNOSTUS

Vindiciæ Rhodoſtauroticæ. 1619, in 8.

ISAAC

Iſraëlita, Salomonis Arabiæ Regis Filius adoptivus. Vixit A. C. 660. Moreau de V. S. in Pleurit. Secundùm Juſtum in Chronol. Medic. vixit A. C. circiter 1158.

Omnia Opera in hoc Volumine contenta: cum quibusdam aliis Opuſculis: ſcilicet,

Lib. de Definitionibus.
Lib. de Elementis.
Lib. Diætarum univerſalium: cum Commento Petri Hiſpani.
Lib. Diætarum particularium: cum Commento Ejusdem.
Lib. de Urinis: cum Commento Ejusdem.
Lib. de Febribus.
Pantechni decem Lib. Theorices: & decem Practices: cum Tractatu de Gradibus Medicinarum Conſtantini.
Viaticum Iſaac, quod Conſtantinus ſibi attribuit.
Lib. de Oculis Conſtantini.
Lib. de Stomacho Conſtantini.
Lib. Virtutum de Simplici Medicina Conſtantini.
Compendium Megatechni Galeni à Conſtantino compoſitum.
Lib. de Oblivione Conſtantini. Cum Tabula & Repertorio omnium Operum & Quæſtionum in Commentis contentarum. Lugduni, apud Bartholomæum Trot, 1515, in fol.

De Diætis univerſalibus & particularibus Libri 11, hoc eſt, de victus ſalubris ratione, & alimentorum facultatibus, quinque Tractatus. Superiori ſæculo ex Arabica Lingua in Latinam converſi; nunc verò operâ Johannis Poſthii, *Germersheimii*, ſedulo caſtigati, & in lucem editi. Baſileæ, ap. Sixtum Henric-Petri, 1571, in 4, 1577, in 8. Antverpiæ, ap. Bellerum, 1607, 1608, in 8.

De Febribus, Liber. Extat Operis Veneti de Febribus pag. 118, 130.

⊙ ISAACUS BARROW

Lectiones Opticorum Phænomenorum. Londini, 1669, in 4.

ISAACUS CATTIER, *Pariſienſis*

De Rheumatismo, Diſſertatio. De ejus naturâ & curatione. Simulque, ex occaſione, de naturâ Doloris intricatiſſimâ, perſpicuè enodantur, novisque Obſervationibus illuſtrantur. Pariſiis, apud Viduam Petit, 1653, in 8.

⊙ Obſervationes Medicinales rarae. Extant cum Petri Borelli Hiſtoriis & Obſervationibus Medico-Phyſicis. Caſtris, 1653, in 12. Pariſiis, apud Johan. Billaine & Viduam Mathurini,

©BIUM

thurini Dupuis, 1656, in 8. Francofurti, apud Laurent. Sigismund. Cörnerum, 1670, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1676, in 8.

⊙ ISAACUS HOLLANDUS

De Lapide Philosophico. Francofurti, 1669, in 8.

ISAACUS JOUBERTUS

Interpretatio dictionum D. Guidonis de Cauliaco: cum Figuris Instrumentorum Chirurgicorum, in ejus Opere memoratorum: mutuatis ut plurimùm ex Operibus Domini Paræi. Extat cum Chirurgia magna Guidonis à Patre Laur. Jouberto restituta. Lugd. apud Symph. Beraud, & Steph. Michaelem, 1585, in 8.

⊙ ISAACUS ROET

Pestis adumbrata, seu, Aphorismi de Peste. Londini, 1666, in 8. Amstelodami, 1667, in 12.

ISAACUS SCHALLERUS

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wittichius collegit & edidit. Francofurti, apud Henningum Grossium, 1604, in 4. & in illo Volumine, quod Laurentius Scholzius edidit. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

Curationum, Observation, & Consultation. Med. Tomi IV. Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Consilior. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676, in 4. itemque cum Ejusdem Exotic. Curat. & Observ. Med. Chiliad. Ibidem, apud Eundem anno & formâ eâdem.

⊙ ISAACUS SCHOOCKIUS

I. Dissertatio Physica, de Nive cum rarissimis adhærentibus Quæstionibus, de Meteoris Aqueis.

II. Centuria rariorum Problematum Historico-Medico-Physicorum.

III. Disputatio Philosophica inauguralis, de Honore, cum Mantissa Positionum ex universa Philosophia selectarum.

IV. Oratio singularis, de Admiratione, cum annexa Gratiarum actione.

V. Oratiuncula, quâ ornatissimos Juvenes à Beanismo absolvit. Sumptibus Eichornianis, 1673, in 4.

ISBRANDUS de DIEMERBROECK, *Montfurto-Trajectinus*

☽ De Peste, Libri quatuor. Truculentissimi Morbi Historiam ratione & experientiâ confirmatam exhibentes. Arenaci, apud Joh. Jacobi, 1646, in 4. Amstelodami, apud Johannem Blaeu, 1665, in 4. quæ Editio ab Auctore emendata, plurimisq; in locis adaucta est.

⊙ Disputationum Practicarum Pars prima & secunda, de Morbis Capitis & Thoracis. Trajecti ad Rhenum, apud Theodorum ab Ackersdyck, 1664, in 12.

⊙ Anatome Corporis Humani, pluri-

©BIUM

plurimis novis Inventis inſtructa, variisque Obſervationibus, & Paradoxis, cùm Medicis, tum Phyſiologicis adornata. Ultrajecti, apud Meinardum à Dreunen, 1672, in 4. Genevæ, apud Samuelem de Tournes, 1679, in 4. Lugduni, 1679, in 4. Hæ duæ poſtremæ Editiones innumeris nævis, quibus prior ſcatet, ſedulò repurgatæ & multis Figuris æneis de novo emendatis ditatæ ſunt.

ISMAEL BULLIALDUS, *Juliodumenſis*

De Natura Lucis. Pariſiis, apud Ludov. de Heuqueville, 1638, in 8.

ISOARDUS GUIGONIUS

Autopſiomma: cum ejusdem Oculi actionibus, & utilitatibus. Taurini, apud FF. de Cavaleriis, 1629, in 4.

⊙ ISRAEL CONRADUS

Diſſertatio Medico-Phyſica de Frigoris Natura & Effectibus. Gedani, typis & ſumptibus Monaſterii Olivenſis S. Ord. Ciſt. 1677, in 12.

ISRAEL HARVETUS, *Aurelianenſis*

⊙ Defenſio Chymiæ: adverſus Apologiam & Cenſuram Scholæ Medicorum Pariſienſium. Et in easdem Guilielmi Baucyneti, Medici Aurelianenſis, Notationes. Pariſiis, apud Guilielmum Avvray, 1604, in 8.

Demonſtratio veritatis doctrinæ Chymicæ: adverſus Johan. Riolani Comparationem veteris Medicinæ cum nova, Hippocraticæ cum Hermetica, Dogmaticæ cum Spagyrica. Hanoviæ, apud Claud. Marnium, 1605, in 8.

ISRAEL SPACHIUS, *Argentinenſis*

Nomenclator Scriptorum Græcorum, Arabum, Latinorum veterum & recentium Medicorum, hoc eſt, Elenchus eorum, qui Artem Medicam ſuis Scriptis illuſtrarunt, ſecundùm locos communes ipſius Medicinæ. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1591, in 8. Cum Imaginibus neceſſariis. Argentinæ, ap. Lazarum Zetznerum, 1597, in fol.

Gynæciorum Libri. Additis, de iisdem, aliorum, quotquot extant, Libris. Denuo recogniti, emendati, neceſſariis Imaginibus exornati, & optimorum Scriptorum auctoritatibus illuſtrati. Argentinæ, apud Lazar. Zetznerum, 1597, in fol.

Continentur autem ſequentes Autores:

1. Felicis Plateri, de Mulierum Partibus Generationi dicatis.
2. Moſchionis, de Paſſixnibus Muliebribus.
3. Cleopatræ Moſchionis Priſciani, & incerti cujusdam Muliebrium Libri, in unam Harmoniam redacti per Caſparum Wolffium.
4. Trotulæ, ſeu, Protis Medici Liberti Juliæ Liber.
5. Nicolai Rochei, de Morbis Mulierum curandis.
6. Ludovici Bonaccioli Enneas Muliebris.
7. Jac. Sylvii, de Menſibus Muliebribus.

8. Joh.

©BIUM

8. Joh. Ruffi, de Conceptu & Generatione Hominis.
9. Hieron. Mercurialis de Morbis Muliebribus.
10. Johan. Baptiſt. Montani, de Affectibus uterinis.
11. Vict. Trincavellii Conſilia Muliebria.
12. Alberti Bottoni, de Morbis Muliebribus.
13. Johan. le Bon Therapia Puerperarum.
14. Ambroſ. Paræi de Hominis Generatione.
15. Albucaſis de Morbis Muliebribus.
16. Franciſci Rouſſeti de Partu Cæſario.
17. Lithopedii Senonenſis Icon.
18. Caſpar. Bauhini de Partu Cæſario.
19. Mauric. Cordæi Commentarii, in Lib. priorem Hippocr. de Muliebribus.
20. Martini Akakiæ de Morbis Muliebribus.
21. Ludov. Mercati Gynæciorum Lib. IV.

☽ Johannis Fragoſi Hiſtoriam Aromatum, Fructuum, & Simplicium aliquot Medicamentorum ex India utrâque, Orientali & Occidentali, in Europam delatorum, ex Hiſpanico in Latinum tranſtulit: & additis Notis marginalibus atque Indice edidit. Argentinæ, apud Jacob. Martinum, 1600, in 8.

Themata Medica de Animæ Facultatibus. Argentorati, 1591, in 4.

JULIUS ab ÆTSEMA, *Friſius*

Tractatus de Peſte. Hanoviæ, 1611, in 8.

JULIUS ALEXANDRINUS

☽ *Natus eſt circa A. C. 1506: cognominatus à Neuſtein: fuit Archiater aliquot Imperatorum Roman. interq. Eos præcipuè Maximiliani II. cui Principi valetudinario Chariſſimus fuit; & à quo amplis honoribus donatus eſt, quos etiam in Filios, licèt naturales, tanti Imperatoris indulgentiâ tranſcripſit: tandem Tridenti obiit A. C. 1590, ætatis ſuæ 84.*

De Medicina, & Medico, Dialogus, Libris quinque diſtinctus. Tiguri, apud Andr. Gesnerum, 1557, in 4.

Salubrium, ſive, de Sanitate tuenda, Libri triginta tres. Coloniæ, apud Gervinum Colenium, 1575, in fol.

In Galeni præcipua Scripta, Annotationes, quæ Commentariorum loco eſſe poſſunt. Acceſſit trita illa de Theriaca Quæſtio. Baſileæ, ap. Petrum Pernam, 1581, in fol.

Pædotrophia, Carmine. Tiguri, apud Froſchoverum, 1559, in 8.

Ant-Argenterica pro Galeno. Venetiis, opud Zalberium, 1552, in 4.

Ant-Argentericorum ſuorum adverſus Galeni Calumniatores Defenſio. Venetiis, apud Zalberium, 1564, in 4.

Epiſtola Apologetica ad Remb. Do-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 731 sur 1339

©BIUM

donæum. Francof. apud Wechelos, 1584, in 8.

Epistola ad Petrum Andr. Matthiolum de Anima adversionibus quibusdam in Galenum: De expurgatione Vomicæ pulmonis: De Autore Libri de Theriaca ad Pisonem. Extat Lib. 1. Epist. Matth. pag. 20.

Epistola ad Andream Camutium. Quâ agitur de quatuor dubiis: I, an in intermittente tertiana alterâ die sanguis mittendus? II, an sanguis in bilioso maximè abundet? III, an in declinatione, ratione imminentis alterius morbi, mori quis possit? IV, an piper ad jecur perveniat? Extant cum Andr. Camutii Excussione præcipui morbi, nempe Cordis Palpitationis Maximiliani II, Cæsaris. Florentiæ, apud Georg. Marescottum, 1580, in 4.

Enantiomatωn sexaginta quatuor Galeni Liber. Item Galeni Encomium. Venetiis, apud Zalberium, 1548, in 8.

Consilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

Interpretatio Actuarii Johannis, de Affectionibus, & Actionibus Spiritus Animalis. Extat cum Ejusdem Lib. VI Methodi Medendi, quos edidit Conr. Henr. Matthisius. Venetiis, 1554, in 4.

JULIUS CÆSAR ARANTIUS

☉ *Natus est Bononiæ: quâ in Academia Doctoris Medicinæ impetrato titulo, mox in eâdem Medicinæ, Chirurgiæ & Anatomiæ Professor declatus, eam Spartam per annos 32 ornavit, donec nempe obiit A. C. 1589.*

De Humano Fœtu Liber. Ejusdem Anatomicarum Observationum Liber. Ac de Tumoribus secundùm locos affectos Liber. Venetiis, apud Barthol. Carampellum, 1595, in 4. apud Jac. Brechtanum, 1587, in 4. Basileæ, apud Sebast. Henric-Petri, 1579, in 8.

☽ De Humano Fœtu Liber, operâ Laur. Scholzii seorsim prodiit. Extat etiam cum Francisci Plazzoni Libr. de Partibus Generationis. Lugduni Batavorum, apud Felicem Lopez de Haro, 1664, in 12.

In Hippocratis Librum de Vulneribus Capitis Commentarius brevis, ex ejusdem Lectionibus collectus, per Claudium Porralium, *Lugdunensem*, unà cum Ejusdem Annotatiunculis marginalibus. Lugduni, apud Ludov. Cloquemin 1580, in 8. Lugd. Batav. apud Joh. Maire, 1639, in 12. & 1641, in 12.

Consilia & Epistolæ Medicæ. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. ap. Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. Hanoviæ, 1610, in fol.

JULIUS CÆSAR BARICELLUS, *à S. Marco*

De Hydronosa Natura, sive, Sudore humani corporis Libri quatuor. In quibus non solùm de origine, differentiis, & præsagio, verùm atque de usu, apparatu, & curatione Sudorum

©BIUM

sum differitur. Neapoli, apud Lazarum Scoriggium, 1614, in 4.

Hortulus genialis, sive, Arcanorum valdè admirabilium tam in Arte Medica, quàm reliquâ Philosophâ, Compendium: Curiosis Naturæ scrutatoribus lectu tam utile, quàm jucundum. Coloniæ, ap. Matth. Smitz, 1620, in 12. Genevæ, apud Philippum Albert, 1620, in 16. Huic editioni accessit Arnoldi Freitagii Liber de Esculentorum Potulentorumque Facultatibus.

De Lactis, Seri, & Butyri facultatibus & usu, Opuscula cûm jucunda tum utilia. In quibus pleraque, præter Medicorum communium opinionem, notatu digna examinantur. Accessit in fine de Chymico Butyro non inutilis Conventus. Neapoli, ap. Lazarum Scoriggium, 1603, 1623, in 4.

JULIUS CÆSAR BENEDICTUS, *à Guelfalione, Aquilanus*

De Pepasmo, seu, Coctione Quæstiones, ad mentem Hippocratis. Aquilæ, apud Franc. Marinum, 1636, in 8.

Consultationum Medicinalium Opus utile, jucundum, necessarium, Medicorum principum tutelâ. Dogmatum varietate, & ordinatâ morborum omnium curatione refertum. Venetiis, apud Bertanos, 1650, in 4.

Epistolarum Medicinalium Libri decem, reconditâ Hippocratis doctrinâ singularique eruditione referti. Opus non minus Theoriæ, quàm Praxi necessarium. Romæ, ap. Andr. Phæum, 1649, in 4.

De loco in Pleuritide. Romæ, 1644, in 8.

JULIUS CÆSAR BULENGERUS

De Conviviis Libri quatuor. Lugduni, apud Ludov. Prost, 1627, in 8.

De Pictura, Plastice, Statuariâ. Lugduni, 1627, in 8.

De Ludis privatis ac domesticis Veterum. Ibidem, 1627, in 8.

JULIUS CÆSAR CLAUDINUS, *Bononiensis*

Quæstio de Sede facultatum principum. Basileæ, apud Johan. Jac. Genathium, 1617, in 4. Parisiis, apud Casp. Meturas, 1647, in 4. cum August. Buccii Disput. de Princ. Part. & ἐπικρίσει Casp. Hoffmanni.

De Ingressu ad Infirmos, Libri duo. In quibus Medici omne ex tempore Medicinam facturi munus, sive, per se curet, sive, cum aliis de curando consultet, accuratissimè, tanquàm in Tabula, delineatum continetur. Accessit Appendix de Remediis generosioribus: nempe I. de Natura & usu Aquarum naturalium, tum simplicium, tum medicatarum: ubi de Lutis quoque & Vaporariis. II. de Natura & usu Chalybis ac Medicamentorum chalybeatorum. III. de Natura & usu Radicum Salsæparillæ, Chinæ, Saponariæ, Cannarum vulgarium, item Lignorum Gvajacini, Sassafras, Juniperini, Tamariscini, Lentiscini, Visci quercini, Fraxinei,

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 733 sur 1339

©BIUM

xinei, Santalini. IV. de Natura & Uſu Aquæ Hordei, & Ptiſanæ. V. de Natura & Uſu Vinorum medicatorum. VI. de Natura & Uſu Medicamentorum ex Viperis. VII. de Natura & uſu Juris Galli veteris, Pulli, & Columbi. VIII. de Natura & uſu Lactis. IX. de Natura & uſu Seri. X. de Natura & uſu Balneorum. XI. de Natura & recto uſu Stillicidiorum. Adjecta eſt Coronidis loco Quæſtio Philoſophico - Medica de Sede principum facultatum. Bononiæ, ap. Joh. Bapt. Bellagambam, 1612, in 4. Baſileæ, apud Johannem Jacobum Genathium, 1616, in 8. Et addito Tractatu de Criſibus & Diebus criticis, Venetiis, apud Donatum Pasquardum, 1628, in 4. Baſileæ, apud Johan. Jac. Genathium, 1641, in 8. Venetiis, 1663, in 4. Francofurti ad Mœnum, apud Albertum Ottonem Fabri, 1675, in 8.

☽ Paradoxa Medica, ſive, Tractatus de Natura & uſu Thermarum: Lutorum: Fovearum: Stuffarum: Guajaci ligni: Saſſafras: Salſæparilliæ: Chinæ radicis: Vini medicati: Chalybis: Stillicidiorum: Balnei aquæ dulcis tepidi: Medicamentorum ex Viperis: Lacte & Sero &c. Collegit hos Joſephus Lautenbachius, editque cum Conſiliis Medicinalibus præſtantiſſ. Italiæ Medicorum, & Antonii Mariæ Venuſti. Francofurti, ap. Wolfgangum Richterum, 1605, in 4. Ibidem, apud Chriſt. Gerlachium & Sim. Beckenſtein, 1660, in 4.

Reſponſionum & Conſultationum Medicinalium Tomus. Venetiis, apud Societatem, 1606, in fol. Francofurti, apud Lazar. Zetznerum, 1607, in 8. Venetiis, apud Societatem, 1607, in fol. apud Bertanos, 1646, in 4. Cui addita eſt Exercitatio de ultimo corporis Alimento Florii Bernhardi.

☽ De Criſibus & Diebus Criticis, Tractatus. In quo cùm de cæteris omnibus, quæ ad horum pertinent cognitionem, tum de cauſis præcipuè, accuratè juxtà, & ordine diſſeritur. Bononiæ, apud Barthol. Cochium, 1612, in fol. Baſileæ, apud Johan. Jac. Genathium, 1620, in 8. Extat etiam cum ejusdem Authoris Libris duobus de Ingreſſu ad Infirmos. Venetiis, apud Donatum Pasquardum, 1628, in 4.

De Catarrho, Tractatus. In quo, quæcunque ad mali hujus, ſive, cognitionem, ſive, curationem pertinent, exactè juxtà, & breviter enodantur. Bononiæ, ap. Victorium Benatium, 1612, in fol.

Conſilium de Gonagra & Podagra. Extat eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Joh. Sartorium, 1605, in 4, pag. 319.

☽ Empirica rationalis: Libris ſex abſoluta, & in duo Volumina diviſa. In quorum primo univerſi Corporis humani Affectus, penes totum, & partes: in altero verò penes ſpeciem, individuum, ætates, cauſas manifeſtas, reconditasque, ſive, Practicis omnibus noti, aut prolapſi, ſive, novi & peregrini, rationabiliter, & abſo-

©BIUM

abſolutiſſimè curantur. Cui, ut faciliori negotio Medicinam facientes, quicquid in Opere continetur, inveniant, præter Annotationes in Margine, geminus acceſſit Index Johan. Caroli Matthefiani. Bononiæ, apud Jacobum Montium, 1653, in fol. 2 Voll.

Quæſtio de Sede Facultatum principum. Extat cùm Caſpari Hoffmanni Opuſculis Medicis. Pariſiis, 1647, in 4.

JULIUS CÆSAR RECUPITUS

De Incendio Veſuviano Nuntius. Neapoli, 1633, in 8.

JULIUS CÆSAR SCALIGER

☽ *Natus eſt in Caſtro Ripâ ad Lacum Benacum, A.C. 1484, Patre Benedicto Scaligero, Bellatore fortiſſimo, ex antiquiſſima Scaligerorum, Principum quondam Veronenſium, familiâ oriundo: in adoleſcentia Franciſcanorum Monachorum cœtui aggregatus, ſed mox ab ipſis iterum abſtractus, juventutis annos in bello tranſegit, inq; eo Magiſter Equitis titulum meruit. Tandem etiam militiâ relictâ, literis ſe totum addixit. Ex Italia Aginnum in Urbem Aquitaniæ ſeceſſit, ibiq; Medicinam feliciter exercuit, donec ibidem obiit Grammaticus, Criticus, Poeta, Philoſophus & Medicus incomparabilis, Eraſmi Roterodami Adverſarius acerbus, A.C. 1558, ætatis ſuæ 74.*

Commentarii in Hippocratis Librum de Inſomniis. Adjecto Textu Latine ab Eodem converſo. Lugduni, apud Gryphium, 1538, in fol. apud Antonium Vincentium, 1561, in fol. cum Libris Poetices. Gieſſæ, apud Chemlinum, 1610, in 8. Amſtelodami, apud Johan. Ravenſtein, 1659, in 12.

☽ Commentarii, & Animadverſiones in ſex Libros de Cauſis Plantarum Theophraſti. Exquiſitam Rerum ac Dictionum penitus abſtruſarum Græcæ Latinæque Linguæ explicationem continentes. Lugduni, apud Guilielm. Rovillium, 1566, in fol. Genevæ, apud Joh. Criſpinum, 1566, in fol. Lugd. apud Anton. de Harſy, 1586, in fol.

Animadverſiones in Hiſtorias Theophraſti. Lugduni, apud Johan. Jac. Juntæ F. 1584, in 8. Cum Roberti Conſtantini ad eosdem Annotationibus.

In Libros de Plantis Ariſtoteli inſcriptos, Commentarii. Lutetiæ, ap. Michaelem Vaſcoſanum, 1556, in 8. 1619, in fol. Lugd. apud Gul. Rovillium, 1566, in fol.

Ariſtotelis Hiſtoria de Animalibus: Jul. Cæſ. Scal. interprete, cum Ejusdem Commentariis. Philippus Jacobus Mauſſacus, Conſil. Regius, ex Bibliotheca paternâ Opus à multis abhinc annis expetitum primus vulgavit, & reſtituit: additis Prolegomenis & Animadverſionibus. Accedit Fragmentum, quod Decimus Hiſtoriarum inſcribitur, multò quàm antea emendatius & auctius. Toloſæ, apud Raymundum Colomerium, 1619, in fol.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 735 sur 1339

©BIUM

Commentarii in Ariſtotelis Librum, qui Decimus Hiſtoriarum inſcribitur. Lugduni, apud Anton. de Harſy, 1584, in 8.

De Subtilitate Libri viginti unus. Baſileæ, apud Henricum Petri, 1560, in fol. Lutetiæ, apud Mich. Vaſcoſanum, 1557, in 4. Hanoviæ, 1634, in 8.

⊙ Exotericarum Exercitationum Liber xv. de Subtilitate, ad Hieronymum Cardanum. Francofurti, apud Andreæ Wecheli Hæredes, Claudium Marnium, & Johan. Aubrium, 1592, in 8.

Diſputatio, de Partu cujusdam Infantulæ Agennenſis: An ſit ſeptimeſtris, an novem menſium? Extat Operum Jacobi Sylvii Parte VI. Coloniæ Allobr. apud Jacobum Chovet, 1630, in fol.

Electa Scaligeræa, hoc eſt, Sententiæ, Præcepta, Definitiones, Axiomata, ex univerſis illius Operibus ſelecta, & per certas Locorum Communium Claſſes diſpoſita. Hanoviæ, apud Wechelianos, 1634.

JULIUS CÆSAR VANNINUS, *Neapolitanus*

De admirandis Naturæ, Reginæ, Deæque mortalium Arcanis, Libri quatuor. Lutetiæ Pariſiorum, apud Adrianum Perier, 1616, in 8.

JULIUS CASSERIUS

⊙ *Natus Placentiæ Ital. (indeq; à Patria communiter dictus Placentinus) Parentibus humilibus & pauperibus: patriis laribus abactus, Patavium adiit, ubi cùm Aquapendentis famulatui ſe dediſſet, ex famulo auditor, ex auditore diſcipulus, Medicinæ demum & Chirurgiæ Doctor, tandemq; Præceptoris in Chirurgia ſucceſſor factus eſt. Obiit Patavii, ætatis ſuæ 60.*

Pentæſtheſeion, hoc eſt, de quinque Senſibus Liber, Organorum fabricam variis Iconibus fideliter ære inciſis illuſtratam, nec non actionem & uſum, Diſcurſu Anatomico & Philoſophico accuratè explicata continens. Venetiis, apud Nicol. Miſſerinum, 1609, in regali fol. Francof. apud Hæredes Baſſæi, 1609, 1610, 1622, in fol.

De Vocis Auditusque Organis, Hiſtoria Anatomica, ſingulari fide, Methodo, ac induſtriâ concinnata, Tractatibus duobus explicata ac variis Iconibus ære excuſis illuſtrata. Ferrariæ, ap. Victorium Baldinum, 1600, in regali fol. Venetiis, 1601, in fol.

☽ Tabulæ Anatomicæ LXXVIII, omnes novæ, nec antehac viſæ. Daniel Bucretius, *Uratislavienſis*, XX, quæ deerant, ſupplevit, & omnium Explicationes addidit. Extant cum Adriani Spigelii de Humani Corporis Fabricâ Libris decem. Venetiis, apud Evangeliſtam Deuchinum, 1627, in reg fol. Francofurti, apud Matthæum Merianum, 1632, in 4. Extant etiam cum Ejusdem Spigelii Operibus, quæ extant, omnibus, à Johan Anton. van der Linden recenſitis. Amſtelodami, apud Johannem Blaeu, 1645, in fol. reg.

⊙ Tabulæ de Formato Fœtu. Extant

©BIUM

tant cum Adrian. Spigelii Operibus, quæ extant, omnibus, à Joh. Anton. van der Linden recenſitis Amſtelodami, apud Johannem Blaeu, 1645, in fol. reg.

JULIUS CINUS, *Colenſis*

Epiſtola Apologetica, contra Vincentium Cibum, *Fulginatem*, Medicum Clariſſ. de Erroribus in cura Tertianæ commiſſis, unde æger mortuus eſt. Extat Tomo 1 Epiſt. Horatii Augenii, Lib. IX, Epiſt. II, p. 209. edit. Francofurtenſis.

JULIUS CLEMENS, *Scotus*

Opuſcula aliquot. Patavii, 1650, in 4.

JULIUS DELPHINUS, *Ticinenſis*

In III Galeni Artis Medicinalis Librum, Explanatio. Ejusdem de Ratione Medicamentorum præſcribendorum Liber. Venetiis, apud Joh. Franc. Camotium, 1557, in 4.

Quæſtiones Medicinales, quarum I, de Thermarum uſu. II, de Cauteriis. III, de quatuor Morborum Temporibus. IV, quonam pacto trahatur humor à medicamento, & nutrimentum à membro? V, de Febri hectica. VI, de Spiritibus. VII, de Influxibus cæleſtibus. VIII, de Facultatibus principibus Animæ. Venetiis, apud Joh. Franc. Camotium, 1559, in 8.

Conſilium, quod unà cum Johan. Andrea Cellanovâ, & Bernhardino Paterno illuſtriſſ. viro Ferdinando Gonzagæ de Luto, quod eſt apud Aquas Statielloſorum, Aquenſes vulgò nominant, dedit. Extat p. 303 Operis Veneti de Balneis.

JULIUS GUASTAVINUS *Genuenſis Patritius, Anteceſſor in Piſano Gymnaſio. Vixit A. C. 1614. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.*

Locorum de Medicina ſelectorum Liber. Lugd. apud Horat. Cardon, 1616, in 4.

Locorum de Medicina ſelectorum, Liber alter. Florentiæ, apud Sermartellium, 1625, in 4.

Commentarii in priores decem Ariſtotelis Problematum Sectiones. Lugduni, apud Horat. Cardon, 1608, in fol.

JULIUS JASOLINUS

☽ Quæſtiones Anatomicæ: & Oſteologia parva. Hanoviæ. 1654, in 4. Extat etiam cum Celeberrimorum Anatomicorum, Severini, Caſtrenſis, Jaſolini, Cabrolii, variis Opuſculis Anatomicis. Francofurti, apud Hermannum à Sande, in 4.

☉ Collegium Anatomicum Clariſſimorum trium Virorum, Severini, Jaſolini, Cabrolii. Extat ibidem, typis iisdem, anno eodem, eademq; formâ.

☉ JULIUS MALVICIUS, *Venetus*

Utiles Collectiones Medico-Phyſicæ

©BIUM

ficæ ad Medicinæ Inſcios prolatæ. Venetiis, apud Combi & la Nou, 1682, in 4.

JULIUS MANTINUS

Hieron. Mercurialis, de Decoratione Librum, in Capita redactum, edidit.

JULIUS MARTIANUS, *Rota*

Galeni: An ſanguis in Arteriis naturâ contineatur, interpretatus eſt. Item, de Præcognitione Librum ad Poſthumum. De ſubſtitutis Medicinis. De Purgantium Medicamentorum facultate, Lib. Quos purgare conveniat: quibus medicamentis, & quo tempore. De Theriaca ad Piſonem. De Uſu Theriacæ ad Pamphilianum. De Antidotis Lib. II. Commentaria in VII. Lib. Aphorismorum Hippocratis. De Hiſtoria Philoſophica. De Melancholia, ex Galeno, Ruffo, & Poſidonio, Caput nonum Libri ſexti Aetii interpretatus eſt.

JULIUS MILLUS

☽ Naturæ Morbos decernentis Arcanum Opus: novâ colluſtratum lucernâ, ac duobus Libris comprehenſum; quorum alter continet ea, quæ univerſim ad Criſes faciunt: alter Coacas Hippocratis, & ſigillatim Morborum omnium enarrat eventa. Venetiis, typis Ginammeis, 1654, in 4.

JULIUS PALAMEDES, *Adrienſis*

Index in Avicennæ Libros nuper Venetiis editos. Qui ſanè novo quodam ordine commoditatis & utilitatis pleno, adeò contextus eſt, ut nihil ferè melius deſiderari queat. Nam præterquam quod dicta omnia, ſententiasque Auctoris, toto ſparſas opere, per ipſum facilè licet intueri, illud etiam animadverſum eſt, ut non tantùm Simplicia Medicamenta cujus ſint qualitatis, uno intuitu pateant, ſed quæ tum Simplicia, tum Compoſita, ſingulis humani corporis affectibus ſubveniant, diligentiſſimè collecta, ſuisque locis inſerta, conſpiciantur, ut facilimum ſit unicuique ea, quæ in rem ſuam faciunt, ſeligere atque adhibere. Venetiis, apud Juntas, 1584, in fol.

JULIUS PALMARIUS, *Conſtantinus*

☽ De Morbis Contagioſis Libri ſeptem. Lutetiæ Pariſiorum, apud Dionyſ. du Val, 1578, in 4. Francofurti, apud Claud. Marnium, 1601, in 8. Hagæ Comitis, apud Adrianum Ulacq, 1664, in 8.

JULIUS POLLUX, *Naucratita*

Onomaſticon. Cujus varia capita ad illuſtrandam rem Medicam faciunt. Græcè. Venetiis, apud Aldum, 1502, in fol. Florentiæ, apud Bernhardum Juntam, 1520, in fol. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1536, in fol. à Johanne Oporino diligenter emendatum. Cum Præfatione Simonis Grynæi Græco-Latina. Ex Mss. Codd. Bibliothecarum Palatinæ atque Auguſtanæ: variis item doctorum

©BIUM

ctorum Virorum Lucubrationibus quantâ fieri potuit diligentiâ emendatum, ſuppletum quoque nonnullibi, & illuſtratum. Adjectâ interpretatione Latinâ Rudolphi Gualtheri, locis quamplurimis melior facta: Indices etiam novi prioribus locupletiores: & Notæ. Studio & operâ Wolfgangi Seberi, *Sulani*. Francofurti, apud Claud. Marnium, & Hæredes Aubrii, 1608, in 4.

JULIUS POMPONIUS FORTUNATUS

Interpretatio in Hortum Columellæ. Cui Annotationes Virorum illuſtrium, Bapt. Pii, & Phil. Beroaldi, & aliquot aliorum ſunt adjectæ. Extat cum Libris de Re ruſtica Catonis, Varronis, Columellæ, Palladii. Lutetiæ, apud Joh. Parvum, & Galeotum à Prato, 1533, in fol.

JULIUS RECALCHUS

De Febre Typhode, Tractatus. Ferrar. 1638, in 8.

⊙ JULIUS SPERBERUS

Iſagoge in veram Triuni Dei & Naturæ Cognitionem. In qua multa de Materia Lapidis Philoſophici. Hamburgi, 1674, in 8.

JULIUS TERTIUS

De Vita Hominis ultra 120 annos protrahendâ. Venetiis, in 4.

JUNIUS PAULUS CRASSUS, *Patavinus*

Mortis repentinæ Examen. Cum brevi Methodo præſagiendi & præcavendi omnes, quæ ſubeunt ejus periculum. Mutinæ, 1612, in 8.

Meditationes in Theriacam, & Mithridaticam Antidotum, ab eo, Bernhardino Tauriſano, & Marco Oddo, ex inclyto Patavinorum Collegio ad id ſelectis, accuratiſſimè elucubratæ, & ab eodem Collegio confirmatæ. Venetiis, apud Paul. & Anton. Majetos, 1576, in 4.

Aretæi Cappadocis Lib. VIII. de Acutorum & Diuturnorum Morborum cauſis & ſignis, atque eorundem cautione, in Latinum ex Græco tranſtulit. Extat inter Medicæ Artis Principes. Pariſiis, apud Henr. Stephanum, 1567, in fol.

Galeni de optima Secta ad Thraſybulum interpretatus eſt. Item: de cujusque animi peccatorum cognitione, atque medela. Item: Ejusdem Lib. ad Thraſybulum: Num Ars tuendæ ſanitatis ad Medicinalem, aut Exercitatoriam ſpectet Artem. Item: Ejusdem Commentaria in ſextum Hippocratis Librum de Morbis Popularibus. De Medicinis facilè parabilibus, ad Solonem.

☽ Medicos Antiquos Græcos, Aretæum: Hippocratis Libellum de Purgatoriis Medicamentis: Palladium in ſextum Librum Hippocratis de Morbis Popularibus: Ruffi Epheſii de Corporis Humani Partium Appellationibus Libros tres: Theophilum de Corporis Humani Fabrica: Phyſicos & Chirurgos, partim nunquam, partim antea, ſed nunc auctiores, edidit, & interpretatus eſt. Quibus acceſſerunt ipſius Craſſi Quæſtiones

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 739 sur 1339

©BIUM

Medicæ & Naturales: nec non Stephani Athenienſis, Philoſophi, Explanationes in Galeni priorem Librum Therapevticum ad Glauconem, Auguſtino Gadaldino, *Mutinenſi*, Interprete. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1581, in 4.

JUSTINIANUS ARCELLA, *Neapolitanus*

☽ De Ardore Urinæ & Stillicidio, ac de Mictu Sanguinis non puri, Opus. Patavii, apud Laurentium Paſquatum, 1568, in 8.

⊙ JUSTINUS ORTOLPHUS MAROLDUS

Obſervatio, de Abortu per vomitum rejecto. Extat Ephemer. Acad. Natur. Curios. German. An. I. Num. 108.

JUSTUS BALBIAN, *Aloſtanus*

Nova ratio Praxeos Medicinæ, Lib. III. Venetiis, 1600, in 8.

De Lapide Philoſophico, Tractatus ſeptem, è vetuſtiſſimo Codice deſumpti, & ab infinitis repurgati mendis. Extat cum Toletani Roſario Philoſophorum. Lugduni Batavorum, apud Chriſtoph. Raphelenghium, 1599, in 8. Et in Volumine tertio Theatri Chemici.

JUSTUS CNUTIUS

☽ Compendium univerſæ Medicinæ, juxta doctrinam Hippocratis & Galeni. Vicentiæ, apud Petrum Bertellium, 1608, in 8. Patavii, 1666, in 8.

⊙ JUSTUS CONRADUS MICHAELIS

Nova, utilis ac curioſa Apoplexiam, ſeu, Morbum Attonitum Curandi Methodus: una cum Obſervationibus lectu dignis, quibus Medici vulgares è veterno excitabuntur. Hildeſiæ, apud Chriſtianum Denhardum, 1685, in 4. Idem prorſus Liber eſt cum Juſti Cortnummii de Morbo Attonito, alio ſaltim, & quidem hoc ipſo titulo, gaudens.

⊙ JUSTUS CORTNUMMIUS, *Cellenſis*

De Morbo Attonito Liber unus, ad Hippocraticam Sanguinis in Corpore Humano periodum exaratus. In quo Medici vulgares è veterno excitantur, & ad accuratiorem morborum inveſtigationem Hippocratiſq; Lectionem adhortantur. Lipſiæ, ap. Georg. Heinr. Frommannum, 1672, in 4. Ibidem, apud Eundem, 1677, in 4. Hildeſiæ, apud Chriſtianum Denhardum, 1685, in 4. Sed hæc poſtrema Editio alium, & quidem hunc nacta eſt titulum: J. C. M. D. ſive, Johannis Conradi Michaelis D. nova, utilis ac curioſa Apoplexiam, ſeu, Morbum Attonitum Curandi Methodus &c.

Obſervatio, de Doloribus Hypochondriacis menſtruis. Extat Ephem. Acad. Nat. Cur. Germ. Ann. IV. & V. Num. 40.

de Paraplegia brachii â tumore. Ibid. Ann. eod. N. 41.

⊙ JUSTUS

©BIUM

⊙ JUSTUS FIDUS KLOBIUS

Ambræ Hiſtoria. Wittenbergæ, apud Tobiæ Mevii & Elerdi Schumacheri Hæredes, 1666, in 4.

JUSTUS CRAFT, *Wertheimenſis*

De Cardialogia, Diſputatio. Extat Decade VI. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ Joh. Jac. Genathius, 1622, in 4.

JUSTUS JUNG

Epiſtolæ Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

De Vermibus latis, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſerv. Medicinal. ſingular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, apud Saurium, 1625, in 4. pag. 506.

JUSTUS MOLLERUS

Faſciculus Remediorum, ex Dioſcoride & Matthiolo, omnibus humani corporis affectibus methodicè accommodatorum. Baſileæ, ap. Petrum Pernam, 1579, in 8.

⊙ JUSTUS SCHRADERUS

Franciſci de le Boe Sylvii Praxeos Medicæ Librum Secundum, Tertium, & Quartum edidit. Amſtelodami, apud Abrahamum Wolffgangum, 1674, in 12.

Obſervationes & Hiſtoriæ omnes & ſingulæ è Guilielmi Harvei Libello de Generatione Animalium excerptæ, & in accuratiſſimum ordinem redactæ. Item Wilhelm. Langlii de Generatione Animalium Obſervationes quædam. Accedunt Ovi fœcundi ſingulis ab Incubatione diebus factæ Inſpectiones: Ut & Obſervationum Anatomico-Medicarum Decades quatuor: Denique Cadavera Balſamo condiendi Modus. Ibidem, ap. Eundem, anno & formâ eâdem.

JUSTUS VELSIUS

☽ *Natus eſt Haganæ: Medicinam verò maximam partem Argentorati exercuit ſummâ cum felicitate: in re herbariâ excellentiſſimus. Claruit circa A. C. 1560.*

Oratio: utrum in Medico variarum Artium ac Scientiarum cognitio deſideretur? Item Hippocratis de Inſomniis Liber, & Galeni de ea, quæ ex Inſomniis habetur, affectuum dignotione, Tractatus, à ſe converſi. Varia inſuper Lectio Aphoriſmi quinti Hippocratis, & Galeni ad eundem Commentarius. Baſileæ, apud Oporinum, 1540, in 4. Ibidem, 1543, in 4. Antverpiæ, 1541, in 8.

JUSTINUS PETZOLDUS

Epiſtola Medica, ad Laurentium Scholzium. Quâ explicat, quid ſit Palma Chriſti: & an Diuretica calculis conveniant? Extat eo in Opere, quod idem Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 304.

JUVENALIS LEVERONIUS, *Foſſanenſis*

In Aphoriſmos Hippocratis Lucubra-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 741 sur 1339

©BIUM

brationes. Montis-regii apud Leonhardum Torrentinum, 1565, in 4.

JUVENIS
Lumen novum, id eſt, Tractatus. In quo nominat Lapidem Philoſophicum. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1613, in 8.

K.

KAMINTUS, *Epiſcopus Aruſienſis Civitatis Regni Daciæ*,

Regimen contra Peſtilentiam, ſive, Epidemiam, in 4.

Regimen Sanitatis per circulum anni valde utile. in 4.

KENELMUS DIGBÆUS

Demonſtratio Immortalitatis Animæ Rationalis, ſive, Tractatus duo Philoſophici. In quorum priori natura & operationes corporum; in poſteriori verò, natura Animæ rationalis, ad evincendam illius Immortalitatem, explicantur: Ex Anglico in Latinum verſa à J. L. Cum Præfatione Metaphyſica & Appendice Inſtitutionum Peripateticarum Thomæ Angli. Pariſiis, apud Jacobum Vyllery & Georg. Joſſe, 1651, in fol. Francofurti, ſine nomine ejus, apud quem proſtet, 1664, in 8.

Diſſertatio de Plantarum Vegetatione, ex Anglica in Latinam Linguam verſa. Amſtelodami, apud Johan. Duysbergium, 1660, in 12. Ibidem, apud Jodocum Pleymer, 1678, in 12.

Oratio de Pulvere Sympathetico, Monſpelii in Conſeſſu Magnorum Virorum ſermone Gallico habita, & à Laurentio Strauſſio in Latinum verſa. Extat cum Theatro Sympathetico. Noribergæ, apud Johan. Andream & Wolfgang. Jun. Endterorum Hæredes, 1660, in 12. Et cum Theatro Sympathetico aucto, exhibente varios Authores de Pulvere Sympathetico & Unguento Armario. Ibidem, apud Eosdem, 1662. in 4.

KIKANUS, *Rex Perſarum*

Kivanides, ſive, de Viribus Medicamentorum. Lipſiæ, 1638, in 8.

L.

LACTANTIUS EUGENIUS, *Montis-Fanenſis*

De Maris & Fœmellæ Generatione, Opuſculum. Anconæ, apud Aſtulphum de Grandis, 1568, in 8.

LÆLIUS à FONTE, *Eugubinus*

Conſultationes Medicinales. In quibus vera, vivaque Conſultandi effigies elucet, plurimorumque difficilium,

LINDENIUS RENOVATUS
SIVE
JOHANNIS ANTONIDÆ
Vander LINDEN
DE
SCRIPTIS MEDICIS
LIBRI DUO

PRIORIS CONTINUATIO

27597

L.

LACTANTIUS EUGENIUS,
Montis-Fanensis

De Maris et Fœmellæ Generatione, opusculum. Anconæ, apud Astulphum de Grandis. 1568. in 8°

LÆLIUS à FONTE,
Eugubinus

Consultationes Medicinales. in quibus vera, viva que consultandi effigies elucet, plurimorum que difficilium

©BIUM

cilium, & notatu dignorum affectuũ Agnitio, Tractandique ratio doctè artificiosèque explicatur. Ejusdem Disputationes duæ succinctæ simul & accuratæ: Una de modo Visionis; altera de Vesicantium usu. Venetiis, apud Joh. Guerilium, 1608, in fol. Francof. apud Matthiam Beckerum, 1600, in 8.

LÆLIUS ZACCAGNINUS, *Romanus*

Notabilium Medicinæ Libri duo. Primus agit de Vitæ humanæ longitudine ac brevitate, etiam quoad Astrologos incerta; & an arcanis Medicinæ remediis possit prorogari? nec non de hodiernis & antiquis hominum complexionibus, ac de morbis evitandis in virtute sex rerum nonnaturalium. Secundus inscribitur adversus eos, qui præter duos in homine testes, tertium quoque dari posse opinantur. Dilucidatur item Peripateticorum opinio à Medicorum doctrina dissentiens circa humanę generationis principium, nempe utrum Mulier verum semen habeat, vi generandi præditum? Romæ, apud Bernhardinum Tanum, 1644, in 4.

LÆVINUS FISCHERUS

☽ Corpus Medicinæ Imperiale, facili ideâ per certa & apodictica Neotericorum veræ Artis principia ac Panacei remediorum Methodicorum, Chymiatricorum specificorum normam digestum. Annexis Examine Candidatorum Medicinæ hactenus consueto: Resolutione Casuum: & Aphorismorum Hippocratis genuinâ. Hemipoli, sumptibus Autoris, 1656, in fol. Ibidem, sumptibus Hynitzschianis, 1680, in 8, omissis Annexis in priori Editione.

⊙ De Prolongandâ Vita, Dialogus Philosophico-Medicus. Quo insuper de Medicinæ principio primo enucleatè differitur: unde modus, Corpus Medicinæ universale digerendi, aliaque scitu digna intimantur. Pro restituenda vera Medicina, Artium nobilissimâ. Sine loci nominatione, quo impressus sit, prostat apud Authorem, 1640. in 8.

⊙ De Loco vero ac Foco Affectus Præcord alis, vulgò Hypochondriaci dicti: deque Viis, per quas serositates morbificæ excernuntur: ex vero Medicinæ fonte Hippocrateo, præviis istius rei Observationibus Anatomicis, succinctè deducta Ἐξέτασις. Sine nominatione loci & anni, ubi, & quando excusa sit. Prostat apud Authorem, in 8.

De aurea Auri Tinctura, sive, Veri Auri Potabilis Medicina, Commentarius. Quo & genuina ejus præparatio, ac usus spectabilis intimatur. Accessit Consilium antihypochondriacum, 1630, in 12. & 1643, in 12. Sine loco, ubi, & apud quem prostet. Omissô in secundâ Editione Consilio antihypochondriaco.

⊙ LAMBERTUS SCHENCKELIUS, *Dusslvius*

Gazophylacium Artis Memoriæ. In quo duobus Libris omnia & singula ea,

la ea, quę ad abſolutam hujus cognitionem inſerviunt, recondita habentur. I. De admirabili utilitate, & ſtupendis Memoriæ artificio adjutæ effectibus in quibusdam Viris præſtantiſſ. ex Autoribus fide digniſſimis. II. De ipſa Memoriæ arte acquirendâ, fundamentis, Methodo & Praxi ejusdem: ex Philoſophorum & Oratorum principibus & aliis Autoribus: compendiosè abſolutèque & collectum & illuſtratum per dictum Schéckelium. His acceſſerunt de eâdem Arte Memoriæ ad huc V. Opuſcula: quorum 1. Johan. Auſtriaci. 2. Hieronymi Marafioti. 3. Johan. Spangenbergeri, *Herd.* 4. Franciſ. Mart. Ravellini. 5. Johannis Williſii. Omnia lectu & cognitu digniſſima. Extat cum Variorum de Arte Memoriæ Tractatibus ſex. Francofurti & Lipſiæ, apud Johannem Henricum Ellingerum, 1678, in 8.

LAMBERTUS VELTHUSIUS, *Ultrajectinus*

☽ Tractatus duo, Medico-Phyſici. Unus de Liene: alter de Generatione. Trajecti ad Rhenum, apud Theod. ab Ackersdiick & Gisb. à Zyll, 1657, in 12. Extant etiam Parte II. Operum Omnium. Roterodami, apud Reinerum Leers, 1680, in 4.

☉ De Initiis primæ Philoſophiæ, juxta fundamenta Clariſſimi Carteſii, tradita in Ipſius Meditationibus. Nec non de Deo, & Mente Humana. Trajecti ad Rhenum, apud Theodorum ab Ackersdiick, 1662, in 12.

LAMBSPRINGK, *Germanus*

☽ De Lapide Philoſophico Libellus, è Germanico verſu Latine redditus. Extat cum Triga Chemica à Nicolao Bernaudo, *Delphinate*, edita. Lugd. Batav. apud Chriſt. Raphelengium, 1592, in 8. Et cum Muſæo Hermetico. Francof. apud Lucam Jenniſium, 1615, in 4. cum Figuris. Ibidem, apud Hermannum à Sande, 1677, in 4.

LANFRANCUS

Mediolanenſis, Chirurgus præſantiſſimus, Pariſiis in Gallia. Vixit ſub Philippo Gallorum Rege, tempore Rudolphi Imperatoris A. C. 1294, Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.

Chirurgia magna, & parva. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1490: apud Bernhardinum Venetum, 1519: apud Juntas, 1546, in fol. Lugduni, apud Paganum, 1553, in fol. cum Guidonis Cauliaci, Rogerii, Bertapaliæ, Rolandi, ejusdem argumenti Scriptis.

LATINUS TANCREDUS, *Camerotanus*

De Fame, & Siti, Libri III, Phyſicis ac Medicis reconditis Controverſis paſſim reſperſi, rerumque varietate omnibus Literarum Studioſis perutiles, & perjucundi. Venetiis, apud Jacob. Anton. Somaſchum, & apud Societatem, 1607, in 4.

De Antiperiſtaſi omnigenâ, ſive, de Naturæ miraculis. Neapoli, apud Conſtant. Vitalem, 1621, in 4.

LAU-

©BIUM

LAURENTIUS BARTOLINUS

Vixit A. C. 1504. Juſtus in Chronol. Medic.

Tractatus de Balneo Corſennæ. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 155, fac. averſa.

⊙ LAURENTIUS BELLINUS, *Florentinus*

De Structura Renum, Obſervatio Anatomica. Florentiæ, 1662, in 4. Argentorati, apud Simonem Paulli, 1664, in 8. Huic poſtremæ Editioni acceſſit Johan. Alphonſi Borelli Judicium de Uſu Renum. Amſtelodami, apud Andream Friſium, 1665, in 12. Et huic Editioni præterea addidit Gerhardus Blaſius ex Medicorum Celebrium Scriptis Exempla Monſtroſorum Renum. Patavii, 1666, in 8. Extat etiam ſola ſine Borelli & Blaſii Additamentis cum Danielis le Clerc & Joh. Jac. Mangati Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

Guſtus Organum noviſſimè deprehenſum: præmiſſis ad faciliorem intelligentiam quibusdam de Saporibus. Bononiæ, typis Piſarrianis, 1665, in 12. Extat etiam cum Daniel. le Clerc & Johan. Jac. Mangeti Bibliotheca Anatom. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

De Urinis & Pulſibus: De Miſſione Sanguinis: De Febribus: De Morbis Capitis, & Pectoris, Opus. Bononiæ, apud Antonium Piſarrium, 1683, in 4. Francofurti & Lipſiæ, apud Johannem Groſſium, 1685, in 4. Hanc ſecundam Editionem emiſit, & eum Præfatione, nec non Indice locupletiſſimo auxit Joh. Bohnius.

Obſervatio Conſiderationis novæ de natura & modo Reſpirationis. Extat Ephemer. Academ. Natur. Curios. Germ. Ann. II. Num. 75.

LAURENTIUS CATELANUS

Genuinus Confectionis Alchermes apparandæ modus. Extat cum Joh. Steph. Strobelbergeri Tractatu de Cocco Baphica. Jenæ, apud Joh. Beithmannum, 1620, in 4.

LAURENTIUS EICHSTADIUS, *Veteris Sedinenſis Pomeranus*

De Confectione Alchermes, Diſſertatio & Exercitatio Medica. Stetini, 1634, in 4. apud Davidem Rhetium, 1635, in 8.

De Diebus Criticis, Libellus. Extat pag. 321 Partis alterius Ephemeridum. Stetini, apud Georg. Rhetium, 1639, in 4.

Collegium Anatomicum. Gedani, 1649, in 8.

De Theriaca & Mithridatio, Diſſertatio Medica. Stetini, 1624, in 4.

LAURENTUS FRISIUS

Germanus, Avicenniſta inſignis. Vixit adhuc A. C. 1526. Juſtus in Chronol. Medic.

Defenſio Avicennæ, Medicorum Principis, ad Germaniæ Medicos. Argen-

©BIUM

Argentorati, ap. Joh. Knoblochum, Juniorem, 1530, in 4. Lugduni, ap. Benedictum Bounyon, 1533, in 8. cum Epistolis Physicis Symphoriani Campegii, &c.

Epitome Opusculi de curandis Pustulis, Ulceribus, & Doloribus Morbi Gallici, Mali *Frantzoß* appellati. Basileæ, ap. Henr. Petri, 1532, in 4. Extat etiam Tomo 1. Operis de Morbo Gallico, pag. 299.

Sudoris Anglici exitialis pestiferique Morbi ratio, præservatio & cura. Argentorati, apud Joh. Knoblochum Juniorem, 1529, in 4.

Synonyma Materiæ Medicæ, sive, Simplicium Pharmacorum Latinis, Græcis, & Arabicis, Barbarisq; Vocabulis. Argentinæ, apud Gruningerum, 1535, in fol.

⊙ LAURENTIUS GISELERUS

Dissertatio Philosophico-Medica de Pinguedine. Brunsvigæ, apud Johan. Henricum Dunckerum, 1665, in 4.

Observationes Medicæ de Peste Brunsvicensi Anni 1667. Ibidem, apud Christoph. Frideric. Zilligerum, 1663, in 4.

Observatio, de Monstro pennæ anserinæ. Extat Ephem. Academ. Natur. Curios. German. An. II. Num. 80.

de Cura Cancri & vermibus in ulcerato Cancro. Ibid. An. eod. N. 148.

de punctura patellæ lethali. Ibid. Ann. III. Num. 73.

de nausea fœminis retrorsum vectis familiari. Ibid. Ann. eod. Num. 74.

de Capitis dolore diuturno periodico. Ibid. Ann. eod. N. 75.

LAURENTIUS GOZAR, *Valentinus*

Dialogus de Medicinæ fonte. Valentiæ, 1589.

LAURENTIUS GRYLLUS

⊙ *Natus est Landshuti in Bavaria. Naturalium rerum amore per totam ferè Europam peregrinationem suscepit, inq; ea propter id studium Thermas, fodinas, variaq; aromatum Emporia invisit, & observatu digna annotavit: demum Ingolstadium reversus, in eâ Academia Professor publicus constitutus est, ibiq; obiit A. C. 1561.*

De Sapore dulci, & amaro, Libri duo. In quibus non ex temerè collectis Autorum sententiis, sed rationibus, ex ipsa rerum naturâ sumptis ostenditur, quid de his saporibus sentiendum sit: à nemine unquam eo judicio diligentiâque conscripti: ad cæterorum quoque Saporum naturas cognoscendas utilissimi. Quorum priori nonnihil de contrarietate Saporum, & permutatione dulcium in alios sapores, adjectum est. Nunc primùm per Adamum Landavum in lucem editi. Accessit in fine Oratio ejusdem Laurentii Grylli de Peregrinatione Studii Medicinalis ergo suscepta. Pragæ, apud Georg. Melantrichum, 1566, in 4.

LAU-

©BIUM

LAURENTIUS HAAN, *Hildesheimensis*

Consultatio Pestis. Quâ, mirâ brevitate, conspicuâ tamen dexteritate, ea, quæ circa curationem ejus in disputationem veniunt, adducuntur & deciduntur. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1610, in 8.

LAURENTIUS HOFMANNUS, *Halla-Saxo*

De vero Usu, & fero Abusu Medicamentorum Chymicorum, Commentatio. Halæ Saxonum, sine nominatione ejus, apud quem prostet, 1611, in 4.

Rosarium Minerale Spagyricum. Halæ, 1611, in 4.

Balthasaris Brunneri Consilia Medica, summo studio collecta & revisa. Halæ Saxonum, apud Petrum Fabrum, 1617, in 4.

LAURENTIUS JOUBERTUS

⊙ *Natus est Valentiæ Gall. splendidâ familiâ A. C. 1429: Medicinæ dein Professor in Gymnasio Monspeliensi constitutus: postea in Aulam Regis, Henrici III. evocatus: sed paucis mensibus interjectis eodem ferè fato, quo Rondeletius, cui mortuo in Academiæ Præfecturam successerat, Monspelii obiit A. C. 1582, ætatis suæ 53.*

Liber de vero & recto Medicinæ usu, editus à Johanne Borgesio, in 8.

Operum Latinorum Tomus primus. Hic omnia complectitur, quæ hactenus fuerunt figillatim publicata: nunc recens ab Autore ipso repurgata, & plurimùm aucta. Cui subjectus est Tomus secundus nunc denuo in lucem proditus. Lugduni, apud Steph. Michaelem, 1582, in fol. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1599, in fol. ibidem, 1645, in fol.

Index Librorum, seu, Tractatuum, qui primo Tomo continentur:

Paradoxorum Decas prima, atque altera.

Opusculorum Volumen, quod in tres Partes dividitur:

Prima Pars continet Annotationes in Galeni Librum primum, & secundum de Facultatibus naturalibus.

Altera, Annotationes in Gal. Librum de Differentiis morborum. Annotationes in Galeni Librum de Differentiis symptomatum.

De Convulsionis essentia, & causis.

De Cerebri affectibus.

Annotationes in Paradoxa.

Tertia, Artem Componendi Medicamenta.

De Syruporum conficiendi modo, & utendi ratione.

Quæstiones Medicæ pro Regia Professione à D. Jouberto disputatæ.

Johannis Hucheri pro Philosophica libertate, Oratio.

De Peste Liber unus. Accesserunt duo Tractatus,

Unus de Quartana Febre:

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 748 sur 1339

©BIUM

Alter de Paralyſi. In quibus ſcitu digniſſimæ Quæſtiones aliquot explicantur.

Medicinæ Practicæ priores Libri tres, Acceſſit Ejusdem
Iſagoge Therapevtices Methodi.
De affectibus Pilorum & Cutis, præſertim Capitis, & de Cephalalgia, Tractatus unus.
De affectibus internis partium Thoracis, Tractatus alter.

Pharmacopœa. Cui ad finem ſubjectæ à Johan. Paul. Sangmaiſtero
Formulæ Remediorum communium, quæ Pharmacopœi arbitrio atque peritiæ relinqui ſolent.
Nuncupationum quarundam communium interpretatio.
Ponderum, & Menſurarum uſitatiorum nomenclaturæ, & notæ.
Catalogus Simplicium, quæ ad Pharmacopœę hujus compoſitiones requiruntur.

Tomo ſecundo comprehenduntur:

De Urinis Liber 1.

Thomæ Jordani Med. Reſponſio ad Cl. V. D. Laurentii Jouberti, Medici Monſpeſſulani, Paradoxum VII, Decad. II, &

Laurentii Jouberti ad Thom. Jordanum pro ſuo Paradoxo Apologia.

Franciſci Valleriolæ Animadverſiones in omnia Laurentii Jouberti Paradoxa, & Jouberti ad ſingulas Reſponſio.

Sententia Brunonis Seidelii de iis, quæ Laurentius Joubertus in Paradoxis ſuis de Febrium humoralium origine ac materia diſputavit.

Examen Sententiæ à Brunone Seidelio latæ, de iis, quæ Laurentius Joubertus ad explicandam Febrium humoralium naturam & materiam in ſuis Paradoxis diſputavit: Autore Simone Simonio, &c.

Laur. Jouberti Provocatio à Sententia Brunonis Seidelii de iis, quæ in Paradoxis ſuis de Febrium humoralium origine ac materia diſputavit.

Laur. Joub. & Alexidis Gaudini Diſputatio, de iteranda ſæpius Phlebotomia in eodem morbo.

Guilielmi Rondeletii Vita, Mors, & Epitaphia, cum Catalogo Scriptorum, quæ ad D. Jouberti manus pervenerunt.

De Variola magna, ſive, craſsâ, Gallis dicta, Liber prior. Qui veram & perfectam hujus morbi Theoriam complectitur.

Declamatio in Johannis Sapportæ Ant. F. Inauguratione, ſeu promotione ad Doctoralem dignitatem.

Oratio habita, cùm duobus præſtantiſſ. Viris, D. Chriſtophoro Schillingo, *Sileſio*, & D. Danieli Galarſio, *Pariſienſi*, ſupremum dignitatis in Arte Medica gradum conferret.

De Gymnaſiis, & generibus Exercitationum apud antiquos celebrium,

brium, Liber unus. Ejusdem de Balneis antiquorum, tum Græcorum, tum Romanorum, Liber alter.

περὶ τῆς ἐντελεχείας Disputatio Laur. Joub. & Johan. Serrani.

De nominis Jouberti Orthographia D. Josephi Scaligeri, Julii Cæsaris F. Censura.

Seorsim procusa sunt:

Paradoxorum Decas prima atque altera. Lugduni, 1566, in 8.

de Conſtrictione fœminis Japponicis gravidis innoxiâ. Ibid. Ann. eodem in Scholiis ad Obſervat. N. 102.

de Vermibus Nivalibus. Ibid. Ann. eodem in Scholiis ad Obſervat. N. 110.

de tumore fœtûs ſupra os ſacrum, in utero materno contracto. Ib. An. eod. in Scholiis ad Obſerv. Num. 115.

LUCAS STENGLIUS

Apologia adverſus Stibii Spongiâ, non ita dudum à Michaele Toxita in lucem editam. Cui inſuper adjuncta eſt Quæſtio: Num idipſum ab ægris citra ullum incommodum per os aſſumi poſſit? Auguſtæ, apud Phil. Ulhardum, 1565, in 4. apud Matthæum Francum, 1569, in 4.

Theſes de natura, cauſis, & curatione morbi Epidemici. Auguſtæ, apud Viduam Phil. Ulhardi, 1580, in 4.

Quæſtiones III, quarum prima eſt: An Stimmi, ſive, Antimonium ægrotantibus citra noxam exhiberi poſſit: ſecunda, an ratio curandæ Peſtis à miſſione ſanguinis auſpicanda ſit: tertia, an Peſtem neceſſariò ſubſequatur febris. Auguſtæ Vindelicorum, 1566, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 771 sur 1339

⊙ LUCAS TOZZUS

Medicinæ Pars Prior Θεωρητικὴ, curioſa quæque tum ex Phyſiologicis, tum Pathologicis deprompta: Veterum, Recentiorumq; Medendi Methodum complectens. Lugduni, apud Aniſſonios, & Johan. Poſuel, 1681, in 8.

Continet autem hic Liber ſequentes Tractatus:

De Hominis Generatione.
De Feminæ & Maris vi in Generatione.
De Fœtus Conceptione & Formatione.
De Vita & Nutricatione Fœtus in Utero.
De Superfœtantibus & Multiparis.
De Monſtroſis & Maculoſis Fœtibus.
De Partu.
De Vita.
De Motu Cordis & Sanguinis.
De Reſpiratione.
De his, quæ vitam comitantur.
De Vegetatione.
De Senſibus.
De Senſu, qui dicitur Tactus.
De Senſu, qui dicitur Guſtatus.
De Senſu, qui dicitur Olfactus.
De Senſu, qui dicitur Auditus.
De Senſu, qui dicitur Viſus.
De Somno & Vigilia.
De Motibus tum Animi, tum Corporis.
De Vitæ Diſſolutione, ejusque Cauſis.
De Morbis.
De Morborum Cauſis.
De Morborum Symptomatis.
De Signis adverſæ Valetudinis.
De Temporibus Morborum.
De Criſibus & Diebus Criticis.
De Methodo Medendi.
De Methodo Galeni.
De Methodo Paracelſi & Helmontii.
De Methodo Walæi.
De Methodo, quâ reguntur noſtris temporibus, qui ſe Galenicos jactant.
De Experientia, Ratione & Analogiſmo.
De Pharmacis & Emeticis.
De Diureticis & Hydroticis.
De Phlebotomia.
De Diorrheoticis.

⊙ LUCAS VERHOOFD

Aphoriſmos Hippocratis Græcè & Latinè edidit. Interpretationem novam adjecit, Loca Parallela plurima ex ipſo Hippocrate collegit, & Indicem locupletiſſimum ſubjunxit. Lugduni Batavorum, apud Danielem Gasbeeck, ſine anno, in 32.

LUCIANUS, *Samoſatenſis*

Tragopodagra, ſeu, de Laudibus Podagræ. Extat cum cæteris ejus Operibus. Græcè. Venetiis, apud Aldum, 1503, in fol. Latinè, Johanne Sinapio interprete, Francofurti, apud Chriſt. Egenolphum Hadamarium, 1543, in fol. Wittebergæ, 1631, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 772 sur 1339

LUCIANUS BELUS de ROCCA CONTRADA

Hunc ANTONIUM MARIAM BETTUM *esse dicit Hoffmannus V. Instit. xxviii. 9.*

De Prandio & Cœna, Liber, adversus Oddum de Oddis. Mediolani, in 4.

⊙ LUCIDUS PAMPHILUS

Theatri Alchymistico Medici breve & jucundum Spectaculum, agentibus binis in Scena Personis, Medico in humilitate Curioso, & Alchimistâ in curiositate fastuoso defœcatæ passionis Sapientibus communicatum. Sine loco & nomine ejus, apud quem prostet, 1681, in 8.

LUCILLUS PHILALTHÆUS

Methodus recitandi Curas. Spiræ, 1581, in 4.

Secundus Tomus Consiliorum de gravissimis Morbis. Ejusdem Libellus de Methodo recitandi Curas, ad usum eorum, qui Laureâ Doctorali insigniri cupiunt. Papiæ, apud Hieronymum Bartholum, 1565, in 8.

LUCIUS ANNÆUS SENECA

De Aquis: ex Libro tertio Naturalium Quæstionum excerpta. Extant p. 230 Operis Veneti de Balneis.

LUCIUS APULEJUS

Madaurensis Apher. Philosophus Platonicus : claruit sub Constantino Imperatore A. C. 252. Wolfg. Justus in Chronol. Medicorum.

De Virtutibus Herbarum, quæ à Chirone Centauro, Præceptore Achillis, & Æsculapio accepit Autor, Liber. Basileæ, ap. Cratandrum 1528, in fol. Cum aliis de Re Medica Libris. Parisiis, apud Christ. Wechelum, 1528, in fol. cum Gal. Lib. de Plenitudine à Johanne Guintherio, *Andernaco* converso. Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. Cum Medicis antiquis, p. 212.

De Ponderibus & Mensuris, ac signis cujuscunque Ponderis, Liber: è Græco Latinus factus per Johannem Baptistam Nicolinum. Extat cum Mesues Operum Supplemento.

LUCIUS JUNIUS MODERATUS COLUMELLA

Insignis Philosophus. Vixit eo tempore, quo Seneca, nempe sub Nerone Imperatore, A. C. 57. Justus in Chronol. Medic.

De Re Rustica Libri XII. Regii, apud Barthol. Bruscium, 1482, in fol. cum Catonis, Varronis, Palladii ejusdem argumenti Libris: & Junii Pomponii Fortunati ad Hortulum Columellæ Interpretatione. Regii, apud Franc. Mazalum, 1498, in fol. Lugd. apud Johan. Parvum & Galeotum à Prato, 1533, in fol. Coloniæ, apud Johan. Gymnicum, 1536, in 8. additis huic edit. priscarum Vocum in Libris de Re rustica Enarrationibus per Georgium Alexandrinum. Philippi Beroaldi in Lib. XIII Columellæ Annotationibus. Parisiis, ap. Robertum Stephanum, 1543, in 8.

De

De Cultu Hortorum. Extat cum Cœna Baptiſtæ Fieræ, Argentorati, apud Chriſtianum Egenolphum, in 8.

LUCIUS LÆLIUS FULGINAS

Conſultatio de Sarmatica Lue. Ferrariæ, 1600, in fol.

LUCIUS SCARANUS

Galeni omnium Operum dedit Synopſim, quæ breviter complectitur quidquid in unoquoque Libro, & in cujusque Libri ſingulis capitibus continetur, quod ad propoſitæ rei argumentum ſpectat.

LUDOVICUS ARRIVABENUS, *Mantuanus*

Sylvius ocreatus. Extat cum Jacobi Sylvii Operibus. Coloniæ Allobr. apud Jacobum Chovet, 1630, in fol.

LUDOVICUS de AVILA

Regimen Sanitatis. Auguſtæ, ap. Henr. Steiner, 1531, in 4.

⊙ LUDOVICUS de BEAUFORT

Coſmopœia divina, ſeu. Fabrica Mundi explicata. Lugduni Batavorum, 1656, in 12.

LUDOVICUS BELLISARIUS

Galeni Paraphraſtæ Menodoti Filii Suaſoriam ad Artes Orationem interpretatus eſt. Item, Ejusdem: Si quis optimus Medicus eſt, eundem eſſe Philoſophum.

Item, Ejusdem: De Inſtrumento Odoratus.

⊙ LUDOVICUS de BILS, *ſive*, BILSIUS

Reſponſio ad Admonitiones Johannis ab Horne, ut & ad Animadverſiones Pauli Barbette in Anatomia Bilſiana. Roterodami, ap. Arnoldum Leers, 1661, in 4.

Specimina Anatomica: cum Clariſſ. Doctiſſimorumque Virorum Epiſtolis aliquot & Teſtimoniis: Interprete Gedeone Buenio. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem. Ibid. 1663, in 4.

Reſponſio ad Epiſtolam Tobiæ Andreæ, quâ oſtenditur verus uſus Vaſorum hactenus pro lymphaticis habitorum. Juncta ſimul & Hiſtoria memorabilis eorum, quæ Auctori, occaſione Balſamationis ſibi peculiaris, in Brabantia, & potiſſimùm Lovanii, evenerunt. Quæ excuſa Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1669, in 4. nunc recuſa & à plurimis mendis repurgata eſt. Accedunt demum I. Tobiæ Andreæ ejusdem breve Extractum actorum in Cadaveribus Bilſianâ methodo præparatis. II. Samuelis Andreæ Epiſtola ad Eundem T. Andreæ de Balſamationibus Veterum ſeu ritu condiendi Cadavera apud Veteres. Omnia cum Præfatione Johan. Jacobi Waldſchmiedii. Marburgi Cattorum, ap. Salomonem Schadewitzium, 1678, in 4.

Epiſtolica Diſſertatio, quâ verus Hepatis circa Chylum, & pariter Ductus Chyliferi hactenus dicti uſus docetur. Roterodami, apud Johan. Næranum, 1659, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 774 sur 1339

Exemplar fusioris Codicilli. In quo agitur de vera Humani Corporis Anatomia. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem.

Epistola: ad omnes veræ Anatomes Studiosos. Ibidem, apud Eundem, 1660, in 4.

LUDOVICUS BONACIOLUS

Ferrariensis, Medicus illustris & magnæ autoritatis. Vixit A. C. circiter 1530. Justus in Chronolog. Medicorum.

De Uteri Partiumque ejus consectione. Ejusdem: quonam usu in absentibus etiamnum Venus citeter. Quod, quale, undeque prolificum Semen: unde Menstrua? &c. Argentinæ, apud Henricum Sybold, 1537, in 8.

☽ De Conceptionis indiciis, nec non maris fœmineique Partus significatione. Ejusdem: quæ utero gravidis accidant? & eorum Medicinæ. Prognostica, causæque effluxionum, & abortuum, &c. Proceritatis, improceritatisque Partuum causæ. Argentinæ, apud Henricum Sybold, 1538, in 8. Utrumque autem Libellum inter Gynæciorum Libros reposuit Israel Spachius, titulo: Enneas Muliebris. pag. 109. in fol. Lugduni, 1639, in 12. Ibidem, 1641, & 1650, in 12. Ibid. 1660, in 12. Amstelodami, 1663, in 12. In his quinque postremis Editionibus cum Severini Pinæi Opusculo de Notis Virginitatis, &c. extantibus hic Bonacioli Tractatus hunc abbreviatum habet titulum: Liber de Conformatione Fœtus.

☉ LUDOVICUS de BOURGONGNE

Epistola ad Ludovicum Bilsium de nova Corporum Balsamatione. Extat cum Ludovici Bilsii Speciminibus Anatomicis. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1661, in 4.

LUDOVICUS BUCCAFERREA, *Bononiensis*

Oratio de Principatu partium corporis. Exstat in Apologia Franc. Putei pro Gal. contra Vesalium. Venetiis, apud Franc. de Portonariis, 1562, in 8.

In Opusculis Medicis Casparis Hofmanni, tum August. Bacci Disput. de eodem negotio, & ἐπιτάφιοι Casp. Hofmanni. Lutetiæ Paris. apud Caspar. Meturas, 1647, in 4.

☉ LUDOVICUS du BUISSON

Omnibus Orbis Terrarum Mortalibus Hercules Chymicus, Morborum debellator, sive, Aurum Philosophorum potabile: curans omnes morbos radicaliter sine Vomitu, per insensibilem Transpirationem, penetrando omnes Corporis partes, & à singulis per proprietatem sympatheticam humores noxios removendo, spiritumque vitæ renovando. Francofurti, apud Johan. Nicolaum Humium, 1661, in 4.

LUDOVICUS CHARENSIUS TOSETTUS, *Patavinus*

Quæstio, de tribus doctrinis ordinariis

nariis in universali, secundùm Galeni sententiam. Venetiis, ap. Octavianum Scotum, 1517, in fol.

Introductorium in Artem Medicam Practicam. Venetiis, ap. Octav. Scotum, 1515, in fol.

LUDOVICUS CLUEYRATS

Tractatus, de Vulneribus Capitis, Tolosæ, apud Arnoldum Colomerium, 1657, in 8.

LUDOVICUS COLLADO, *Valentinus*

De Indicationibus Liber unus. Valentiæ, apud Davidem Perez, 1572, in 8.

In Galenum de Ossibus. Valentiæ, 1555, in 8.

Isagoge Medica ex Hippocrate & Galeno. Valentiæ, 1565, in 8.

LUDOVICUS COMBACHIUS

☽ Tractatus de vero Sale secreto Philosophorum, & de Universali Mundi Spiritu, Gallicè primo conscriptus à Domino de Nuysemento. Nunc simplicissimo stylo Latinè versus. Liber non minus curiosus, quàm proficuus, utpote tractans de cognitione veræ Medicinæ Chemicæ. Cassellis, apud Jacobum Genthium, 1651, in 8. Lugduni Batavorum, apud Arnoldum Doude, 1672, in 12.

☉ LUDOVICUS de COMITIBUS

Clara fidelisque Admonitoria Disceptatio Practicæ Manualis, experimento veraciter comprobata, de duabus Artis & Naturæ Miraculis; hoc est, de Liquore Alchaest : nec non Lapide Philosophico, atque amborum materiâ, operandi ratione, difficultate, viribus, ac inter se convenientiâ, & discrimine: de Sale quoque Tartari Volatili &c. Venetiis, 1661, in 4. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1664, in 12.

De Metallis, sive, Metallorum & Metallicorum Naturæ Operum Elucidatio : ex Orthophysicis Fundamentis. Coloniæ, 1665, in 8.

LUDOVICUS CORADO, *Mantuanus*

Philotei Commentaria in Aphorismos Hippocratis è Græco in Latinum convertit.

LUDOVICUS CORNARUS, *Venetus*

☽ Tractatus de Vitæ sobriæ commodis. Extat cum Leonhardi Lessii Hygiastico, ex Italico in Latinum sermonem ab ipso Lessio translatus. Antverpiæ, apud Balthas. Moretum, 1622, in 8. Molshemii, 1670, in 12.

LUDOVICUS DURETUS

☽ *Natus est Seguſi in ultima Burgundia A. C. 1527 : primis statim ætatis temporibus Parisios venit pauper & inops : sed Doctor Medicinæ promotus, & conjugio ditissimo beatus, ipse dives factus est : mox Regiâ Parisiis Professione & Praxi illustris, vitam docendo, scribendo, & Praxi aulicâ transegit. Artem Hippocraticam bar-*

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 776 sur 1339

barie ſopitam inter primos reſuſcitavit, & locos Hippocratis ferè omnes memoriâ tenuit. Fuit Caroli IX. & Henrici III. Regum Galliæ Medicus cubicularis perpetuus, à quibus adeo dilectus eſt, ut, cùm Filiam elocaret, Rex Henricus à dextris, ipſeq; à ſiniſtris Filiam in Templum ad ſolemnia ſponſáliorum deduxerint; ipſeq; Rex præſentiâ ſuâ nuptias cohoneſtans, omnem auream & argenteam ſupellectilem, quâ miniſtrabatur, cujus pretium 40000 florenorum excedebat, Sponſæ pro honorario donarit. Tantus enim Regis hujus erga Duretum fuit affectus, ut non niſi ipſo adſtante cibum ſumpſerit. Obiit tandem Lutetiæ Paris. A. C. 1586, ætatis ſuæ 59.

☽ Hippocratis Magni Coacæ Prænotiones. Opus admirabile, in tres Libros tributum: Interprete & enarratore L. Dureto. Pariſiis, apud Jac. du Puys, 1588, in fol. Græco-Latinè, apud Petrum Billaine, 1621, in fol. Argentinæ, apud Caſparum Dietzelium, 1633, in 8. Lutetiæ Pariſ. apud Caſp. Meturas, 1658, in fol. Genevæ, 1665, in fol.

In Magni Hippocratis Librum de Humoribus purgandis. Et in Libros tres de Diæta acutorum, Commentarii, interpretatione & enarratione inſignes. Editi ſunt à Petro Girardeto. Adjecta eſt ad calcem accurata Conſtitutionis primæ Liber II. Epidemiõn ejusdem Autoris interpretatio. Pariſiis, apud Johan. Joſt, 1631, in 8.

Adverſaria, ſive, Scholia in Jacobi Hollerii Libros de Morbis internis. Vide in Jac. Hollerio.

LUDOVICUS FERRANTUS, *Biturix*

Magni Hippocratis Coaca Præſagia, brevi enarratione illuſtrata, decerpta à Galeno, Hollerio, Dureto, Foeſio, Jacotio, & aliis non inferioris notæ Viris. & in formam Encheiridii ad uſum faciliorem compoſita. Lutetiæ Pariſ. apud Johan. Pecquet, 1657, in 12.

⊙ LUDOVICUS de la FORGE

Renati Des-Cartes Tractatum, de Homine, Notis perpetuis illuſtravit. Amſtelodami, apud Danielem Elſevirium, 1677, in 4.

Tractatus de Mente Humana, ejus Facultatibus & Functionibus, nec non de ejusdem Unione cum Corpore, ſecundùm principia Renati Des-Cartes. Pariſiis, apud Theodorum Gerhardum, 1666, in 4. Amſtelodami, apud Eundem, 1669, in 4. Bremæ, apud Johannem Weſſelium, 1674, in 4. Hæc Editio, præter numeratam paragraphorum diſtinctionem, ſummariis marginalibus, atque rerum primariarumq; Quæſtionum Philoſophicarum Indicibus emendata & aucta eſt per J. F.

LUDOVICUS GARDINIUS

Medicamenta purgantia, ſimplicia & compoſita, ſelecta, uſitata, & ſufficientia. Acceſſit Ejusdem Remedium erroris in Ponderibus Medicis.

Duaci,

Duaci, apud Petrum Auroy, 1631, in 12.

Hortensii Manuductio, per omnes Medicinæ Partes, seu, Institutiones Medicinæ. Duaci, apud Petrum Auroy, 1626, in 8.

Hortensii Manuductio ad Pathologiam, seu, Institutionum Medicinæ Pars altera. Duaci, apud Eund. 1626, in 8.

Contra Pestem, sive, de Pestis naturâ, causis, signis, prognosticis, & curatione, Epitome Medica, per Conclusiones distributa, & ab Authore recognita. Accessit Ejusdem Remedium erroris in Ponderibus Medicis. Duaci, apud Eundem, 1631, in 12.

De Animatione Fœtus, Quæstio. In qua ostenditur, quòd Anima rationalis ante organizationem non infundatur. Duaci, apud Eundem, 1623, in 8.

Anima rationalis restituta in integrum, sive, altera Refutatio opinionis, quæ sibi persuadet, animam rationalem ante omnem organizationem infundi in semen. Duaci, apud Eund. 1629, in 8.

Circumstantiæ & tempora, de variis Venis, Pleuritidis ratione, secandis, inter varios Medicinæ proceres litem dirimentia. Duaci, ap. Vid. Petri Auroy, 1632, in 4. Est in fine ejusdem Anticharis ad Analysin Cujusdam.

Institutionum Medicinæ Liber tertius, sive, subsidiaria Medicina, vel, de Rebus non naturalibus. Opus posthumum, operâ & studio Jacobi Brifault, Medici Duacensis, nunc primùm editum. Ibidem, 1638, in 4.

Remedium erroris. Duaci, 1630, in 12.

LUDOVICUS GRAVIUS

⊙ *Natus Heidelbergæ A. C. 1547, Patre homonymo: Medicinæ verò Doctor 1571 in Academia patriâ renunciatus: biennio pòst ibidem Professor: tandemq; etiam Elector. Palatin. Friderici IV Archiater constitutus est. Obiit Heidelbergæ A. C. 1615, ætatis suæ 68.*

Theses de Peste. In quibus Pestiferæ Luis natura, præservatio & curatio methodicè exponuntur: nonnullæque Quæstiones circa eam materiam controversæ accuratè discutiuntur. Heidelbergæ, apud Jac. Milium, 1583, in 4.

De Camphoræ qualitatibus, Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. Lib. IV. posterioribus. Ulmæ Suevorum, ap. Saurium, 1628, in 4.

De Acidulis Schwalbacensibus, Epistola. Extat cum Responsis Medicis, quæ edidit Helvicus Dietericus. Francof. apud Matth. Merianum, 1631, in 4, pag. 48.

⊙ LUDOVICUS von HAMMEN

De Herniis, Dissertatio Academica. Accedunt de Crocodilo, ac Vesicæ mendaci Calculo, Epistolæ & Responsiones, ad Virum Clariss. D. Carol. Drelincurtium. Lugd. Batav. ap. Cornelium Bouteslein, 1681, in 12.

LUDO-

LUDOVICUS JUNGERMANNUS

☉ *Natus est Lipsiæ A. C. 1572, Patre Casparo Jungermanno, Jur. Doctore & Profess. Lips. publ. Doctor Medicinæ creatus Giessæ 1622, primùmq; eâdem Academiâ, & triennio pòst in Universitate Altdorfinâ Botanicæ Professor publicus constitutus, ei muneri per annos 28 præfuit. Obiit cœlebs Altdorfii A. C. 1653, ætatis suæ 81.*

Catalogus Plantarum, quæ circa Altorfium Noricum, & vicinis quibusdam locis, nascuntur. Recensitus à Casparo Hofmanno. Altorfii, apud Conr. Agricolam, 1615, in 4.

Cornu-copiæ Floræ Giessensis, proventu spontanearum Stirpium cum Flora Altorfiensi amicè & amœnè conspirantis, uti Lipsiensium, Wittenbergensium, Jenensium quoque deliciis Herbarum abundantis. Giessæ, apud Nicol. Hampelium, 1624, in 4.

LUDOVICUS KEPLERUS

De Febri Epidemia Regiomontana anni 1649. Elbingæ, 1650, in 4.

☽ Methodi conciliandarum Sectarum in Medicina discrepantium Sectio prima. In qua per Sciagraphiam generalem, in Trichotomiis, in troducitur Homo, qui parvus mundus dicitur; in Constitutione sana repræsentans vel simulachrum in Mente constitutum: Astralium proprietatum Analogiam & Concordiam, Inferiorum seu Elementalium qualitatum ideam: Medicinæ Convenientiam cum Theologia, Cabala, Magia naturali. Vera demonstrans fundamenta realia Physico-Chymica: Mathematica: Metaphysica. Regiomonti, apud Paschalem Mensenium, 1648, in fol.

LUDOVICUS LEMOSIUS

Lusitanus, Doctor Philosophiæ Salmanticæ & Artis Medicæ.

De Optima prædicendi ratione, Libri sex. Item, Judicii Operum Magni Hippocratis, Liber unus. Salmanticæ, apud Illefonsum à Terra nova, 1588, in fol. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1592, in 8.

In Libros duodecim Methodi Medendi Galeni, Commentaria. Salmanticæ, apud Viduam Antonii Vellasques, 1582, in fol.

Commentaria in Galenum de Facultatibus naturalibus. Salmanticæ, 1580, in 4.

LUDOVICUS à LOBERA, *Abulensis*

De Conviviis Nobilium: & Valetudine tuendâ. Matriti, in 8.

LUDOVICUS LOCATELLUS

☉ *Natus est Bergami: Chymicus egregius: & Mediolani Practicus celeberrimus, ubi arcana plurima ægris salutaria composuit & Chymici famigeratissimi nomen acquisivit. Genuæ tandem contagio grassante obiit A. C. 1657, nondum senex.*

Theatrum Arcanorum Chemicorum,

rum, sive, de Arte Chemico-Medicâ, Tractatus exquisitissimus. Francof. apud Joh. Gottofr. Schönwetterum. 1656, in 8.

LUDOVICUS à LUCERIA, *Hispanus*

De tuendâ, præsertim à Peste, integrâ valetudine, deque ejus morbi remediis, Libellus. Tolosæ, apud Mandetam Guimbaude Johan. Fabri Vid. 1523, in 4.

LUDOVICUS MERCATUS

⊙ *Natus est Pintiæ in Hispania: factusq; primùm in Academia Vallesoletana Profess. Med & mox Archiater Philippi II. Regis Hispaniarum, cujus valetudinem per annos 20. rexit. Annum agens ætatis suæ 86. suppressâ ex calculo 18 dies urinâ, per acerbissimos tandem cruciatus obiit.*

Opera omnia, in quatuor Tomos divisa: Quorum I. 1, de Constitutione corporis humani. 2, de Sanitatis conservatione, ac præcautione. 3, de Morbis, eorum signis, causis, symptomatis, differentiis, ac curatione. Pintiæ, 1604, in fol. II. 4. de Recto præsidiorum Artis Medicæ usu. 5, de Febrium essentia, causis, differentiis & dignotione. 6, de Pulsus Arte, & Harmonia. 7, de Morbi Gallici natura & curatione. 8, de Morbis hæreditariis. Vallesoleti, 1605, in fol. III. 9, de Capitis ac vicinarum partium: 10, de Pectoris, Pulmonis, & Cordis: 11, de Ventriculi, & Intestinorum: 12, de Jecoris, Splenis, Renum, & Vesicæ morbis, eorumque curatione. Matriti, 1594, in fol. IV. 13, de Mulierum: 14, de Virginum, & Viduarum: 15, de Sterilium, & Prægnantium: 16, de Puerperarum, & Nutricum Passionibus, Morbis, & Symptomatis. Cum Præfatione, & Encomio Autoris, Operumque Johannis Hartmanni Beyeri. Francof apud Zachariam Palthenium, 1608, & ap. Ejusdem Hæredes, Typis Hartmanni Palthenii, 1620, in fol. 4. Voll.

Consultationes Morborum complicatorum, & gravissimorum: cum Disputationibus necessariis ad naturam cujusque morborum capessendam, præsagium & curationem. Quibus accedunt: 1, Tractatus unicus, continens gravissimas, atque difficiles abditarum rerum Disputationes, magni momenti, & usus. 11, Libri duo, de Puerorum educatione, custodia, & providentia, atque de Morborum, qui ipsis accidunt, curatione. Operum Tomus quintus. Francof. apud Palthenium, 1614, in fol. Vallesoleti, 1613, in fol.

Institutiones Chirurgicæ, in duos Libros dissectæ, jussuque Regio pro Chirurgis in Praxi examinandis, factæ, ac à cæteris Proto-Medicis approbatæ, ac à multis hactenus desideratæ. Francof. apud Hartmannum Palthenium, 1619, in fol. Matriti, 1594, in 8.

Seorsim extant:

De Febrium essentia, differentia, causa, curatione, & de Febre pestilentiali. Vallesoleti, 1586, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 780 sur 1339

De eſſentia & natura Caloris Febrilis. Valleſoleti, 1611, in fol.

Methodus Medendi. Pintiæ, 1572, in 8.

De Morbis Mulierum Libri quatuor, Venetiis, 1602, in 4. Matriti, 1604, in fol.

De Puerorum educatione & cuſtodiâ. Valleſoleti, 1611, in fol.

De Morbis Puerorum. Ibid.

Inſtitutiones Medicæ. Matriti, 1594, in 8.

De Communi & peculiari præſidiorum Artis Medicæ Indicatione. Accedit Proœmii loco Methodus univerſalis in tres Claſſes diſſecta, ut prima, partes affectas: ſecunda, affectus ipſos: tertia, Medendi rationem, comonſtret. Coloniæ, apud Johan. Bapt. Ciottum, 1588, in 8. Pintiæ, in fol.

Inſtitutiones: ad uſum, & Examen eorum, qui Luxatoriam exercent Artem. Ex Hiſpanico in Latinum ſermonem vertit Carolus Piſo. Francof. apud Hæredes Zach. Palthenii, 1624, in fol.

Gynæciorum, ſive, de Mulierum, Virginum, Viduarum, Sterilium, Prægnantium, Puerperarum, & Nutricum Morbis communibus, Libri quatuor. Matriti, apud Thomam Juntam, 1594, in fol. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1588, in 4. & in Gynæciorũ Libris ab Iſraele Spachio editis, pag. 803.

De Pulſibus Libri duo, quibus tota ars Cognoſcendi morbos, & Prognoſticandi diſertiſſimè pertractatur. Pintiæ, 1584. Patavii, ap. Paulum Mejettum, 1592, in 4.

☽ Libellus de eſſentia, cauſis, ſignis, & curatione Febris malignæ, in qua maculæ rubentes, ſimiles morſibus pulicum, erumpunt per cutem. Pintiæ, 1574, in 8. Baſileæ, apud Conradum Waldkirchium, 1594, in 8. Huic ſecundæ Editioni accellit Conſilium: continens ſummam totius Prædictionis & Curationis in eodem affectu.

De Indicatione Medica Libri 11. Coloniæ, 1588, in 8.

LUDOVICUS MYREUS

☽ Paragraphen ad Animadverſiones Matthiæ de l'Obel in G. Rondeletii Methodicam Pharmacevticam Officinam addidit. Extat cum ejusdem Lobelii Animadverſionibus in ejusdem Rondeletii Pharmacevticam Officinam. Londini, apud Thomam Purfootium, 1605, in fol. Francofurti, 1651, in fol.

☉ LUDOVICUS NASSAVIUS

Epiſtola, quâ deſcribit modum curandi vulnera per Sympathiam. Extat cum DD. Virorum Epiſtolis & Reſponſis tum Medicis, tum Philoſophicis. Roterodami, apud Rudolphum à Nuyſſel, 1665, in 8.

LUDOVICUS NOGAROLA

Interpretatus eſt & edidit Ocelli Lucani de Univerſi natura Libellum.

LUDOVICUS NONNIUS

☽ Diæteticon, ſive, de Re cibaria,

ria, Libri quatuor. Antverpiæ apud Belleros, 1627, in 8. Ibidem, apud Petrum Bellerum, 1646, in 4.

Ichthyophagia, sive, de Piscium esu, Commentarius. Antverpiæ, ap. Belleros, 1616. in 8.

Epistola ad Johan. Beverovicium, cujus argumentum : Caro calcis in Vesica calculum ementiens. Sanctorii opinio de Calculi generatione in renibus examinata. Duplex in iis generandi locus. Difficile, ejus generationem prohibere. Extat cum ejusdem Beverovicii Libro singulari de Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevirium, 1638, in 12.

Calculorum curatio. Diureticorum usus. Aquæ Spadanæ præstantia, & utendi modus. Chymicorum remediorum in calculosis inefficacia: Epistola. Extat ibidem.

LUDOVICUS OVIEDO

Methodus componendi medicamenta. Matriti, 1608, & 1609, in 4. & 1621, in fol.

Collectio & Repositio Medicamentorum Simplicium. Matriti, 1595.

LUDOVICUS PANIZA

Mantuanus. Vixit circa A.C. 1543, Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Ducis Mantuæ Physicus. Vixit A.C. 1537. Justus in Chronolog. Medicorum.

Apologia Commentarii olim editi de parca evacuatione, in principiis graviorum Morborum à materia multâ & malâ, non furiosâ, pendentium, faciendâ, ad Hippocratis mentem. Venetiis, 1561, in fol.

De Minoratione, Opusculum. Venetiis, in fol.

Quæstio de Phlebotomiis fiendis in omni dolore, in omnique Apostemate, Inflammationibus, præsertim in Pleuresi. Venetiis, apud Bernhardinum Benalium, 1532, in 4.

LUDOVICUS PANTHONUS

De usu Turundarum post extractionem Calculi. Extat cum Lithotomia Vesicæ Guil. Fabr. Hildani. Basileæ, apud Ludov. König, 1628, in 4.

LUDOVICUS PASINUS, *Patavinus*

De Pestilentia Patavina An. MDLV. Patavii, apud Gratiosum Perchacinum, 1556, in 8.

Liber, in quo de Thermis Patavinis, ac quibusdam aliis Italiæ Balneis, tractatur. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 197.

LUDOVICUS ROSTINUS

Omnium Sententiarum, quæ in Hippocratis Aphorismis continentur, ordo Alphabeticus novus. Venetiis, apud Balthas. Constantinum, 1555, in 8.

LUDOVICUS SAVOTIUS

De Tetragoni Hippocratici significatione, contra Chymicos, Observatio. Parisiis, apud Hadr. Perier, 1609, in 8.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 782 sur 1339

Nova, ſeu, verius Nova-antiqua, de cauſis Colorum, Sententia. Pariſiis, apud Hadr. Perier, 1609, in 8.

LUDOVICUS SCHMID, *Durlacenſis*

Epiſtola Medica. Extat cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, ap. Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

De Urinis Peſtiferorum, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicin. ſingularium Lib. IV. poſteriorib. Ulmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

De Scorbuto, Epiſtola. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſervat. Chirurg. Cent. v. Francofurti, apud Matthæum Merianum, 1627, in 4. pag. 22.

De graviſſimo vulnere Capitis, cũ Cerebri portione ablatâ, Obſervatio. Extat ibidem pag. 68.

LUDOVICUS SEPTALIUS.

☉ *Natus Mediolani A. C. 1550, Patre Franciſco Septalio: nacto Ticini anno ætatis ſuæ 21 Medicinæ Doctoris titulo, biennio pòſt eâdem in Academia Medicinæ extraordinarius, & poſtea demum Mediolani Politices ac Moralium ordinarius Profeſſor conſtitutus eſt. Nihilo tamen minus Praxin Medicam inceſſanter & quidem eâ felicitate exercuit, ut tandem Protophyſici generalis in Statu Mediolanenſi dignitatem meruerit. Obiit Mediolani A. C. 1630 octuagenario major.*

Animadverſionum, & Cautionum Medicarum Libri ſeptem. Patavii, apud Joh. Thuilium, 1628, in 8. Argentinæ, apud Eberh. Zetznerum, 1625, in 12. Mediolani, 1614, in 8. Dordraci, 1650, in 8.

☽ Animadverſionum, & Cautionum Medicarum Libri duo. Septem aliis jam editis additi: Animadverſiones, quæ ad vulnera curanda, & quæ ad componenda Medicamenta pertinent, continentes. Patavii, apud Paul. Frambottum, 1630, in 8. Simul deinde hi Libri novem ſunt editi, à I. Perio recogniti, & hac poſtremâ editione, expurgatis quamplurimis mendis, novo nitori reſtituti. Quibus acceſſit Auctoris Liber de Nævis. Dordrechti, apud Vincentium Caimax, 1650, in 8. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1652, in 8. Ibidem, 1659, in 8. Quibus poſtremis duabus Editionibus acceſſere Notæ Johannis Rhodii.

De Nævis, Liber. Mediolani, apud Petrum Martyrem Locarnum, 1606, in 8. Patavii, apud Joh. Thuilium, 1628, in 8. Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1629, in 12. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1651, in 8.

De Peſte, & Peſtiferis affectibus, Libri quinque. Mediolani, apud Joh. Bapt. Bidellium, 1622, in 4.

De Morbis ex Mucronata Cartilagine evenientibus, Liber unus. Opus novum, & de noviter cognitis Morbis editum. Mediolani, apud Georgium Rollam, 1632, in 8.

In Librum Hippocratis Coi de Aëribus, Aquis, & Locis, Commentarii quin-

quinque. Appositus est Græcus Hippocratis contextus, ope antiquorum Exemplarium restitutus, & in multis locis emendatus : una cum nova Ejusdem in Latinum versione. Coloniæ, apud Joh. Bapt. Ciottum, 1590, in fol. Francof. apud Johan. Beyer, 1645, in fol.

In Aristotelis Problemata Commentaria, ab eo Latina facta. Hanoviæ, apud Claud. Marnium, 1602, in fol. Lugduni, apud Claud. Landry, 1632, in fol.

Analyticarum & animasticarum Dissertationum Libri duo. His accesserunt Ejusdem Liber de Nævis tertiò impressus ; & de Margaritis nuper ex India ad nos allatis, Ejusdem Judicium, iterum impressum, & ejusdem Judicii Assertio, Doctore Ilefonso Nunez Auctore, tertiò impressum. Mediolani, apud Joh. Bapt. Bidellium, 1626, in 8.

De Margaritis, Judicium. Mediolani, 1618, in 4.

LUDOVICS SORRANUS

Christoph. à Vega Opera Annotationibus illustravit.

Item, Duncani Liddelii, Opus Jatro-Galenicum.

LUDOVICUS TRAMENUS, *ex Perotiis Tridentinus*

De vera atque perfecta Medendi Methodo, juxta Peripateticorum doctrinam, Commentarius. Ingolstadii, apud Davidem Sartorium, 1590, in 8.

LUDOVICUS VASSÆUS, *Catalaunensis*

In Anatomen corporis humani Tabulæ quatuor. Lutetiæ, apud Johan. Fonscherum, 1540, in fol. apud Michaelem Fezandat, 1553, in fol. Parisiis, 1553, in fol. Lugduni, 1560, in 8.

LUDOVICUS le VASSEUR, *Parisinus*

De Sylviano Humore Triumphirali, Epistola, ad Petrum Augustum Rompsium. Lugduni-Batavorum, 1663, in 12. Juxta Exemplar Parisianum, 1668, in 12.

Sylvius Confutatus, seu, in Pseudo-Schuylii Veteris falsò dictæ ab eo Medicinæ Defensionem Animadversiones. Parisiis, apud Johannem d'Houry, 1673, in 12.

LUDOVICUS ZIMALIA, *Bergomas*

Liber, cui titulus est : Index Balneorum S. Pancratii Vallis Transcherianæ, Agri Bergomatis. Extat in Opere Veneto de Balneis, p. 190.

LYCUS

Cataplasma ex fermento. Extat apud Aëtium Amidenum, Tetrab. 1, Serm. 3, Cap. 176.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 784 sur 1339

M.

MACER
De Materia Medica Libri quinque Verſibus conſcripti. Per Janum Cornarium emendati ac annotati. Contenta ſingulis Libris I, & II, de Herbis ac Plant s vulgaribus. III, de Plantis peregrinis. IV, de quibusdam Plantis, itemque Animalium partibus ac terræ ſpeciebus. V, de Lapidibus ac Gemmis. Francofurti, ap. Chriſtoph. Egenolphum, 1540, in 8.

MÆVIUS VOLSCHOVIUS
Diſſertatio Academia. In qua Medicæ Artis cum S.S. Theologia concentus, illiusque verus ortus, curſus varius, & uſus perpetuus, contra antiquos Romanos & novos Paracelſiſtas, Weigelianos ex Eccleſiaſtæ Cap. 38, ℣. 1 & ſeqq. curſim demonſtratur: una cum Strigelii dicterio: Medicè vivere, eſt peſſimè vivere. Gripswaldi, 1642, in 4.

MAGNUS HUND, *Partheno-politanus*
Anthropologium de hominis dignitate, naturâ, & proprietatibus: de elementis: partibus corporis humani: de morbis: remediis: Phyſiognomia: deque Anima hominis. Lipſiæ, apud Marcum Brandt, 1501, in 4.

MAGNINUS
Mediolanenſis, Medicus famoſiſſimus. Vixit A. C. 1300. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.
Regimen Sanitatis, (qui Liber Arnoldo de Villanova aſcribitur) Inſuper Opuſculum de Phlebotomia Reginaldi de Villanova. Additur quoque Aſtronomia Hippocratis de variis Ægritudinibus & Morbis. Item Secreta Hippocratis. Item Averroës de Venenis. Item Quid pro Quo Apothecariorum nuper recognitum per Nicolaum Rabby. Cum nonnullis inſuper Avicennæ, ac plerumque Autorum aliorum in margine chartarum inſertis. Lugduni, apud Jacob. Myt, 1517, in 4. Argentorati, apud Johan. Pry, 1503, in 4.

MAGO, *Carthaginenſis*
De Mulomedicina Capita aliquot. Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi ſunt Græcè quidem Baſileæ, apud Johan. Valderum, 1537, in 4. Latinè autem ex interpretatione Johannis Ruellii, Pariſiis, apud Simonem Colinæum, 1530, in fol.

⊙ MAICHANQUEZ
Obſervatio, de Icteri cum Hydrope, Nephritide & Iſchuriâ ſtipati curatione. Extat Ephemerid. Acad. Natur. Curios. German. Ann. III. N. 174.
de Tumore ſcroti & inguinum percurato. Ibidem Ann. eodem Num. 175.

Obſerv.

Obſerv. de Ilei vulnerati curatione. Ibid. Ann. eod. N. 176.

MALACHIAS GEIGER

Kelegraphia, ſeu, Deſcriptio Herniarum, cum earundem Curationibus tam Medicis, quàm Chirurgicis. Monachii, apud Nicol. Henricum, 1631, in 8.

Microcoſmus Hypochondriacus, ſive, de Melancholia Hypochondriaca, Tractatus. In quo non ſolùm Phyſicè, ſed etiam Practicè de illius eſſentia, & naturâ, omnia, prout moderno tempore & ſeculo, in Macrocoſmo & Microcoſmo deprehenduntur, ſignificantur. Curatio hujus Affectus, in quantum ſanabilis & curabilis eſt, ex triplici curationis fonte, Diætetico, Chirurgico, & Pharmaceutico deſumpta, non minùs jucundè, quàm utiliter proponitur, tam ſecundùm communem & conſuetum, quàm inaſſvetum & extraordinarium vitæ noſtræ uſum. Quibus Emblemata varia, tam Galenica, quàm Hermetica, ornatûs & utilitatis gratiâ cum explicationibus ſuis addita ſunt: intermixtis Controverſiis, Obſervationibus, Hiſtoriis, & Politicis doctrinis: Remediis etiam ſelectiſſimis tum Galenicis, tum Chymicis, & moralibus: omnibus cujuscunque conditionis Microcoſmis, uti ſpero, acceptibilibus, utilibus & ſcitu neceſſariis. Monachii, apud Lucam Strave, 1651, in 4.

⊙ MALACHIAS THRUSTON

De Reſpirationis Uſu primario Diatriba. Accedunt Animadverſiones à Cl. Viro in eandem conſcriptæ: unà cum Reſponſionibus Auctoris. Lugduni-Batavorum, apud Cornelium Driehuyſen, & Felicem Lopez de Haro, 1671, in 8. Extat etiam cum Danielis le Clerc & J. Jac. Mangeti Bibliothecâ Anatomicâ. Genevæ, apud Johan. Anton. Chovet, 1685, in fol.

MANLIUS CONSTANTINOPOLITANUS

De Lapide Bezoar, Epiſtola, ad Joh. Cratonem. Extat eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 307.

MARBODEUS GALLUS, *Cenomanenſis*

De Gemmarum, Lapidumque pretioſorum formis, naturis, atque viribus, Opuſculum: Scholiis illuſtratum per Alardum Amſtelredamum. Coloniæ, apud Heronem Alopecium, 1539, in 8.

MARCELLINUS BOMPARTIUS

Miſer Homo. Pariſiis, apud Nicol. Boiſſet, 1648, in 4.

MARCELLUS

De Inſania Lupina aut Caninâ appellatâ, Fragmentum. Extat apud Aëtium Amidenû, Tetrab. 2, Serm. 2, Cap. 11.

MARCELLUS *Burdegalenſis, Medicus Empiricus, & Philoſophus Gallus. Claruit ſub Gratiano & Theodoſio A. C. 388.*

Wolfg.

Wolfg. Justus in Chronolog. Medicorum.

☽ De Medicamentis Empiricis, Physicis, ac Rationalibus Liber, ante mille ac ducentos plus minus annos scriptus, jam primum in lucem emergens, & suæ integritati plerisque locis restitutus, per Janum Cornarium Medic. Extat cum Aetii Contractæ ex Veteribus Medicinæ Tetrabil. in fol. Basileæ, 1536, in fol. Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. cum Medicis antiquis, pag. 81. Lutetiæ, apud Henricum Stephanum, 1565, in fol. inter Medicos Principes, Tomo 1, pag. 230. Extat mss. in amplissima Clariss. Viri D. Gerhardi Johan. Vossii, Historiarum apud Amstelredamenses Professoris celeberrimi, Bibliothecâ.

⊙ MARCELLUS CUMANUS

Curationes & Observationes Medicæ. Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Sylloge Curationum & Observationum Medicinalium. Augustæ Vindel. apud Gottlieb. Göbelium, 1668, in 4.

MARCELLUS DONATUS, *Mantuanus*

De Variolis & Morbillis Tractatus. Et de Radice purgante, quam Mechoacam vocant. Mantuæ, 1591, in 8. apud Philoterpsem & Clidanum Philopones FFR. 1569, in 4. ap. Francisc. Osanan, 1597, in 8.

☽ De Medica Historia mirabili Libri sex. Opus variâ & rarâ lectione refertum, Medicis non solùm utile, sed & cæteris pergratum futurum. Mantuæ, apud Franc. Osanan, 1586, in 4. Venetiis, apud Felicem Valgrisium, 1588, 1597, in 4. Francof. apud Johan. Martin. Porsium, 1613, in 8. Editio hæc à Gregorio Horstio notis est illustrata, & integro recentiorum Observationum Libro septimo completa. Ibid. apud Eundem, 1664, in 8. Hæc Editio itidem à Gregorio Horstio æneis Tabulis & variorum à Fascino ortorum Morborum enarratione & curatione, præter ea in priori Editione jam contenta, aucta est.

⊙ MARCELLUS MALPIGHIUS

Observationes Anatomicæ, de Pulmonibus. Extant cum Thom. Bartholini de Pulmonum substantia & Motu, Diatribe. Hafniæ, ap. Petr. Hauboldum, 1663, in 8. Lugduni-Batavorum, 1672, in 12.

Dissertatio Epistolica de Bombyce. Cum Figuris plus 54. in Tabulis XII. Londini, apud Johannem Martyn & Jacob. Allestry, 1669, in 4.

De Viscerum, nominatim Pulmonum, Hepatis, Cerebri Corticis, Renum, Lienis, Structurâ, Exercitationes Anatomicæ. Accedit Dissertatio Ejusdem, de Polypo Cordis. Amstelami, apud Petrum le Grand, 1669, in 12. Jenæ, apud Johannem Gollnerum, 1677, in 12. Extant etiam cum Danielis le Clerc & Joh. Jacob. Mangeti Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

Epistо-

Epiſtolæ Anatomicæ: I. de Lingua: II. de Cerebro: III. de externo Tactus Organo: IV. de Omento, Pinguedine & Adipoſis Ductibus. Ibid. apud Petrum le Grand, 1669, in 12. Extant etiam cum Danielis le Clerc & Joh. Jacob. Mangati Bibliothecâ Anatomicâ. Genevæ, ap. Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

Anatome Plantarum. Cui ſubjungitur Appendix: iteratas & auctas ejusdem Authoris de Ovo Incubato Obſervationes continens. Cum Figuris elegantiſſimis. Londini, apud Joh. Martyn, 1675, in fol.

Anatomes Plantarum Pars altera. Ibid. apud Eund. 1679, in fol.

Diſſertatio Epiſtolica de Formatione Pulli in Ovo. Londini, 1666, in 4. Extat etiam cum Danielis le Clerc & Joh. Jacob. Mangeti Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

De Cornuum Vegetatione Diſſertatio Epiſtolica. Extat ibidem, apud Eund. anno & formâ iisdem.

De Utero, & Viviparorum Ovis, Diſſertatio. Extat ibidem, ap. Eund. anno & formâ iisdem.

De Pulmonibus Epiſtolæ duæ. Extant ibidem, anno & formâ iisdem.

De Polypo Cordis Diſſertatio. Extat etiam ſeparatim ibid. apud Eund. anno & formâ iisdem.

Epiſtolæ quædam circa illam de Ovo Diſſertationem, aliaque, ex occaſione, ſubnata argumenta, ultrò citroque ſcripta. Extant etiam ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem.

Appendix, repetitas auctasque de Ovo Incubato Obſervationes continens. Extat itidem ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem.

MARCELLUS VERGILIUS

Secretarius Florentinus, utrâque linguâ doctus, Herbarum indagator fideliſſimus, & Dioſcoridis illuminator eximius. Claruit circa A.C. 1506. Juſtus in Chronol. Medic.

Pedacii Dioſcoridæ Anazarbæi de Medica Materia Libri v. De Lethalibus Venenis, eorumque præcautione, & curatione. De Cane rabido: deque notis, quæ morſus, ictusve animalium venenum relinquentium ſequuntur: deque eorum curatione. Interprete Marc. Vergilio. Ejusdemque in hoſce Dioſcoridis Libros Commentarii doctiſſimi. In quibus præter omnigenam variamque eruditionem, collatis aliorum interpretum verſionibus, ſuæ translationis ex utriusq; linguæ Autoribus certiſſima adferuntur documenta. Morborum præterea, atque humani corporis vitiorum genus omne, quorum ſubinde meminit Dioſcorides, diligentiſſimè explicatur. Coloniæ, apud Joh. Soterem, 1529, in fol.

MARCELLINUS UBERTE, *Thauſtanus*

Medicina Sacra de Morbis, quorum mentio fit in Sacris Literis. Cæſarauguſtæ, 1645, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 788 sur 1339

MARCUS ANTONIUS ALAYMUS, *Siculus Racalmutenſis*

Conſultatio pro Ulceris Syriaci nunc vagantis curatione, ad Thomam & Johannem Vincentium Med. Doctores, ejus Fratres. Panormi, apud Petrum Orlandum, 1632, in 4.

Διαδεκλικῶν Δεκαδεκλικὸν, ſeu, de Succedaneis Medicamentis Opuſculum, nedum Pharmacopolis neceſſarium, verùm etiam Medicis Chimiciſve maximè utile. In quo nova & admiranda naturæ arcana reconduntur. Panormi, apud Alfonſum de Iſola, 1637, in 4.

MARCUS ANTONIUS ÆMILIUS

De Thermis Milzanelli. Brixiæ, 1576, in 4

MARCUS ANTONIUS MARESCHALCUS

Humanæ Perfectionis Libri duo. Bononiæ, in 4.

MARCUS ANTONIUS MONTAGNANA, *Patavinus*

De Herpete, Phagedænâ, Gangrænâ, Sphacelo, & Cancro, tum cognoſcendis, tum curandis, Tractatio accuratiſſima. Venetiis, apud Paulum Mejettum, 1589, in 4.

MARCUS ANTONIUS MONTISIANUS

Geminianenſis, Medicus Florentinus. Vixit circa A. C. 1555. Juſtus in Chronol. Medic.

Quæſtiones Medicinales. Extant cum Quæſitis Medicinalibus Dominici Bucii. Lugd. 1577, in 12.

De Sanguinis miſſione in Morbo Laterali, Concluſiones. Florentiæ, ap. Torrentinum, 1556, in 8.

MARCUS ANTONIUS SEVERINUS

Quæſtiones Medicinales adverſus nonnullos antiquos & noſtræ ætatis Medicos. Venetiis, apud Alex. Bruciolum, 1545, 1546, in 4. Extant etiam cum Dominici Bucii Quæſitis. Lugd. ap. Sebaſt. Honoratum, 1555, in 16. p. 107.

MARCUS ANTONIUS ULMUS, *Patavinus*

Phyſiologia Barbæ humanæ. Acceſſit Appendix Hiſtorica & Symbolica Barbæ humanæ. Bononiæ, 1603, in fol. Venetiis, apud Societatem, 1604, in fol.

Opinio de Fine Medico Barbæ humanæ: quæ ſunt Fragmenta, deſumta ex ejus Opere, cujus eſt Index Titulus: Philoſophia & Medicina Barbæ humanæ. Mutinæ, apud Franciſcum Gadaldinum, 1599, in 4.

Uterus muliebris, hoc eſt, de Indiciis cognoſcendi temperamenta Uteri, vel partium genitalium ipſius mulieris, Liber unus. Bononiæ, apud Joh. Bapt. Bellagambam, 1601, in 4.

Hippocrates Medicus. Liber Medicis Rationalibus, atque iisdem politioribus admodum neceſſarius. In quo, præter multa ſcitu digniſſima, declaratur ipſius & Genealogia, & Ingenui-

genuitas. Bononiæ, apud Joh. Bapt. Bellagambam, 1603, in 4.

MARCUS ANTONIUS ZIMARA

Antrum Magico-Medicum. In quo Arcanorum Magico-Phyſicorum, Sigillorum, Signaturarum, & Imaginum Magicarum, ſecundùm Dei nomina & conſtellationes Aſtrorum, cum Signatura Planetarum conſtitutarum, ut & Curationum Magneticarum & Characteriſticarũ, ad omnes corporis humani affectus curandos, Theſaurus locupletiſſimus, novus, reconditus. Cui Medicamenta etiam varia Chymica ex Mineralibus & Vegetabilibus conficiendi modus: Tractatus item de rebus, quæ humano corpori eximiam & venuſtam formam inducunt: De variis etiam Metallorum & Mineralium Præparationibus, & Experimentis plurimis, Tractatio ſubjungitur. Acceſſit Motus perpetui Mechanici, abſque ullo Aquæ, vel Ponderis adminiculo conficiendi documentum. Francof. apud Joh. Frider. Weiſſium, 1625, in 8.

Antri Magico-Medici Pars ſecunda. In qua Arcana naturæ, Sympathiæ & Antipathiæ rerum in Plantis, &c. omniumque corporis humani morborum, imprimis Podagræ, Hydropis, Peſtis Epidemiæ, & Cancri exulcerati cura Hermetica, Specifica, Characteriſtica, & Magnetica continentur. Acceſſerunt Portæ Intelligentiarum, &c. & Canones Hermetici, de Spiritu, Anima & Corporis Majoris & Minoris mundi. Francof. ap. Wechelos, 1626, in 8.

MARCUS AURELIUS OLYMPIUS, *Nerneſianus*

Cynegetica. Venetiis, apud Aldum, 1534, in 8. Lugduni, apud Gryphium, 1537, in 8. cum Gratio, aliisque.

MARCUS AURELIUS SEVERINUS, *Crathigena Tharſienſis*

☽ De Recondita Abſceſſuum Naturâ Libri VIII. Neapoli, apud Octavium Beltranum, 1632, in 8. Editio ſecunda multo auctior & correctior ab ipſo Auctore reddita. Francofurti, apud Johan. Beyerum, 1643, in 4. Patavii, 1651, in 4. Ibidem, apud Hæredes Johannis Beyeri, 1668, in 4. Hæc Editio itidem variis Additamẽtis, eorundemque Iconibus æri inciſis adaucta & locupletata, Rerumq; & Verborum atque Hiſtoriarum Indice donata eſt.

Therapevta Neapolitanus, ſeu, curandarum Febrium & Morborum internorum Methodus. Ejusdem, de Pædanchone, Tractatus, cum Commentariis Thomæ Bartholini. Neapoli, 1653, in 8.

☽ De Efficaci Medicina Libri III. Quâ Herculeâ quaſi manu, ferri ignisque viribus armatâ, cuncta, ſive, externa, ſive, interna, tetriora & contumaciora mala colliduntur, proteruntur, extinguuntur: adjuvantibus æque pragmatias experimento, methodi fulcimento, auctoritatis complemento. Opus antehac in Ar-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 790 sur 1339

te desideratum, nunc primùm in lucem datum. Francofurti, apud Joh. Beyerum, 1646, in fol. Parisiis, 1669, in 4. Francofurti, apud Hæredes Joh. Beyeri, 1671, in fol.

Vipera Pythia, id est, de Viperæ Natura, Veneno, Medicinâ, Demonstrationes & Experimenta nova. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1643, 1651, in 4.

Zootomia Democritea, id est, Anatome generalis totius Animantium opificii, Libris quinque distincta; quorum seriem sequens facies delineabit. Opus, quod omnes omnium bonarum Artium Studiosos, nedum Professores Anatomicos decet. Norib. Literis Endterianis, 1645, in 4.

Continentur in Libro:

Primò, Antecedens universalis Disputatio, quæ ad Anatomen spectat, proponitur.

Secundò, Zootomiæ necessitas, in universa propemodum humana sapientia demonstratur.

Tertiò Universa fabricæ animalis inspiciendæ contemplandæq; Methodus aperitur.

Quartò, Historia Anatomica varii generis Animantium describitur, Iconibus certis plurimâ parte repræsentantur.

Quintò, Ratio dissectionis rectè administrandæ docetur.

Trimembris Chirurgia. In qua Diætetico-Chirurgica, Pharmaco-Chirurgica, & Chymico-Chirurgica Traditio est. Francof. ap. Joh. Gottofr. Schönwetterum, 1653, in 4.

Catalogus Librorum, qui hoc Volumine continentur:

I. Diæteticon Chirurgicum.

II. Penula salubrium Alimentorum simplicium, & compositorum, Tractatulus brevis.

III. Pharmaco Chirurgicum.

IV. Phyllotherapia externa ex Dioscoride probatissima, seu, de virtutibus Herbarum selectis.

V. De humidæ materiæ usibus in re Chirurgica.

VI. Externa & rustica ex Animantibus Medicina.

VII. De foliorum viridium, in medendis ulceribus, usu.

VIII. De ratione componendorum Medicamentorum, Tractatus primus compendiarius.

IX. De propriis Chirurgorum Medicamentis, quibus uti nostro tempore privatim consevere, Tractatus alter compendiarius.

X. Chirurgico-Chymica, sive, de Materia, ad affectus exteriores medendos, Chymicâ. Pars prima.

XI. De Chymicis Medicamentis externis, secundùm affectus & loca corporis laborántia. Pars secunda.

XII. Polychresta Medicamenta Chymica, in externam Medicinam selecta, primùm quæ sunt ex metallis Philosophicè præparatis. Pars tertia.

☽ Seilo-Phlebotome castigata, sive, de Venæ Salvatellæ usu & abusu, Censura. Hanoviæ, apud Johan. Aubry,

Aubry, 1654, in 4. Extat etiam cum Celeberrimorum Anatomicorũ, Severini, Caſtrenſis, Jaſolini & Cabrolii variis Opuſculis Anatomicis. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1668, in 4.

Hiſtoria Anatomica Obſervatioq; Medica eviſcerati corporis. Neapoli, 1629, in 4.

☽ Antonii Colmeneri de Ledesma Opuſculum de qualitate & natura Chocolatæ, Hiſpanico ante hac idiomate editum, in Latinum transferri curavit. Norimb. ap. Wolffgangum Endterum, 1644. in 12.

☽ Epiſtolæ duæ: altera de Lapide Fungifero: altera de Lapide Fungimappa. Extant cum Baptiſtæ Fieræ Cœna. Patavii, apud Sebaſtianum Sardum, 1649, in 4.

De Aqua Pericardii: Cordis Adipe: Poris Cholidochis. Hanoviæ, 1654, in 4.

⊙ Quæſtiones Anatomicæ quatuor I. de Aqua Pericardii. II. de Cordis Adipe. III. de Poris Cholidochis. IV. Oſteologia, pro Galeno, adverſus Argutatores Epidochæ in totidem alias Julii Jaſolini. Extant cum Joh. Georg. Volckameri Collegio Anatomico. Hanoviæ, ap. Joh. Aubry, 1654, in 4 Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1668, in 4.

Synopſeos Chirurigę Libr. VI. Amſtelodami, ap. Elizeum Weyerſträten, 1664, in 12.

⊙ Antiperipatias, hoc eſt, adverſus Ariſtoteleos, de Reſpiratione Piſcium, Diatriba. De Piſcibus in ſicco viventibus, Commentarius in Theophraſti Ereſii Libellum hujus argumenti. Phoca illuſtratus, ſcilicet Anatome ſpectatus, & Philoſophico criterio examinatus: De Radio Turturis marini, ejusque vi, medicinâ, veneno, Opuſcula diu exſpectata, nunquam viſa. Neapoli, apud Hæredes Camilli Cavalli, expenſis Johan. Alberti Tarini, 1659, in fol.

⊙ De Piſcibus in ſicco viventibus Commentarius in Libellum Theophraſti Ereſii, Naturæ & Ariſtotelis interpretis ſummi, ſeparatim etiam extat, & excuſus eſt jam ante Antiperipatias Diatribam, nempe Neapoli, typis Camilli Cavalli, apud Joh. Albertum Tarinum, 1654, in fol.

MARCUS BANZERUS

⊙ *Natus Auguſtæ Vindel. A. C. 1592, Patre Georgio Banzero, Aurifabro & Gemmario: creatusq; Baſileæ 1616 Doctor Medicinæ, in Collegium Medicum patrium 1619 receptus, & per plurimos annos Practici officio ibidem functus eſt. Tandem ob Lutheranam fidem è patria exul, Oſſatiæ primùm, deinde Camitii in Luſatia ſuperiori Poliatri, & poſtremò Witteberga Profeſſoris Medic. Spartam nactus, in hac obiit A. C. 1664, ætatis ſuæ 72.*

Fabrica Receptarum, id eſt, Methodus brevis, perſpicua, ac facilis. In qua, quæ ſint Remediorum compoſitorum Formæ, quæ earundem differentiæ, quæ componendi & præſcribendi ratio, quæ denique utilitas, atq; quis utendi modus, planiſſimè edocetur. Auguſtæ Vind. apud Andr. Aperberger, 1622, in 8.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 792 sur 1339

MARCUS CORNACCHINIUS

Methodus, quâ omnes humani corporis affectiones, ab humoribus, copiâ, vel qualitate peccantibus genitæ, tutò, citò, & jucunde curantur. Florentiæ, apud Cecconcellium, 1629, in 4. & cum Joh. Dan. Mylii Pharmacophœæ Spagyricæ Libro secundo, Francof. apud Theobaldum Schönwetterum, 1628, in 8. Exstat etiam cum Praxi Chymiatrica Joh. Hartmanni. Genevæ, ap. Petr. Chovet, 1647, in 8.

Hieron. Mercurialis Commentarios in Hippocratis Coi Prognostica, Prorrhetica, de Victus ratione in Morbis acutis, & Epidemicas Historias, diligenter & ore exceptas, addito Tractatu, de Hominis Generatione, Vino & Aqua, Balneisque Pisanis, edidit. Francofurti, ap. Joh. Theob. Schönwetterum, 1607, in fol.

Edidit item Thom. Cornacchini P. Tabulas Medicas.

MARCUS FABIUS CALVUS

Ravennas. Vixit sub Clemente VII, Papa. Obiit Romæ A. C. 1527. Justus in Chronol. Medic.

Hippocratis Coi Opera, in Latinum à se translata edidit.

MARCUS FRIDERICUS WENDELINUS, *Archipalatinus*

Admiranda Nili. Commentatione Philologicâ, Geographicâ, Historicâ, Physicâ, Medicâ, & Hieroglyphicâ, ex CCCXVIII Autoribus, Græcis & Latinis, vetustis & recentibus illustrata. Francof. apud Dan. & Dav. Aubrios, 1623, in 8.

MARCUS GATINARIA

Ticinensis Medicus. Vixit circa A. C. 1440, Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Secundùm Justum in Chronol. Medic. sub Alexandro VI. & Julio II. Pontificibus. A. C. 1506.

De Curis Ægritudinum particularium, sive, Expositio in nonum Almansoris. Blasii Affarii de Curis Febrium Libellus. Blasii Cæsaris Landulphi de Curis earundem, Opusculum. Sebastiani Aquilani Tractatus de Morbo Gallico. Ejusdem Quæstio de Febre sanguinis. Lugduni, apud Bevelaque, 1506, in 4. apud Johan. Moulin, 1525, in 8. ap. Vinc. de Portonariis, 1532, in 8. apud Ægid. & Jac. Huguetan FFR. 1542, in 8. Basileæ, apud Henr. Petri 1537, in 8. Par. ap. Guilielm. Richardum, 1540, in 8. Ven. 1569, in 8. apud Joh. Baptistam Somaschum, 1575, in 12. Francof. apud Joh. Bernerum, 1604, in 8. Lugduni, apud Flajollettum, 1639, in 8. Duabus postremis Editionibus hic datus est titulus: De Medendis humani Corporis Malis Practica uberrima: omnibus Medicinæ Studiosis permaximè utilis. Jam ante etiam edita, nunc verò denuo revisa, & omni, quâ fieri potuit diligentiâ, emaculata. Cum iisdem, quæ in prioribus Editionibus jam accesserunt.

Anno-

Annotatio una, & altera de Taraxaco, Cichoreo, Ivâ, Esulâ & Soldanellâ. Extat Tomo 11 Herbarii Ottonis Brunsfelsii, in fol.

MARCUS HIERONYMUS VIDA

De Bombycum cura & usu. Lugduni, apud Gryphium, 1537, in 8. Basileæ, apud Robertum Winter, 1537, in 8.

MARCUS HOPPERUS

Alexandri Benedicti, de Re Medica, Opus, emendatiùs edidit.

⊙ MARCUS MAPPUS

Thamosopoeia, seu, Dissertationes Medicæ tres de Potu Calido, Argentorati, 1675, in 4.

MARCUS NEVIANUS

⊙ *Natus est in Monte Gerhardi altero illo Imperialis Flandriæ Capite dicto: in patria non solùm Medicinam felicissimè exercuit, sed & Rempubl. prudentiâ juvit, gesto sæpius Consulatu: tandem Sacerdotium natus, & Sacerdos Gandavum secessit, ibique reliquum vitæ in nobilis otii studiis transegit. Claruit circa A. C. 1550.*

De Qualitatibus primis, secundis, tertiis, iisque, quas natura tegit occultas abditasve, Poëmation. Gandavi, apud Gislenum Manilium, 1573, in 8.

De Plantarum viribus. Poëmation. Lovanii, apud Hieron. Wellæum, 1563, in 8.

De curandis Morbis, Poëmation. Gandavi, apud Manilium, 1573, in 8.

In Poëmation de Curandis Morbis Corollarium de Febribus. Ibid. apud Vid. Manilii, 1575, in 8.

MARCUS ODDUS

⊙ *Natus Patavii A. C. 1526, Patre Oddo de Oddis: in patrio Gymnasio 1583 primùm in Professione Medicinæ Theoricæ Bernhardino Trivisano successit; inde etiam ad Practicæ ordinariæ fastigium evectus. Obiit in eâ statione Patavii A. C. 1591, ætatis 65.*

Methodus exactissima de componendis Medicamentis, & aliorum dijudicandis. Cui accessit Index Medicamentorum usualium simplicium & compositorum, facultatum graduum & dosium: Discursus item circa Theriacam cum Andrea Baccio: & alter circa Turbith. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1583, in 4.

De Morbi naturâ, & essentiâ, Tractatio dilucidissima. In qua de Sanitate & Morbo celeberrimorum Philosophorum & Medicorum placita ad trutinam ponuntur, & tandem Hippocratis, atque Galeni sententia defenditur. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1589, in 4.

Meditationes in Theriacam & Mithridaticam Antidotum, à Clariss. Med. Junio Paulo Crassio, Bernhardino Taurisano, Marco Oddo, ex inclyto Patavinorum Collegio ad id selectis, accuratissimè elucubratæ, & ab eodem Collegio confirmatæ.

Vene-

Venetiis, apud Paul. & Antonium Mejettos, 1576, in 4.

Apologia pro tutanda ſua ſententiâ de Putredine, adverſus Angelum Mercenarium & Thomam Eraſtum. Venetiis, in 4. Patavii, 1585, in 4.

Oddi de Oddis, Parentis ſui, Libros IV, de Peſte, illuſtravit, & incompletos perfecit.

Item Expoſitionem in Librum Artis Medicinalis Galeni.

Item Expoſitionem in primam totam Fen. Primi Libri Canonis Avicennæ.

De Urinarum differentiis, cauſis & judiciis Tabulæ. Patavii, 1591, in fol.

MARCUS PORCIUS CATO

De Agricultura, ſive, de Re ruſtica Liber. Regii, apud Bartholom. Bruſchium, 1482, in fol. apud Franc. Mazalum, 1498, in fol. Lutetiæ, apud Johan. Parvum, & Galeotum à Prato, 1533, in fol. Coloniæ, apud Johan. Gymnicum, 1536, in 8. Pariſiis, apud Robertum Stephanum, 1543, in 8. cum aliis ejusdem argumenti. Lugduni Batavorum, apud Chriſtoph. Raphelengium, 1589, in 8. poſt ultimam A. Pompæ editionem centum amplius locis auctus correctusque, ſtudio & operâ Johan. Meurſii. Item Fragmenta ejusdem Scriptoris, ab A. Pompa diligenter collecta & reſtituta.

MARCUS PROCERUS

Diſcuſſio ineptæ Defenſionis cujusdam Joh. Bapt. Donatii, *Lucenſis*, editæ adverſus Leonhardum Botallum, Medicum Regium. Acceſſit Prætoris Lugdunenſis & ſupremi Senatus Pariſienſis Decretum adverſus eundem Donatium. Unà cum Epiſtola Johannis Bruti, & Hiſtoriâ Jacobi Doynæi, ex quibus totius controverſiæ ratio & progreſſus cognoſci poterit. Pariſiis, apud Joh. Foucherium, 1567, in 8.

MARCUS SQUARCIALUPUS

De Cometis. Baſileæ, 1580, in 4.

MARCUS TERENTIUS VARRO

Floruit tempore Auguſti Cæſaris A. M. 3938. A. ante C. 25. Juxta Alios 86. Obiit Annorum 90. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.

De Re Ruſtica, Liber, quem ſcripſit octogenarius. Regii, apud Barth. Bruſchium, 1482, in fol. ap. Franciſc. Mazalum, 1498, in fol. Lutetiæ, apnd Joh. Parvum, & Galeotum à Prato. 1533, in fol. Coloniæ, apud Johan. Gymnicum, 1536, in 8. Pariſiis, apud Rob. Stephanum, 1543, in 8. cum aliis ejusdem argumenti. Amſtelodami, apud Johan. Janſonium, 1623, in 8. cum Notis Joſ. Scaligeri, Adriani Turnebi, Petri Victorii, & Antonii Auguſtini.

MARCUS TOLETANUS

Galeni, de Motibus manifeſtis & obſcuris, ex Arabica Verſione Johannitii, in Latinum tranſtulit.

MARCUS

MARCUS WIDEMANNUS

De Malitiosa Scarificatione Epistolæ binæ. Extant cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. Lib. IV posterioribus. Ulmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

MARCUS WOLPHARDUS

De Inflatione & Hydrope Uteri Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. Lib. IV. posterioribus. Ulmæ Suevorum, ap. Saurium, 1628, in 4.

Delineatio aliquot Quæstionum, quæ hodierno die in Medicorum Scholis pro & contra disputari solent. Tubingæ, apud Alex. Cellium, 1621, in 4.

MARIA RANTA, *Angla*

Clavis Apocalyptica, quæ Aurifacturam brevi, nempe anno 1660, vulgarem futuram, promittit. Tholosæ, apud Bass. in 8.

MARIA *Prophetissa*

Practica Lapidis philosophici. Extat Artis auriferæ Volumine primo. *Vide* Autores Chemic. var.

MARIANUS SANCTUS

Barolitanus Halus. Medicus experientiâ clarus. Vixit circa A.C. 1539. Justus in Chronol. Medic.

Commentaria in Avicennæ Textum de Apostematibus calidis: de Contusione, & Attritione: de Casu & Offensione: de Calvariæ curatione. Ejusdem Mariani Compendium in Chirurgia. Libellus de Lapide Renum. Libellus aureus de Lapide Vesicæ per incisionem extrahendo. Libellus de quidditatibus, de modo examinandi Medicos Chirurgos. Oratio de Medicinæ Laudibus. Venetiis, apud Hæredes Lucæ Anton. Juntæ, 1543, in 4. Lugd. 1542, in 8. cum Chirurgia Johannis de Vigo. Venet. 1647, in 4.

De Lapide Renum, curiosum Opusculum. Ejusdem de Lapide Vesicæ per incisionem extrahendo Libellus. Venetiis, apud Petrum de Nicolinis de Sabio, 1535, in 8. Parisiis, apud Christianum Wechelum, 1540, in 4.

De Putredine, Digressio. Venetiis, 1535, in 8.

De Ardore Urinæ, & Difficultate Urinandi Libellus. Venetiis, apud Joh. Gryphium, 1558, in 8.

MARINUS CURÆUS de la CHAMBRE

Novæ Methodi, pro explanandis Hippocrate & Aristotele, Specimen. Parisiis, apud P. Rocolet, 1655, in 4. Quo in Opere est I. Authoris ratio explanandi Aphorismos Hippocratis; per quam usus Aphorismorum ab Hippocrate intenti, nec tamen conscripti aperiuntur. II. Nova ratio exponendi Libros Acroamaticos Aristotelis; per quam restitutis, quas ex industria ille suppressit sententiis, tota illius mens clare patet, & loca obscuriora facilè intelliguntur.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 796 sur 1339

MARIUS ZUCCARUS,
Neapolitanus

Hippocratis Epidemialium Obſervationum Pars prima. Quatuor contenta languentibus. In qua nedum Praxis Methodica, cum auxiliis, legitur, ſed etiam multæ Quæſtiones Philoſophis ac Medicis utiliſſimæ, proponuntur. Venetiis, apud Hæredes Melchioris Leſſæ, 1621, in 4.

De Morbis Puerorum, Tractatus. Neapoli, apud Joh. Bapt. Subtilem, 1604, in 4.

De Morbis partis animalis, Pars prima. Scribente Johan. Franciſco Palumbo, *Montarvino*, Hydruntino Diſcipulo. Neapoli, apud Dominicum de Ferdinando Maccarini, 1623, in 4.

Methodus occurrendi Venenatis corporibus. Neapoli, ap. Tarquin. Longum, 1611, in 4.

De Morbis complicatis. Neapoli, in 4.

MARINUS BROCARDUS,
Venetus

De Morbo Gallico, Tractatus. Extat Tomo 11. Operis de Morbo Gallico, pag. 9.

MARSILIUS CAGNATUS,
Veronenſis

De Sanitate tuenda, Libri duo. Primus de Continentia: alter de Arte Gymnaſtica. In primo, recenſitis antiquorum opinionibus, in cibi potusque uſu, tempore, & menſurâ, differitur, quisnam modus in hoc tempore ſervandus. In ſecundo oſtenduntur varia Exercitationum genera, ac de ipſarum utilitate, & Balneorum uſu pertractatur. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1605, in 4. Romæ, apud Bernhardinum Donangelum, 1591, in 4.

Opuſcula varia. Romæ, ap. Aloyſium Zannettum, 1603, in 4.

Sunt autem hæc:

De Tiberis inundatione, Medica Diſputatio.

Epidemia Romana, Diſputatio ſcilicet de illa populari Ægritudine, quæ anno 1591, & de altera, quæ anno 1593, in urbem Romam invaſit.

De Romani aëris ſalubritate.

De urbana Febres curandi ratione, Commentarius Apologeticus.

De Morte, causâ Partûs.

De Ligno ſancto, Diſputationes binæ.

Ex quinto Libro variarum Obſervationum nomina hæc parum nota enarrantur, Pharmacopola, Atomatarius, Seplaſiarius, Propola, Catholicus, Unguentarius.

Variarum Obſervationum Libri quatuor; quorum duo poſteriores nunc primùm acceſſere. Ejusdem Diſputatio de Ordine in cibis ſervando. Romæ, apud Bernhardinum Donangelum, 1587, in 8. Priores duo cum Diſput. de Ordine Ciborum prodiere Romæ, 1581, in 8.

In Hippocratis Aphoriſmorum ſecundæ Sectionis viceſimum quartum Commentarius. Romæ, apud Aſcanium & Hieronymum Donangelos, 1591, in 4.

Enarra-

Enarrationum Liber. Romæ, apud Georgium Ferrarium, 1581, in 8.

MARSILIUS FICINUS, *Florentinus*

De Vita, Libri tres. Quorum primus de Studiosorum sanitate tuendâ. Secundus, de Vita producendâ. Tertius, de Vita cœlitus comparandâ. Ejusdem Apologia. Accessit Epidemiarum Antidotus, tutelam quoque bonæ valetudinis continens. Lugduni, apud Gul. Rovillium, 1657, in 16. apud Johan. Leprœux, 1595, in 16. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1538, in 8. apud Cratandri Hæredes, 1549, in 8. Huic editioni, præter præcedentia, insunt: De ratione victus salubris, Gul. Insulano Menapio, *Grevibrugensi*. De Victus & Medicinæ ratione, quum alio, tum Pestilentiæ tempore observandâ Commentarius, Auctore Joh. Guintherio, *Andernaco*. Extant quoque hæc Operum Autoris Tomo 1, pag. 493, 576, edit. Basileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol.

Tractatus de Epidemiæ morbo. Augustæ Vindel. apud Sigismundum Grim, 1518, in 4.

Oratio de Laudibus Medicinæ. Extat Operum ejus Tomo 1, pag. 759.

Synesii de Insomniis Græcum Librum Latinum dedit.

MARSILIUS de S. SOPHIA

Patavinus. Claruit A. C. 1393. Sub Wenceslao & Ruperto Imperatoribus. Wolfg. Justus in Chronolog. Medicorum.

Tractatus de Febribus super prima Fen quarti Avicennæ: una cum Cura omnium accidentium Febrium, quæ uni à capite usque ad pedes Practicæ æquipollet. Lugduni, apud Franc. Fradin, 1607, in 8. apud Jacobum Myt. 1517, in 4. cum aliis ejusdem argumenti. Ven. 1514, in fol.

MARSILIUS WEIGELIUS

Quæstiones super septima particula Aphorismorum Hippocratis. Extant cum Jacobi Forolivienſis Commentariis in eosdem. Venetiis, apud Locatellum, 1495, in fol.

MARTIANUS

Sales Theriaci. Extant apud Aëtium Amidenum, Tetrab. 4. Serm. 1. pag. 97.

MARTINUS AKAKIA

Catalunensis, Brissoti Discipulus. Floruit circa A. C. 1541. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Doctissimus suo tempore Parisiis Medicinæ Professor A. C. 1538. Justus in Chronolog. Medicorum.

Cl. Galeni, *Pergameni*, Ars Medica, quæ & Ars parva. Mart. Akakiâ interprete & enarratore. Lugduni, apud Guiliel. Rovillium, 1548, in 16. Venetiis, apud Felicem Valgrisium, 1587, in 8. In officina Erasmi, 1549, in 8.

Cl. Galeni, *Pergameni*, de ratione curandi ad Glauconem Libri duo.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 798 sur 1339

Mart. Akakiâ interprete. Commentarii Ejusdem in eosdem Libros. Parisiis, apud Sim. Colinæum, 1538, in 4. Lugduni, apud Guilielm. Rovillium, 1551, in 16.

De Morbis Muliebribus, Libri duo. Extant in Gynæciorum Libris ab Isr. Spachio editis, p. 745.

Synopsis eorum, quæ quinque priobus Libris Galeni de Facultatibus simpliciumMedicamentorum continentur. Parisiis, apud Andr. Wechlum, 1555, in 8.

Consilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

⊙ MARTINUS de ARREDONDO

De Albeiteria, seu, Veterinaria Medicinâ. Madriti, 1658.

MARTINUS BERNHARDI, *de Bernitz.*

Catalogus Plantarum in Hortis Regiis Warsaviæ. Dantisci, 1652.

⊙ Fasciculus I. Remediorum Anti-Arthriticorum in Curatione Uladislai IV. Regis Poloniæ & Sveciæ &c. adhibitorum. Extat cum Miscellan. Curios. sive, Ephemerid. Medico-Physicarum German. Anno Quarto & Quinto. Lipsiæ, apud Joh. Fr. tzschium, 1676, in 4.

⊙ Fasciculus II. Medicamentorum singularium, sive, Andr. Cnöffelii, aliorumque quorundam Clarissimorum Medicorum Arcana & Experimenta specifica. Extant ibidem, Anno Sexto & Septimo. Ibid. ap. Eund. 1677, in 4.

Observatio, de Aquila Imperiali in Polypodio. Extat Ephemerid. Acad. Natur. Cur. Germ. An. II. N. 1.

de Orchidum seu Satyriorum speciebus singularibus. Ibid. Ann. eod. N. 41.

de Napello in Polonia non Venenoso. Ibid. Ann. eod. N. 42.

de facie larvatâ in Musco pulmonario. Ibid. An. eod. N. 51.

de Musco arboreo in genere. Ibid. An. eod. in Scholiis ad hanc Observ. N. 51.

Observatio, de Musco terrestri repente, monstroso. Ibid. Ann. eod. N. 52.

de Ruta muraria & musco crustaceo in cranio humano. Ibid. An. eod. N. 53.

de Usnea s. Musco Cranii humani, ejusque virtute, usu, & comparatione. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observ. 53.

Observatio, de fungo monstroso in alvearioinvento. Ibid. An. eod. N. 54.

de fungis eorumque variis speciebus. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Observat. N. 54

Observatio, de Gammaro alato s. Papilione eleganti & raro signaturamGammari habentis. Ib. Ann. eod. N. 97.

de Gammaro terrestri & Vegetabili. Ibid. Ann. eod. N. 98.

de Gammaro leproso. Ibid. An. eod. N. 99.

de Chela Astaci marini monstrosâ. Ibid. An. eod. Num. 100. & 101.

Observ.

Observatio, de Cancro Moluccano. Ibid. Ann eod. N. 102.
de Calculo monstroso in fœmina Vidua. Ibid. Ann. eodem. Num. 139.
de Calculo Vesicæ ingentis molis in Patr. quodam Soc. Jes. Ibid. Ann. eod. N. 140.
de septem Lapidibus in Palatinide Polocensi, puero septem annorum. Ibid. An. eod. N. 141.
de usu & utilitate Cocci Polonici. Ibid. Ann. III. N. 104.
de mira cancros comedendi aviditate. Ibid. Ann. eodem. Num. 187.
de Lucernis Sepulchralibus. Ibid. Ann. VIII. in Scholiis ad Observat. N. 20.

MARTINUS BIERMANNUS

Ἐξέτασις de Magicis actionibus, sententiæ Joh. Bodini oppositæ. Extat cum Tobiæ Tandleri Dissertationibus Physicis-Medicis. Wittebergæ, apud Zachar. Schurerum, 1613, in 8. Francof. 1629, in 4.

MARTINUS BIRRIUS

Tres Tractatus de Metallorum Transmutatione: quorum I. agit de Metallorum Metamorphosi. II. inscribitur brevis Manuductio ad Rubinum cœlestem. III. Fons Chymicæ Veritatis. Adjuncta est Appendix Medicamentorum Anti-podagricorum & Calculifragi. Amstelodami, apud Johann. Janssonium à Waesbergæ, 1668, in 8.

MARTINUS BLOCHWITIUS, *Oschatiensis*

Anatomia Sambuci, quæ non solùm Sambucum, & hujusdem Medicamenta singularia delineat, verùm quoque plurimorum affectuum, ex unâ ferè solâ Sambuco curationes breves, rarioribus Exemplis, Historiis, & Medicamentis specificis non paucis illustratas, exhibet. Lipsiæ, apud Gottofredum Grossium, 1631, in 12.

MARTINUS BOGDANUS, *Drisna-Marchius*

Insidiæ structæ Cl. V. Thomæ Bartholini Medici, Regii Professoris & Anatomici in Academia Haffniensi, Vasis Lymphaticis, & Olao Rudbeckio, *Suevo*, in suis Ductibus Hepaticis, & Vasis glandularum seriosis Arosiæ editis, detectæ. Francof. apud Petrum Hauboldum, 1654, in 4. Haffniæ, apud Georg. Lamprecht eod. anno & formâ. in 12.

⊙ Observationes Medicæ. Extant cum Michaelis Lyseri Cultro Anatomico. Hafniæ, apud Petrum Hauboldum, 1665, in 8. Ibidem, apud Eund. 1679, in 8.

⊙ Simeonis Sethi Volumen de Alimentorum Facultatibus, juxta ordinem Literarum digestum; ex duobus Bibliothecæ Mentelianæ Mss. Codd. emendatum, auctum, & Latinâ versione donatum. Cum difficilium Locorum explicatione, Græcè & Latinè edidit. Lutetiæ Parisiorum, ap. Viduam Maturini du Puys, 1658, in 8.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 800 sur 1339

⊙ Tractatus de Recidiva Morborum, ex Hippocrate, ad Hippocratis mentem. Basileæ, 1660, in 4.

⊙ MARTINUS CARCEUS

Index Materiæ Medicæ, seu, Medicamentorum, in Francisci de le Boe Sylvii Praxeos Medicæ Libro primo, tam in Formulis, quàm extra ipsas laudatorum. Lugduni Batavorum, apud Viduam Johannis Carpenterii, 1671, in 12.

MARTINUS CHMIELECIUS

Epistolæ Medicæ. Extant cum Cista Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

MARTINUS COPUS

Apotelesmata Philosophica Mercurii triumphantis. Magdeburgi, 1601, in 4.

MARTINUS CUNEA

De Entelechia Spiritûs, Liber. Parisiis, apud Christianum Wechelum, 1543, in 4.

MARTINUS DELRIUS

☽ Disquisitionum Magicarum Libri sex, in tres Tomos partiti. Quibus passim, quæ illustrandæ Medicinæ faciunt, traduntur. Moguntiæ, apud Johan. Albinum, 1600, in 8. Coloniæ, 1655, in 4. Ibid. 1678, in 4.

⊙ MARTINUS FOGELIUS, *Hamburgensis*

Joachimi Jungii Præcipuas Opiniones Physicas, passim receptas, breviter quidem, sed accuratissimè examinatas recensuit, distinxit, & Annotationibus quibusdam auxit. Hamburgi, apud Johannem Naumannum, 1679, in 4.

Observatio, de Submersis non suffocatis. Extat Ephemerid. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. VI. & VII. N. 125.

MARTINUS GREGORIUS

Lutetiæ Parisiorum Medicinæ Professor, in utraque linguâ peritus. Vixit A. C. 1542. Justus in Chronolog. Medic.

Galeni Lib. III. de Alimentorum facultatibus interpretatus est. Item, De attenuante Victus ratione. Lugduni, 1555. in 12 Lugduni Batav. 1633, in 12.

Galeni Introductio in Pulsus. Martino Gregorio interprete. Lugduni, 1550, in 12.

MARTINUS HELLINGUS, *Noribergensis*

De Phlebotomia Theses. Marpurgi, apud Paul. Egenolphum, 1594, in 4.

MARTINUS HENRICUS, *Sangallensis*

Pulcerrimarum Quæstionum Medicarum Tomus primus. Accessit de Diabete Consilium. Papiæ, apud Bartolum & Sonanum, 1567, in 4.

⊙ MARTINUS HERLOVIUS

Observatio, de Sene 127 annorum. Extat

Extat Act. Hafniens. Volum. IV. Num. 10.

MARTINUS HESSUS, *Friccenhauſanus*

De Appetentia canina, Diſputatio. Extat Decade II Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ Johan. Jac. Genathius, 1619, in 4.

MARTINUS HORTENSIUS

Oratio de Oculo ejusque præſtantiâ. Amſtelodami, 1645, in fol. Extat apud Nathanaelis Highmori Diſquiſitiones Anatomicas, in fol.

⊙ MARTINUS JOHANNES HAESBAERTUS

Obſervatio, de Vermium copioſa excretione. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann. II. N. 130.

⊙ MARTINUS KERGERUS

De Fermentatione, Liber Phyſico-Medicus; Cui, de Inſeparabilitate Formarum materialium, & Vitâ, ſingularia ſunt innexa. Omnia perpetuis experimentis firmata. Wittebergæ, apud Hæredes Tobiæ Mœvii & Elerdi Schumacheri, 1663, in 4.

⊙ MARTINUS de LAURENDIERE

Hieronymi Cardani Metopoſcopiam: Cum præfixâ Melampi, Græci Scriptoris, Divinatione ex Nævis Corporis, Græcè & Latinè edidit, Pariſiis, 1658, in fol.

⊙ MARTINUS LIPENIUS

Bibliotheca Realis Medica. Omnium Materiarum, Rerum & Titulorum, in Univerſa Medicina occurrentium, ordine Alphabetico ſic diſpoſita, ut primo ſtatim intuitu Tituli & ſub Titulis Autores Medici, juſtâ velut acie collocati, in oculos ſtatim & animos incurrant. Accedit Index Autorum copioſiſſimus. Francofurti ad Mœnum, apud Johannem Friderici, 1679, in fol.

⊙ MARTINUS LISTER

Hiſtoriæ Animalium Angliæ tres Tractatus. Unus de Araneis. Alter de Cochleis tum Terreſtribus, tum Fluviatilibus. Tertius de Cochleis Marinis. Quibus adjectus eſt Quartus de Lapidibus ejusdem Inſulæ ad Cochlearum quandam imaginem figuratis. Londini, apud Joh. Martyn, 1678, in 4.

De Fontibus Medicatis Angliæ, Exercitatio nova & prior juxta Exemplar Eboracenſe. Francofurti & Lipſiæ, apud Johannem Groſſium, 1684, in 8.

Johannem Goedartium de Inſectis, in Methodum redegit, & Notulas addidit, ediditque. Londini, apud S. Smith, 1685, in 8.

Appendix ad Hiſtoriam Animalium Angliæ. Unà cum Scarabæorum Anglicanorum quibusdam Tabulis mutis. Extat cum Johannis Goedartio de Inſectis. Londini, apud S. Smith, 1685, in 8.

MARTINUS

MARTINUS MAGLIOCCA

Johan. Hieron. Pulverini Methodicam, curandi Febres, addidit Ejusdem Praxi.

MARTINUS MYLIUS

Hortus Medico - Philosophicus. Gorlicii, apud Joh Rhamba, 1597, in 8.

MARTINUS PANSA, *Schleusingensis*

Aureus Libellus de proroganda Vita. In quo Causæ longioris ac brevioris vitæ exquisitè describuntur, & quânam diætâ, quibusque Medicamentis tam vulgaribus, quàm pretiosis & arcanis vita longa sit comparanda, evidentissimè ac fidelissimè monstratur. In duas partes, Theoreticam & Practicam generalem distinctus. Lipsiæ, ap. Thomam Schurerum, 1615, in 8.

Aurei Libelli de proroganda Vita Hominis, Pars tertia Theoretica specialis. In qua specialiùs & accuratiùs de diversarum Complexionum, Ætatum, Sexuumque Vitâ, per quatuor anni tempora : De Macrorum & Pinguium, Peregrinantium, Magnatum, Convalescentium, Valetudinariorum, &c. Vitâ ulterius provehendâ, subsidiisque specialibus diæteticis salubriter regendâ : De Morbis denique vulgatis, Literatorum maximè, per certa signa maturè cognoscendis, præcavendis, avertendis : Deq; partibus principaliorib⁹ diutissime præmùniendis, agitur. Lipsiæ, apud Eundem, 1616, in 8.

Aurei Libelli de proroganda vita Hominis Pars quarta, & ultima, specialis Practica. In qua speciatim de diversarum Complexionum, Ætatum, Sexuumque Vita. De Macrorum & Pinguium, Peregrinantium, Magnatum, Convalescentium, Valetudinariorum, &c. Vita ulteriùs producendâ, & præsidiis Medicamentorum stabiliendâ. De morborum primariorum forsan irrepentium maturâ & felici curatione instituendâ. De partium denique principaliorum robore, per selectissima & secreta præsidiâ conservando, tractatur. Lipsiæ, apud Eundem, 1620, in 8.

MARTINUS POLICHIUS

☽ *Natus Mellerstadii Franconiæ Oppido : Lipsiæ autem Doctor Medicinæ creatus, ejusdemq; Professor publ. constitutus, tum ob eruditionem summam vulgò LUX MUNDI vocatus est. Cùm A. C. 1493 Fridericus Saxo peregrinationem religionis ergo in Palæstinam suscepisset, Comes sibi ab eo electus commigravit. Cùmq; 1495 Elector Sax. de erigendâ in suo territorio Academiâ cogitaret, Polichius cum Staupicio negotium hoc ursit, &, ut Wittebergæ sedes Scholæ fieret, effecit, Hinc cùm 1502 Academia Wittebergensis solenniter introducta esset, ipse primus in eo Rector salutatus & primus Matriculæ inscriptus est : primus etiam in ea Academia Theologiæ Doctor renunciatus, & ejusdem Professor declaratus. Scribunt quidam & in Jurisprudentia Docto-*

Doctorem fuisse creatum. A Theologicâ Professione demum ad Medicinam docendam accessit. Obiit Wittebergæ A. C. 1514.

Responsio in superadditos errores Simonis Pistoris de Malo Franco. Lipsiæ, apud Marcum Brandt, 1501, in 4.

MARTINUS RULANDUS, *Frisingensis*

Hydriatice. Aquarum Medicarum Sectiones quatuor. Dillingæ, apud Sebald. Mayer, 1568, in 8. Prima Sectio continet rationem curandi totius corporis morbos (qui ordine Alphabeti enumerantur) per Aquas dulces, Acidas, & Thermas. Secunda, species, ac vires Aquarum secundùm genus. Tertia, nomina, loca, & vires Aquarum vel Balneorum in specie ad Alphabeti seriem digestarum. Quarta, Aphorismos de præparatione ad Balnea, tempore, ingressu, victu, somno, symptomatis horumq; curatione, & aliis.

Balnearium restauratum. In quo curantur Morbi tam externi, quàm interni per Balnea naturalia, artificialia, insessus, Lixivia, Sudationes; itemque per Scarificationes, ac Phlebotomias, distinctum in Libros tres. Basileæ, apud Henricum Petri, 1579, 1625, in 8.

☽ Thesaurus Rulandinus, hoc est, Curationes empiricæ; quæ antea in decem Centurias dissectæ prodierunt; nunc verò in compendiosum ordinem secundùm partium corporis seriem redactæ, lucem aspiciunt. Accesserunt hisce, Ejusdem alii Tractatus tres: I, de Phlebotomia. II, de Scarificatione, & Ventosatione. III, Oratio de ortu animæ. Operâ Johannis Scretæ & Georgii Sporlini edita omnia. Basileæ, apud Henricum Petri, Ibidem, 1591, in 16, 1628, in 8. Rothomagi, apud Johan. Berthelin, 1650, in 8. Budissæ, apud Fridericum Arnstium, 1679, in 8.

Tractatus tres. I, de Phlebotomia. II, de Scarificatione & Ventosatione. III, Oratio de ortu animæ. Præfixa est hisce Præfatio Martini Rulandi F. ubi Quæstio illa: utrum in omni Pleuritide vena dextri cubiti sit secanda? excutitur. Basileæ, apud Henr. Petri, 1627, in 8.

De Phlebotomia Morbisq; per eam curandis, Libellus sic antea nunquâ editus. Argentorati, apud Josiam Rihelium, 1567, in 12.

☽ De Scarificatione, ac Ventosatione, Morbisque per eam curandis, Libellus recens, perutilis atque brevis. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem.

Progymnasmata Alchemiæ, sive, Problemata Chymica, Nonaginta & una Quæstionibus dilucidata: cum Lapidis Philosophici verâ conficiendi ratione. Francof. ap. Palthenium, 1607, in 8.

☽ Lexicon Alchemiæ, sive, Dictionarium Alchemisticum, cùm obscuriorum Verborum, & Rerum Hermeticarum, tum Theophrast. Paracelsicarum Phrasium, planam Explicationem continens. Francof. ap. Zachariam Palthenium, 1612, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 804 sur 1339

©BIUM

Ibidem, 1661, in 4. Norinber, 1671, in 4.

☽ Medicina Practica recens & nova, continens omnes totius humani corporis Morbos, per Alphabeticum ordinem collectos: quibus καθ' ἕκαστον sunt addita Medicaméta omnia Composita τὰ εὐπόριστα, & quæ ubique locorum hodie in Pharmacopœis, seu, Apothecis semper extant parata. Cum certa Compositionum omniũ Dosi sub finem appensâ Hanoviæ, apud Guiliel. Antonium, 1610, in 12. Argentinæ, apud Jos. Rihelium, 1564, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1567, in 12.

Appendix de Dosibus, seu, justâ quantitate ac proportione Medicamentorum compositorum omnium, quæ hodie Officinis parata extant, summâ cum fide & accurato judicio Alphabeti ordine conscripta. Argentorati, apud Jos. Rihelium, 1567, in 12.

☽ Curationum Empiricarum & Historicarum, in certis locis & notis Personis expertarum, & rite probatarum Centuriæ x. Basileæ, apud Sebastianum Henricum Petri, 1578, 1580, 1591, 1593, 1595, 1596. seorsim omnes in 16 editæ: Cum ejusdem Authoris Problematibus de Ortu Animæ Centuriæ quintæ annexis Conjunctim verò perdierunt Lugduni, apud Petrum Ravaud, 1618, in 8. Adjuncta est de novo ejusdem Autoris Medicina Practica: Cũ Tractatu de Phlebotomia, Morbisque per eam curandis. Rothomagi, apud Joh. Berthelin, 1650, in 8.

⊙ Secreta Spagirica, sive plerorumque Medicamentorum Rulandinorum genuinæ Descriptiones: Cum Scholiis Ehrenfridi Hagendornii. Jenæ, Literis Gollnerianis, 1676, in 12.

MARTINUS RULANDUS *Fil.*

⊙ *Natus est Lauingæ A. C. 1569, Patre Martino Rulando, Chymiatro Celeberrimo, Principis Palatin Philippi Ludovici Archiatro, & Professore in Gymnasio Lauingano: creatus Basileæ 1587, adeoq; ætatis suæ 18 Medicinæ Doctor: 1594 Ratisbonæ Physicus ordinarius constitutus, & 1607 ab Imperatore Rudolpho II. Pragæ inter Medicos Cæsareos receptus est. Obiit Pragæ A. C. 1611, ætatis suæ 41.*

De perniciosæ Luis Ungariæ Tecmarsi & Curatione, Tractatus: Historicis Curis, atque Observationibus triginta, nec non Quæstionibus aliquot homogeneis locupletatus. Francof. apud Nicol. Bassæum, 1600, in 8. Lipsiæ, apud Jacobum Apelium, 1610, in 8. Lugduni, apud Petrum Ravaud, 1628, in 8. Stetini, 1651, in 8. Quibus adjuncta de novo Autoris Medicina Practica.

Nova, & in omni memoria omninò inaudita Historia de Aureo Dente, qui nuper in Silesia Puero cuidam septenni succrevisse, magnâ omnium admiratione animadversus est: Et ejusdem de eodem Judicium. Francofurti, apud Petrum Kopffium, 1595, in 4.

Demon-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 805 sur 1339

Demonſtratio Judicii de Aureo Dente Pueri Sileſii, adverſus Reſponſionem M. Johannis Ingelſtetteri. Francof. apud Cornelium Scitonium, 1597, in 8.

Problematum Medico-Phyſicorum Liber unus. Francof. apud Palthenium, 1608, in 8.

Problematum Medico-Phyſicorũ Pars ſecunda. Ibidem, apud Palthenium, 1608, in 8.

Alexicacus Chymiatricus: puris putis mendaciis, atque calumniis atrociſſimis Johannis Oberndorferi, quibus Larvatus ille Medicus, Apologiam ſuam Chymico-Medicam Practicam nequiſſimo auſu injurioſiſſimè conſarcinavit, oppoſitus. Francofurti, apud Palthenium, 1611, in 4.

MARTINUS SCHOOCKIUS

Diſſertatio de Ovo & Pullo. Ultrajecti, 1643, in 12.

☽ Tractatus de Turvis, ſeu, Ceſpitibus bituminoſis. Gröningæ, 1658, in 12. Ibid. 1668, in 12.

Oratio in obitum Johannis Borgeſii. Gröningæ, 1653, in 4.

⊙ Exercitatio Academica, ſive, Diatriba de Averſatione Caſei. Quâ accuratè expenditur vexatum illud Problema: Cur plurimi homines Caſeum, ut cibum, non modò averſentur, verùm parum quin exercerẽtur. Gröningæ, apud Henricum Luſſinck, 1658, in 8. Ibidem, apud Johannem Collenium, 1664, in 12. Huic Editioni præmittitur Tractatus de Butyro.

⊙ Diſquiſitio Phyſica de Signaturis Fœtus. In qua rari Caſus & proponuntur & examinantur. Gröningæ, apud Henricum Luſſinck, 1659, in 8.

⊙ De Ciconiis, Tractatus. Editio altera priori auctior & emendatior. Amſtel. apud Petrum van den Berge, 1661, in 12.

⊙ De Fermento & Fermentatione, Liber, complectens multa ſingularia, ſpeciatim rationem Coctionis Cibi in Ventriculo. Gröningæ, apud Johannem Collerium, 1663, in 12.

⊙ De Sternutatione, Tractatus copioſus: omnia ad illam pertinentia, juxta recentia Inventa, proponens. Amſtel. apud Petrum van den Berge, 1664, in 12.

MARTINUS SOERS, *Breenſis*

Repetitio de Tertiana. Præſide Clariſſ. Viro, Dom. D. Vopiſco Fortunato Plempio, Medicinæ Doct. & Praxis Profeſſ. Lovanii, 1641, in 4.

Adſertio Theſium de Tertiana, Lovanii, 26 Novemb. 1641, publicè in Academia propoſitarum & defenſarum adverſus ἀθέτους cujusdam Antitheſin. Lovanii, apud Jacobum Zegers, 1642, in 4.

Stricturæ in ceritum quenddam Eburonem, inconditum blateronem, Controverſiæ de curanda Tertianâ inter D. D. Petrum Barbam & V. F. Plempium agitatæ Judicium ἀκρίτως exercentem & pronuntiantem. Lovanii, apud Eundem, 1642, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 806 sur 1339

MARTINUS STEINPELSIUS

De modo ſtudendi, ſeu, legendi in Medicina, Libri ſeptem. Ejusdem Antidotale Præſervationis: cum Additionibus in Epidemicum morbum, ob plurimorum utriusq; ſexus commoditatem, ex Canonibus Medicinalibus. Viennæ, 1520, in 4.

MARTINUS WEINRICHIUS, *Uratislavienſis*

Commentarius de Monſtris. In quo eſſentia, differentiæ, cauſæ, & affectiones mirabilium animalium explicantur. Uratislaviæ, apud Henr. Oſthuſium, 1595, in 8.

Joh. Baptiſtæ Montani Univerſam Medicinam, ex Lectionibus ejus cæterisq; Opuſculis ſcriptis & impreſſis, collectam, & in 111 Tomos digeſtam edidit.

Johan. Cratonis à Craffcheim, de verâ præcavendi, & curandi Febrem Peſtilentem contagioſam ratione, ex Germanico in Latinum transtulit.

Problemata Phyſico-Medica ex Johanne Bapt. Montano. Wittebergæ, 1590, in 8.

MATAMORUS, *Hiſpanus*

De Febrium differentiis, cauſis, ſignis, & curatione. Valentiæ, ex officina nova, 1632, in fol.

MATERNUS KOHLERUS

Epiſtolæ binæ de Acidulis Schwalbacenſibus. Extant cum Reſponſis Medicis, quæ edidit Helvicus Dietericus. Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4, p. 40.

MATTHÆUS BACKMEISTERUS

Franciſci Joëlis Operum Medicorum Tomos IV. edidit: additis pluribus Chymicis Floſculis, Experimentis, atque Annotationibus de Sanitatis conſervatione. Roſtochii, 1614, in 4.

MATTHÆUS BENDINELLUS

De Balneis Lucenſibus Villæ, & Corſennæ, Tractatus. Extat p. 146 Operis Veneti de Balneis.

MATTHÆUS CATOSIUS

Chronoſophia, ſive, Diſputatio de quatuor anni temporibus eorumque naturâ, & temperamentis, adverſus placitum Ariſtotelis, Philoſophorum, & Medicorum omnium. Venetiis, ap. Societatem, 1630, in 4. Florentiæ, 1603, in 4.

MATTHÆUS CLAUSSIUS *Ochſenhauſanus*

De rebus ſalubribus, inſalubribus, & neutris, Diſputatio. Extat Decade IV. Diſputat. quas collegit & edidit Johan. Jac. Genathius, 1622, in 4.

MATTHÆUS CZANAKIUS, *Ungarus*

Scabiei Encomiú, ad Nobiliſſimos Scabianæ Reipublicæ Scabinos, apud Leopardum, 1627, in 12.

MAT-

MATTHÆUS CURTIUS

⊙ *Natus eſt Ticini in Italia: & non ſolùm in Gymnaſio patrio, ſed & Patavii, Bononiæ, Florentiæ & Piſis ſummâ cum laude Medicinam publicè docuit & feliciſſimè exercuit: unde etiam à Clemente VII. Pontifice, Romam ſæpiùs vocatus, & aliquando cum eo Marſiliam profectus eſt. Obiit Ticini, A. C. 1544.*

In Mundini Anatomen Explicatio. Papiæ, apud Franc. Moſchenum, 1550, in 8. Lugduni, apud Paganum, 1551, in 8.

De prandii ac cœnæ modo, Libellus. Romæ, 1566, in 8.

De Curandis Febribus, Ars Medica. Venetiis, apud Franc. Portonarium, 1561, in 8. Patavii, apud Mejettum, 1521, in 4. cum Vidi Vidii Libris ſeptem de Febribus: Et Lud. Mercati de Febre Maligna, Tractatu. cum Opuſculis inſcriptis, Tractationes Medicinales de Doſibus. Venetiis, apud Vinc. Valgriſium, 1562, in 8.

De Venæſectione quum in aliis affectibus, tum vel maximè in Pleuritide. Haganoæ, 1534, in 4. Venetiis, 1534, in 8. apud Melchiorem Seſſam, 1539, in 16. Lugduni, apud Sebaſt. Gryphium, 1538, in 8. Bononiæ, apud Johan. Bapt. Phaellum, 1539, in 4.

Methodus Doſandi, ad Tyrunculos. Extat inter Opuſcula illuſtrium Medicorum de Doſibus. Patavii, ap. Paulum Mejettum, 1579, in 4. Lugduni, apud Johan. Mareſchallum, 1584, in 8.

De Septimeſtri Partu, Conſilium. Extat inter Opuſcula inſcripta de Doſibus Tractationis Medicinalis. Venetiis, apud Vinc. Valgriſium, 1562, in 8.

Conſilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wechelii Hæredes, 1598, in fol.

MATTHÆUS DRESSERUS, *Erphordienſis*

De Partibus humani corporis, & Animæ, ejusque Potentiis, Libri duo. Adjectæ ſunt ad finem Morborum & Medicamentorum communiſſimorum Appellationes. Lipſiæ, apud Jacobum Apelium, 1593 & 1607, in 8. Wittebergæ, apud Hæredes Johan. Cratonis, 1581, in 8. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1584, in 8.

⊙ MATTHÆUS FRANCISCUS HERTODIUS

Obſervatio, de Vomitu Venereo. Extat Ephem. Acad. Nat. Cur. Germ. An. I. N. 4.

de Cancro Dentis. Extat ibid. An. eod. N. 5.

de Lactis Uſu in Empyemate. Ibid. An. eod. N. 19.

de Alvi difficultatis novâ causâ. Ib. An. eod. N. 126.

de Lapide Chymico. Ibid. Ann. II. N. 143.

de Panis antipathia. Ibid. An. eod. N. 144.

de Aphonia ex inſpectione Cancrorum. Ibid. An. eod. N. 145.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 808 sur 1339

MATTHÆUS GWYN

Aurum non aurum, ſive, in Aſſertorem Chymicæ, ſed veræ Medicinæ deſertorem Frtr. Antonium Adverſaria, Antverpiæ, ap. Hier. Verduſſen, 1613, in 4.

MATTHÆUS HELDIUS

Diſſertatio Medica de Arthritide. Stetini, 1645, in 8.

MATTHÆUS MARTINI, *Aſcanius*

De Morbis Meſenterii abſtruſioribus. In Scholis Medicorum hactenus prætermiſſis, nec ſcriptis veterum illuſtratis. Item affectionum hypochondriacarum, prioribus quodammodo affinium, hiſtoria & curatio. Lipſiæ, apud Caſp. Cloſemannum, 1630. Halæ Sax. apud Hæredes Mich. Oelſch, 1625, utrobique, in 8.

De Scorbuto Commentatio, tribus poſitionum Centuriis comprehenſa. Jenæ, 1624, in 8. Extat cum Dan. Sennerti de Scorbuto, Tractatu. Wittebergæ, apud Zach. Schurerum, 1624, in 4.

MATTHÆUS MERIANUS

Florilegium renovatum & auctú variorum maximèq; rariorum Germinum, Florum ac Plantarum, quas pulchritudo, fragrantia, uſus, varietas, differentia, commendat, & non tantùm noſter hic ſed & adverſus, veteribusque ignotus orbis è fecundo ſuo profert gremio, icones elegantiſſimæ, ſummâ cum diligentiâ ad vivum, quantum artifici manu per monochromata fieri potuit, æri inciſæ, & cum ſuis calibus, ſcapis, foliis, floſculis, caliculis, bulbis, radicibusque ad naturæ invidiam anthophili ſpectatoris oculis expoſitæ. Additis eorum propriis, veris, ac genuinis nominibus. Francof. apud Matthæum Merianum, 1641, in fol.

MATTHÆUS PINUS

Compendium, ſive, Index in omnia Opera Hipp. Venetiis, in fol.

MATTHÆUS RATZENBERGERUS

Conſilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wittichius collegit & edidit. Lipſiæ apud Henningum Groſſium, 1604, in 4. & in eo Volumine, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

MATTHÆUS ROSSIUS

Obſervationes Chirurgicæ & Practicæ. Item Conſultationes Selectæ. Francof. 1608. in 8.

MATTHÆUS SYLVATICUS

Mantuanus Medicus Nobilis. Claruit tempore Roberti, Siciliæ Regis, cui inſcripſit ſuas Pandectas, A. C. 1336. Wolfg. Juſtius, in Chronolog. Medicorum.

Opus Pandectarum Medicinæ. Quo Auctor Vocabula obſcura innumera, quæ ad Medicinam, & Medicamenta Græca, Arabica, Latina, Barba-

Barbara, ex omni genere antiquorum Medicorum congesta, explicat. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1498, in fol. apud Simonem de Luere, 1511, in fol. Taurini, apud Anton. Ranotum, 1526, in fol. Lugduni, apud Jac. Gjuntam, 1541. in fol. cum Annotationibus Simonis Cenuensis, & Dominici Martini de Sospitello : & Tractatu declarante quantum ex solutivis laboriosis ingrediatur pro singula drachma Pilularum & Electuariorum solutivorum.

MATTHÆUS VECHNERUS, *Frauſtadienſis*

Ἀνακεφαλαίωσις τυπικὴ Therapevtices catholicæ, Naturæ ἰνδείξει ad archetypum Panaceæ & Hygieæ Alexicacæ conformata, & Thesibus comprehensa. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1612, in 4.

MATTHÆUS VICECOMES, *Mediolanenſis*

Regimen contra Pestem. Venetiis, 1535, in 8.

MATTHÆOLUS, *Perusinus*

Artis Memorativæ, seu, de præceptis artificialibus, & regulis medicinalibus ad augendam memoriam, Tractatus. Argentorati, apud Martinum Schottum, 1498, in 4.

MATTHIAS CORNAX *à Medla*

☽ Historia quinquennis ferè Gestationis in Utero : & quomodo Infans semiputridus resectâ alvo exemtus sit, & Mater curata evaserit. Viennæ, apud Johan. Carbonem, 1550, in 4. Extat etiam cum Remberti Dodonæi Medicinalium Observationum Exemplis variis. Item cum ejusdem Cornacis Medicæ Consultationis Libello.

⊙ Historia secunda, quòd eadē femina denuo conceperit, & gestaverit, fœtum vivum perfectum masculum ad legitimum pariendi tempus; quòdque ex posthabitâ lectione mater una cum puello interierit. Extat ibidem.

Medicæ Consultationis apud ægrotos secundùm Artem & Experient am salubriter instituendæ Enchiridion, Libellus unus pro multis. Adjectæ sunt & Historiæ aliquot Gestationis in Utero Fœtus mortui, &c. Basileæ, ap. Joh. Oporinum, 1564. in 8.

MATTHIAS FLACIUS

Themata de Concoctione & Cruditate. Rostochii, apud Myliandrum, 1594, in 8.

Disputationes partim Physicæ, partim Medicæ, in Academia Rostochiana propositæ. Rostochii, apud Stephanum Myliandrum, 1602, in 8. Ibidem, apud Laurentium Albertum, 1603, in 8.

Commentariorum de Vita & Morte, Libri quatuor. In quibus ea, quæ ejusdem argumenti ab Aristotele & Galeno, cæterisque tum Philosophis, tum Medicis brevius sparsim obscuriùsque tradita sunt, expeditiori methodo copiosiùs explicantur. Francofurti, apud Christoph. Corvinum, 1584, in 4. Lubecæ, 1616, in 8.

⊙ MAT-

⊙ MATTHIAS JACOBÆUS

Observatio, de Somnolentia & membrorum ſtupore, nõ ſemper paralyſin vel apoplexiam denunciante. Extat Act. Hafniens. Volum. I. N. 112.

de Sale Volatili ſanguini purificando utili, ſed cavendũ, ne in uſu modus excedatur. Ibid. Volum. eod. N. 113.

de cautione circa uſum Narcoticorum, quæ virulentiæ ſunt ſuſpectæ. Ibid. Volum. eod. N. 114.

de contractione ex epota aqua ſtygia. Ibid. Volum. eod. N. 115.

de Æſtus febrilis inuſitatâ vi. Ibid. Vol. eod. N. 116.

de Prognoſtico Mortis ex ſolo odore. Ibid. Volum. eod. Num. 117.

de crebriore ſpiritus vini uſu lethali. Ibid. Volum. eod. Num. 118.

de ſingulari deglutiendi difficultate, & febricitandi modo. Ibidem Volum. eod. N. 119.

de monſtro Norwegico. Ibid. Volum. II. N. 33.

MATTIAS de P OBEL

⊙ *Natus eſt Inſul. Flandr. A. C. 1538, Patre Johanne, Jur. Cons. Fuit Antverpiæ & Delphis Batav. aliquando Guilielmi Auriaci Principis, poſtea Ordinum Hollandiæ & poſtremò Jacobi, Regis Magnæ Britanniæ Medicus & Botanographus. Obiit Londini A. C. 1616, ætatis ſuæ 78.*

☽ Plantarum, ſeu, Stirpium Hiſtoria. Cui annexum Adverſariorum Volumen. Londini, apud Arnoldum Hatfield, 1572, in fol. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1576, in fol. Londini, 1655, in 4. quam poſtremam Editionem accuravit Guilielmus How.

☽ In G. Rondeletii Methodicam Pharmacevticam Officinam Animadverſiones. Quibus depravata & mutilata ex Autoris mente corriguntur, & reſtaurantur. Acceſſerunt Auctaria in Antidotaria vulgata Cẽſuræ benevolæ, & dilucidæ ſimplicium Medicamentorum Explicationes, Adverſariorumque Volumen, eorumque Pars altera, & Illuſtramenta, quibus ambigua enodantur. Cum Ludovici Myrei Paragraphis utiliſſimis. Londini, apud Thomam Purſootium, 1605, in fol. Francof. 1651, in fol.

Balſami, Opobalſami, Carpobalſami, & Xylobalſami, cum ſuo Cortice Explanatio. Londini. apud Arnoldum Hatfield, 1598, in 4.

⊙ Diarium Pharmacorum párandorum & Simplicium legendorum. Extat cum Valerii Cordi Diſpenſatorio Pharm. Lugduni-Batavorum, apud Johannem Maire, 1627, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1652. formâ eâdem.

MATTHIAS LUDOVICUS GLANDORP, *Colonienſis*

Speculum Chirurgorum. In quo, quid in unoquoque Vulnere faciendum,

dum, quidve omittendum: Præmissâ Partis affectæ Anatomicâ Explicatione: Observationibusque ad unumquodque vulnus pertinentibus adjunctis, conspicitur ac pertractantur. Bremæ, apud Thomam Villerianum, 1619, in 8.

Tractatus de Polypo Narium, Affectu gravissimo, Observationibus illustratus. Bremæ, apud Wesselium, 1628, in 4.

Methodus Medendæ Paronychiæ. Cui accessit Decas Observationum. Bremæ, apud Villerianum, 1623, in 8.

Gazophylacium Polyplusium Fonticulorum & Setonum reseratum. E quo variæ illorum dotes, loca, instrumenta, modi infigendi diversi, conservandique, depromuntur, simulq; quatuor Tabulis non minus necessariis, quàm utilissimis æri insculptis, in Medicorum & Chirurgorum gratiam explicantur. Bremæ, ap. Villerium, 1632, & 1633, in 4.

MATTHIAS MORONUS

☽ Directorium Medico-Practicum, sive, Indices duo præternaturalium Affectuum, cûm distinctorum, tum implicatorum, de quibus peculiares extant gravissimorum Virorum Consultationes, Epistolæ, Quæstiones, Responsiones, Observationes, Historiæ, &c. Medicis, præsertim Tyronibus, quæ consimilibus in Casibus imitentur exempla, præmonstrantes. Lugduni, apud Joh. Anton. Huguetan, 1647, in 8. Ibid. 1650, in 8. Jam primùm in Germania editi, variisque Auctorum exemplis aucti à Sebastiano Scheffero. Francofurti, apud Joh. Gottofred. Schönwetterum, 1663, in 4.

MATTHIAS NALDIUS, *Senensis*

παμφιλία, seu, de Mundi universi Amicitiâ. Quâ dissidentes Philosophorum opiniones conciliantur, & parantur ex Re Medica amicitiæ, & præsertim conjugiis conducentia, Formositas & Fœcunditas, Senis, ap. Bonettos, 1647, in 4.

☉ In Aphorismos Hippocratis. Romæ, 1617, in 4.

MATTHIAS NARVATIUS, *Curvæquercu Aragonensis*

Sylva Sententiarum ad Chirurgiam pertinentium, ex Libris Hippocratis, in Studiosorum gratiam, desumta, & nova quædam instrumentorum genera, quorum usus in curandis Capitis Vulneribus necessarius. Antverpiæ, apud Theodorum Lindanum, 1576, in 8 Basileæ, apud Jacob. Genathium, 1634, in 8. cum Chirurgia militari.

☉ MATTHIAS PAISENIUS

Observatio ex Sectione Cadaveris Puerperæ, à Cl. Sylvio in Nosocomio Acad. Leidensis celebratâ. Extat Ephem. Acad. Nat. Curiosor. German. An. IV. & V. Num. 192.

ex Sectione Cadaveris Hæmoptoici. Ibid. An. eod. N. 193.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 812 sur 1339

Obſervatio, ex Sectione Icterici. Ibid. An. eod. N. 194.

ex Sectione Gravidæ Hypochondriacæ Hæmoptoicæ. Ibid. An. eod. N. 195.

ex Sectione Infantis octimeſtris. Ibid. An. eod. N. 196.

ex Sectione Capitis humani. Ibid. An. eod. N. 197.

⊙ MATTHIAS SCHEFFERUS

Johannis Ottonis Helbigii Introitum in veram & inauditam Phyſicam per Epiſtolam ad Generoſiſſ. D. R. R. de St. &c. defendit. Francofurti, 1681, in 12.

⊙ MATTHIAS SLADIUS

Obſervatio, ex fœminæ recenter imprægnatæ ſectione. Extat Act. Hafniens. Volum. II. N. 4.

MATTHIAS STOJUS

Conſilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

MATTHIAS THEODORUS MELANELIUS

Antverpienſis Medicus. Vixit circa A. C. 1538. Juſtus in Chronolog. Medic.

De Melancholia, ſive, atræ Bilis Morbo, ex Galeni, Ruffi, & Aëtii Sicanii Voluminibus Collectanea: unà cum Stephani Medici, cognomento Magiſtri & Philumeni, exquiſitiſſimo oculari Collyrio: nunc primùm Latinè edito. Antverpiæ, apud Anton. Dumæum, 1540, in 4.

Galeni Libellum: utrum conceptus in utero ſit animal? convertit. Antverpiæ, 1540, in 4.

⊙ MATTHIAS TILINGIUS

De Tuba Uteri, deque Fœtu nuper in Gallia, extra Uteri cavitatem, in Tuba concepto, Exercitatio Anatomica. Cui duorum Monſtrorum, unius Berolini; alterius verò in agro Marpurgenſi nuper editorum Relatio eſt innexa. Rinthelii, apud Thomam Henricũ Hauenſteinium, 1670, in 12.

Anchora Salutis ſacra, ſeu, de Laudano Opiato, Medicamine iſto divino ac cœlitùs demiſſo, Liber ſingularis. In quo ineffabiles ac planè mirabiles Medicamenti hujus, in omnibus totius corporis affectibus, virtutes ac effectus, in juniorum Medicorum informationem, ac multorum hominum miſerrimè ægrotantium, agonizantium, ac in mortis articulo poſitorum, ſolatium ſummum, partim ſecundùm rationis normam conſiderantur, partim Obſervationibus permultis tam propriis, quàm alienis, ex Clariſſimorum ac Feliciſſimorum Medicorum Libris petitis, adornantur ac confirmantur. Francof. apud Wilhelmum Richardum Stockium, 1671, in 8.

De Placenta Uteri, Diſquiſitio Anatomica, novis in Medicina hypotheſibus illuſtrata. Rinthelii, ap. Thomam Henricum Hauenſteinium, 1672, in 12.

De

De Admiranda Renum Structura, eorumque usu nobili, in sanguificatione, seminis præparatione, ac humoris serosi à sanguine segregatione, consistente, Exercitatio Anatomica, ex principiis de Circulari Sanguinis motu illustrata. Francofurti, apud Wilhelmum Richardum Stockium, 1672, in 12.

De Febribus Petechialibus Tractatus Curiosus, duabus Sectionibus comprehensus, universam periculosissimi & truculentissimi hujus Morbi historiam ratione & experientiâ confirmatam accuratè, dilucidè ac breviter exhibens. Francofurti, apud Jacobum Gottofredum Seyler, 1676, in 8.

Anatomia Lienis, ad Circulationem Sanguinis, aliaque Recentiorum inventa, accommodata. Rinthelii, apud Thomam Henricum Hauensteinium, 1673, in 12. Ibid. ap. Eund. 1676, in 12.

Παρέκβασις seu Digressio Physico-Anatomica Curiosa de Vase brevi Lienis, ejusque Usu nobili ac egregio in Corporis humani Oeconomiâ. Mindæ, apud Thom. Henric. Hauenstein, 1676, in 12.

Disquisitio Physico-Medica de Fermentatione, sive, de Motu intestino particularum in quovis corpore, ex Fundamentis Willisianis & Mœbianis, in Philiatrorũ gratiam, adornata, principiis quinque Paracelsicis accommodata, variis Observationibus illustrata, atque in certas Quæstiones efformata. Bremæ, apud Antonium Günther. Schvvertfegerum, 1674, in 12.

Prodromus Praxeos Chimiatricæ, seu, Liber singularis. In quo præscribitur variorum Mysteriorum Chimicorum & Medicamentorum, è Metallis, Mineralibus & Vegetabilibus, non vulgarium, verùm selectissimorum ac secretissimorum (in quibus tota Praxis Chimiatrica consistit, & quæ in corporis humani partium principaliorum morbis etiam deploratissimis ac ab omnibus ferè Medicis derelictis præsentissimum, tutissimum ac jucundissimum auxilium præstant) conficiendorum certa ratio: unà cum ipsorum virtute, usu, dosi, notis, observationibus, exemplis quàmplurimis & Indice locupletissimo. Rintelii, apud Thomam Henricum Hauensteinium, 1674, in 8.

Rhabarbarologia, seu Curiosa Rhabarbari Disquisitio. Illius Etymologiam, Differentiam, Locum natalem, Formam, Temperamentum, Vires, Substantiam &c. item ejus adulterationem, conservationem, electionem, noxam & correctionem, dosin, atque usum Pharmaceuticum, Chymico-Medicum, omnibus penè humani corporis partibus destinatum, additis diversis Observationibus, & Quæstionibus, Rhabarbarum concernentibus, detegens: ad Normam & formam S. R. J. Academiæ Natur. Curiosor. congesta. Francofurti ad Mœnum, apud Jacobum Gottofredum Seylerum, 1679, in 4. Præmittitur Præfatio. In qua prolixus admodum Discursus de Mineralibus, Animalibus, & Plantis planè

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 814 sur 1339

admirandis & peregrinis, quæ in China reperiuntur, instituitur.

De Recidivis Tractatus Aureus, Veterum & Neotericorum fundamentis superstructus, & ad usum Practicorum insignem accommodatus. Mindæ, apud Thomam Henric. Havensteinium, 1679, in 12.

Cinnabaris Mineralis, seu, Minii naturalis Scrutinium Physico Medico-Chymicum. Francofurti ad Mœnum, apud Jacob. Gottofredum Seyler, 1681, in 8.

Lilium Curiosum, seu, Accurata Lilii albi Descriptio. Francofurti ad Mœnum, apud Jacob. Gottofredum Seylerum, 1683, in 8.

Observatio, de Pulmonum Calculo tussi projecto. Extat Eph. Acad. Natur. Cur. Germ. Ann. VI. & VII. N. 132.

de Liene indurato scirrhoso & ferè lapidoso. Ibid. Ann. eod. N. 133. unà cum Scholiis ad eam.

de Adamantibus Lippiacis. Ibid. Decur. II. An. II. N. 59. unà cum Scholiis ad eam.

de Salamandra. Ib. An. eod. N. 60.

de Lino vivo aut Asbestino & incombustibili. Ibid. Ann. eod. N. 61. unà cum Scholiis ad eam.

de Febri singultuosâ non lethali in fœmina quâdam. Ibid. Ann. eod. Num. 62 una cum Scholiis ad eam.

de Urinâ nigrâ à viro quodam febri malignâ laboranre emissâ, non lethali. Ibid. An. eod. N. 63. unà cum Scholiis ad eam.

de Phlebotomiæ & Sudoriferi in die purgationis salutari exhibitione. Ibid. An. eod. N. 64. unà cum Scholiis ad eam.

Observatio, de Febre erratica Magisterii Martis aperitivi Mynsichti usu curata. Ibid. An. eod. N. 65. unà cum Scholiis ad eam.

de Plantis, Arboribus, Pratis, Sylvis & regionibus lapidibus à natura impressis. Ibid. Ann. eod. N. 66. unà cum Scholiis ad eam.

de Sale Armoniaco sublimato & depurato. Ibid. An. eod. N. 67. unà cum Scholiis ad eam.

de Arcano Vitrioli. Ibid. Ann. eod. N. 68. unà cum Scholiis ad eam.

de Mercurio Diaphoretio. Ib. An. eod. N. 69.

de Sale Hirundinum Volatili. Ibid. Ann. eod. N. 70. unà cum Scholiis ad eam.

de Hepatis magnitudine excessiva in puella duorum annorū atrophiâ lentâ in vita laborante. Ib. An. eod. N. 71. unà cum Scholiis ad eam.

de Vermium sub herbis putrefactis generatione. Ibid. An. eod. N. 72.

de Vermium ac Aranearum in fungis generatione. Ibid. Ann. eod. N. 73.

de Trifolio Fibrino. Ibid. An. eod. N. 74.

de Symptomatibus periculosis in fœmina quadam primariâ, ex morsu anseris circa primam articulationem pollicis sinistræ manus. Ibid. An. eod. N. 75. unà cum Scholiis ad eam.

MAT.

MATTHIAS UNTZERUS

Tractatus Medico-Chymici septem, ut: de Sale, Sulphure, Mercurio, Nephritide, seu Renum Calculo, duplices de Peste, & Epilepsiâ. Hactenus seorsim excusi; in unum jam Volumen redacti, & multis in locis ab ipso Auctore aucti. Halæ-Saxonum, apud Melchiorem Oelschlegelium, 1634, in 4.

De Sulphure, Tractatus Medico Chymicus. Halæ-Saxonum, apud Michaelem Oelschlegelium, 1620, in 4.

Anatomia Mercurii Spagirica, seu, de Hydragyri naturâ, proprietate, viribus, atque usu, Libri duo, vario doctrinarum genere referti. Halæ-Saxonum apud Michaelem Oelschlegelium, 1620, in 4.

De Nephritide, seu, Renum calculo Florilegium Medico-Chymicum, in duos Libros tributum. Quorum prior, veram essentiam ac naturam Nephritidis, ejusque causas, differentias, signa prognostica, necnon prophylaxin ac therapeiam, methodicè ac nervosè explicat; posterior verò omnis generis Medicamenta, ex Vegetabilium, Animalium, ac Mineralium Classe eruta, &c. exhibet. Halæ-Saxonum, apud Joachimum Krusiken, 1614, in 4.

Κάτοπτρον λοιμώδες, hoc est, de Lue Pestiferâ, Libri tres. Variis cum veterum, tum recentium Medicorum, Philosophorum, Historicorum, ac Chymicorum doctrinis, Observationibus, Exemplis, atq; Remediis illustrati. Halæ-Saxonum, ap. Christoph. Bismarcum, 1615, in 4.

Ἱερονοσολογία Chymiatrica, hoc est, Epilepsiæ, seu, Morbi sacri, accuratissima, juxta Hippocratico-Galenica atque Hermetica principia, Descriptio, ejusdemque per Remedia elegantissima, ac probatissima cum Dogmaticorum, tum Chymicorum, methodica Curatio, duobus Libris comprehensa. Halæ-Saxonum, apud Barthol. Vegtium, 1616, in 4.

Antidotarium Pestilentiale, in duos Libros tributum. Halæ-Saxonum, apud Mich. Oelschlegelium, 1621, in 4.

Physiologia Salis, sive, de Salis naturâ ejusque primâ origine, differentiis, proprietate, atque usu. Commentatio Philosophico-Medica, vario doctrinarum genere referta. Opus posthumum. Halæ-Saxonum, 1624, in 4.

⊙ MATTHIAS ZACHARIAS PILLINGEN

Bitumen & Lignum Bituminosum fossil. Altenburgi, apud Gottofredum Richterum, 1674, in 8.

MATTHIAS ZEISIUS, *Marchiacus*

De causis & periodis Pestilentium Morborum. Francofurti, apud Frider. Herman, 1598, in 4.

MATURINUS MONTANUS, *Petragoricus*

Genialium dierum Commentarii, in præclarum Jul. Pauli Responsum

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 816 sur 1339

Lib. ſept. menſe ff. de Statu Hominũ. In quibus non ſolùm varietates temporum humani Partus, ſed etiam cauſæ, ex adytis Philoſophiæ excerptum: cur ſoleant eſſe Partus ad naſcendum variis temporibus perfecti? juſto rerum ordine explicantur. Pariſiis, apud Carolum Guillardum, 1555, in 8.

MAURITIUS CORDÆUS, *Rhæmus*

Hippocratis Coi, Medicorum Principis, Libri prioris de Morbis Mulierum Interpretatio & Explicatio. Pariſiis, apud Dionyſium Duvallium, 1585, in fol. & in Gynæciorum Libris ab Iſr. Spachio editis, pag. 492.

Hippocratis Libellus περὶ παρθενίων, hoc eſt, de iis, quæ Virginibus accidunt. Ad hoc Opuſculum acceſſerunt ejusdem interpretis Annotationes, quarum quædam primæ Menſtruorum eruptionis, & periodici eorum fluoris cauſas, demonſtrat: ex Hippocratis & Ariſtotelis doctrinâ, adverſus Neotericorum quorundam ſententiam. Pariſiis, apud Gabrielem Buon, 1574, in 8.

⊙ MAURITIUS HOFFMANNUS

Floræ Altdorffinæ Deliciæ Hortenſes, ſive, Catalogus Plantarum Horti Medici, quibus auctior erat Ann. 1660. Altdorffii, apud Georg. Hagen, in 4.

Floræ Altdorffinæ Deliciæ Sylveſtres, ſive, Catalogus Plantarum in Agro Altdorffino locisque vicinis ſponte naſcentium, cum Synonymis Auctorum, Deſignatione Locorum, atque Menſium, quibus vigent, Lapidumque ac Fungorum obſervatorum Hiſtoriâ auctior editus. Altdorffii, apud Georg Hagen, 1662, in 4.

Botanotheca Laurembergiana, hoc eſt, Methodus Conficiendi Herbarium Vivum. Ibidem, apud Eund. anno & formâ eâdem.

Florilegium Altdorffinum, ſive, Tabulæ, Loca & Menſes exhibentes, quibus Plantæ exoticæ & indigenæ ſub cœlo Norico vigere ac florere ſolent. Ibidem, apud Henricum Meyerum, 1676, in 4.

Synopſis Inſtitt. Medicinæ, ex Sanguinis natura, vitam longiorem, Artem breviorem, promittent s. Methodo novâ, perfacilique, in Univerſitate Altdorffina Norimbergenſium diſputata. Ibidem, apud Georg. Hagen, 1663, in 8. Patavii, apud Joh. Baptiſt. Paſquatum, 1664, in 8. Cui Editioni acceſſerunt ejusdem Authoris tres Methodi de Curandis Morbis, ex principiis Circulationis Sanguinis, ſtudio & operâ Bartholomæi Zornn.

Synopſis Inſtitt. Anatomicar. ex Sanguinis natura Partium plerarumque vitam declarans, ordine Diſſectionibus commodo, in Univerſitate Altdorffina Norimbergenſium diſputata. Ibidem, apud Leonhardum Winterberger. 1661, in 8. Ibidem, apud Henricum Meyerum, 1681, in 8. quæ editio auctior eſt.

Prudentiæ Medicæ, ex Sanguine, pro

pro salute Mortalium agendorum rationes exponentis Fundamenta, in Universitate Altdorffina Norimbergensium Ann. 1662 & seqq. publicè disputata. Ibid. apud Henric. Meyerum, 1672, in 8.

Sciagraphia Morborum Contagiosorum, ex natura Sanguinis præcavendor. & curandorum, in Universitate Altdorffina per Disputationes XL. familiares exhibita, Ann. 1666 & seqq. Ibidem, apud Eundem, 1672, in 8.

Observatio, ex Anatome Partûs cerebro carentis. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. An. II. N. 36.

ex Anatome Vituli monstrosi. Ib. An. IX & X. N. 4.

ex Anatome Vituli bicipitis. Ibid. Ann. eod. N. 5.

MAURITIUS SCHROTERUS

De Fluxu Hæmorrhoidali, Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal singular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, ap. Saurium, 1628, in 4, pag. 437.

MAURITIUS TAURERUS

⊙ *Natus Valle Comitum, sive, Græffenthalæ in Thuringia: Doctorq; Medicinæ A. C. 1561 in Academia Jenensi creatus, inq; eâdem inter Medicos Assessores 1562 cooptatus est. Jenâ verò in Aulam Cassellanam vocatus, Principis Philippi Hassiæ Landgravii Medicum munus suscepit.*

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannis Wittichius collegit & edidit. Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1604, in 4.

MAURITIUS TIRELLUS

De Historia Vini, & Febrium, Libri duo. Quorum in primo agitur de Vino simpliciter: in altero verò, de Febribus, in Vini gratiam; demonstraturque potissimùm, quibuslibet Febribus, & quolibet tempore propinatum, salutare. Venetiis, apud Jac. Scaleam, 1630, in 4.

⊙ De Febre Maligna. Venet. 1652, in 4.

MAXENTIUS PICINUS, *Lyciensis*

Antithesis veteris & recentis Medicinæ, seu, de Usu medicamenti expurgantis in Febribus. Ejusdem Apologia pro Jacobo Bonaventura, Clementis VIII. Pont. Maximi Medico, adversus Marium Zuccarum de victu Parthenopæo Neapoli, apud Petrum Anton. Regha, 1628, in 4.

MAXIMILIANUS SANDÆUS, *Amstelodamensis è Societate Jesu*

Theologico-Medica, sive, Commentationes de Medicis Morbis, & Medicinis Evangelicis. Coloniæ, 1637, in 4.

MAXIMIANUS de LUCIO, *Acernensis*

In Librum Galeni de Ptisana, Commentaria: cum Quæstione de bonitate Aquarum, earundemque natu-

©BIUM

naturâ. Venetiis, apud Jac. Anellum de Maria, 1575, in 8.

MELAMPUS

Floruit A. M. 2705. A. ante C. 1257. Juxta alios, A. ante C. 1338, & alios, 1357. Wolfg. Juſtus, in Chronol. Medic.

Ex Palpitationibus, Divinatio. Græcè. Romæ, 1545, in 4. cum Æliani variâ Hiſtoriâ Lib. XIV, & aliorum.

☽ Divinatio ex Nævis Corporis, Græcè. Ibidem cum iisdem & Latinè, Nicolao Petrejo interprete. Venetiis, 1552. in 8. cum aliis quibusdam. Extat etiam Græcè & Latinè cum Hieronymi Cardani Metopoſcopia. Pariſiis, 1658, in fol.

MELCHIOR ADAMUS

Vitæ Germanorum Medicorum, qui ſeculo ſuperiori, & quod excurrit, claruerunt: congeſtæ, & ad annum MDCXX deductæ. Heidelbergæ, apud Jonam Roſam, 1620, in 8. Et poſtea, in 4.

Elenchus Medicorum, quorum heic Vitæ habentur, nomina, juxta Alphabetum, recenſens.

A.

Achilles Pirminius Gaſſarus.
Adamus Bodenſtein.
Adamus Lonicerus.
Adolphus Occo.
Adrianus Junius.
Albanus Torinus.
Andreas Ellingerus.
Andreas Gründlerus.
Andreas Mirica.
Andreas Planerus.
Andreas Richilus.
Andreas Veſalius.
Antonius Niger.
Auguſtinus Schurfius.

B.

Balthaſar Brunnerus.
Bernhar. Deſſ. Cronenburgius.
Bruno Seidelius.
Burchardus Mithobius.

C.

Carolus Cluſius.
Caſpar Nævius.
Caſpar Peucerus.
Conradus Battus.
Conradus Geſnerus.
Cornelius Gemma.

E.

Eraſmus Stella.
Euricus Cordus.

F.

Felix Platerus.
Flaminius Gaſto.

G.

Gemma Friſius.
Georgius Agricola.
Georgius Laubius.
Georgius Marius.
Georgius Pyſander.
Georgius Sturcius.
Georgius Wirthius.
Gerhardus Bontius.
Gervaſius Marſtallerus.
Gisbertus Longolius.
Gregorius Pictorius.
Guilielmus Copus.

H.

Henricus Brucæus.

Henricus

Henricus Cornelius Agrippa.
Henricus Fabricius.
Henricus Munzingerus.
Henricus Smetius.
Henricus Stromerus.
Hermannus Cruserius.
Hieron. Tragus, *vulgò* Bock.
Hieronymus Wildenbergius.

J.

Jacobus Bordingus.
Jacobus Curio.
Jacobus Milichius.
Jacobus Scheckius.
Jacobus Theod. Tabernæmontanus.
Jacobus Zuingerus.
Janus Cornarius.
Jeremias Thriverus Brachelius.
Joachimus Camerarius.
Joachimus Curæus.
Joachimus Vadianus.
Johannes Crato à Craftheim.
Johannes Echtius.
Johannes Goropius.
Johannes Guintherius.
Johannes Heurnius.
Johannes Hubertus.
Johannes Lud. Havenreuterus.
Johannes Ingolstetterus.
Johannes Kentmannus.
Johannes Langius.
Johannes Megobachus.
Johannes Moibanus.
Johannes Munsterus.
Johannes Nævius.
Johannes Obsopœus.
Johannes Pfeil.
Johannes Posthius.
Johannes Schenckius.
Johannes Schröterus.
Johannes Sinapius.
Johannes Straubius.
Johannes Vischerus.
Johannes Weinmannus.
Johannes Wierus.
Jodocus Lucius.
Jodocus Willichius.

L.

Laurentius Gryllus.
Leonhardus Fuchsius.
Leonhardus Rauvvolf.
Levinus Battus.
Levinus Lemnius.
Lubertus Esthius.
Ludovicus Gravius.

M.

Martinus Hunnus.
Martinus Polich. Mellerstadius.
Matthæus Heuslerus.
Melchior Fendius.
Melchior Guilandinus.
Michael Meurerus.
Michael Toxites.

N.

Nicolaus Biesius.
Nicolaus Möglinus.
Nicolaus Taurellus.

O.

Osvvaldus Berus.
Otto Brunsfelsius.

P.

Paulus Lutherus.
Paulus Ricius.
Petrus Forestus.
Petrus Lotichius.
Petrus Monavius.
Petrus Pavius.
Petrus Raichspalt.

R.

Reinerus Solenander.
Rembertus Dodonæus.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 820 sur 1339

S.

Samuel Siderocrates.
Sebaldus Havenreuterus.

T.

Theodoricus Meſchede.
Theodorus Plateanus.
Theodorus Zuingerus.
Theophraſtus Paracelſus.
Thomas Eraſtus.

V.

Valerius Cordus.
Victor Giſelinus.
Volcherus Coiterus.

W.

Wernerus Wolflinus.
Wolfgangus Lazius.
Wolfgangus Meurerus.

MELCHIOR CARTERIUS

Exercitationes in Epilepſiam. Toloſæ, 1617, in 8.

MELCHIOR FENDIUS

☽ *Natus Nördlingæ Rhætiæ inferioris oppido A. C. 1486: Wittebergæ 1543 nactis Medicinæ Doctoris inſignibus, eâdem in Academia Profeſſor conſtitutus, per annos 40 ibi docuit, & initio Libros Ariſtotelis enarravit, poſt in Collegium Medicorum demum cooptatus eſt. Obiit Wittebergæ, A. C. 1564, ætatis ſuæ 78.*

Oratio de dignitate & utilitate Artis Medicæ. Extat Tomo IV. Declamat. Phil. Melanchthonis, pag. 244. Wittebergæ, 1548, in 8.

Oratio de Appellationibus Panum. Extat ibidem, pag 318.

MELCHIOR FLECKIUS

Oratio de præſtantia corporis humani, habita in Doctorali ſua coronatione, die VII Januarii anno MDLXVIII. Extat Tomo I. Orationum Ingolſtadienſium. Ingolſtadii, apud Alex. Weiſſenhorn, 1571, in 8.

⊙ MELCHIOR FRIBE

Obſervatio, de Calculo Phaſeolato lignoſo. Extat Ephem. Academ. Natur. Curios. Germ. An. III. N. 61.

de Scabie ex retentione menſium. Ibid. An. eod. N. 62.

de Contractura ex Vermibus. Ibid. An. eod. N. 63.

de Excretione fecum per umbilicum. Ibid. An. eod. N. 64.

de Cordis carnoſa ſubſtantia planè conſumtâ. Ibid. An. eod. N. 65.

de Colica paſſione cum obſtructione, globulo plumbeo Mercurio vivo illito, curatâ. Ibid. An. eod. N. 96.

de Contagioſa cutis ſoeditate ex accubitu. Ibidem Ann. eodem. N. 97.

de Pene in inferiore parte perforato. Ibid. An. eod. N. 98.

de ſubitaneo membri virilis tumore tympanitico. Ibid. An. eod. N. 99.

de Liquore bilioſo corroſivo per ciſtidem felleam exſudante. Ib. An. eod. N. 100.

de Partu monſtroſo bicipiti. Ibid. An. eod. N. 165.

Obſerv.

Observatio, de Chamomilla rara. Ib. An. eod. N. 166.

de Epilepsia mirâ Melancholico-Hypochondriaca mere Ecstatica. Ibid. An. IV. & V. N. 81. unà cum Scholio.

⊙ MELCHIOR FRICCIUS

Dissertatio Medica de Peste, seu, nova Methodus Cognoscendi & Curandi Pestem. Ulmæ, apud Hæredes Christiani Balthasaris Kühnii, 1684, in 12.

MELCHIOR GOLDASTUS

Paradoxon de Honore Medicorum, ad Clarissimum Dominum Hermannum Conerdingium. Francof. 1620, in 12.

MELCHIOR GUILANDINUS

⊙ *Natus est in Borussia. Non solùm totam penè Europam, sed etiam Asiæ & Africæ magnam partem, ipsamq; Indiam perlustravit. Unde à Piratis captus catenis ferreis ad triremium transtra alligatus aliquando fuit. Nihilominus reversus in Europam ob insignem simplicium cognitionem Patavii Horto Medico Præfectus, & ibidem Medicinæ Professor constitutus est. Perpetuam ferè contentionem reciprocavit cum Petr. Matthiolo. Obiit Patavii, 1589.*

Papyrus, hoc est, Commentarius in tria C. Plinii Majoris de Papyro, Capita. Accessit Hier. Mercurialis Repugnantia, quâ pro Galeno strenue pugnatur. Item Guilandini Assertio sententiæ in Galenum à se pronunciatæ. Venetiis, apud Ant. Ullmum, 1572, in 4.

Apologiæ, adversus Petrum Andream Matthiolum, Liber primus, qui inscribitur Theon. Item, de Stirpibus, Epistolæ quinque. Præterea Manucodiatæ, hoc est, Aviculæ Dei Descriptio. Patavii, apud Gratiosum Perchacinum, 1558, in 4.

⊙ De Stirpium aliquot Nominibus vetustis ac novis, quæ multis jam seculis vel ignorarunt Medici, vel de iis dubitarunt, ut sunt, Mamiras, Moly, Oloconitis, Doronicum, Bullbcastanum, Granum Alzelin vel Habbaziz, & alia complura. Epistolæ duæ; quarum una est hæc ipsa Guilandini: altera Conradi Gesneri. Cum Iconibus novis tribus. Basileæ, apud Episcopium, Juniorem, 1557, in 4.

Epistola ad Conr. Gesnerum. Extat Libro 11. Epist. Petri Andr. Matthioli, pag. 241.

Conjectanea synonymica Plantarum, operâ Joh. Georgii Schenckii edita: cum Horti Patavini Catalogo, sub annum 1591. Francofurti, 1600, in 8.

⊙ MELCHIOR LEYDECKERUS

Epistola, de Variatione Magnetis à suo quondam solito puncto. Extat in Appendice ad Annum secundum Decur. II. Ephemer. Medic. Physicar. Natur. Curios. Germ. Noribergæ, apud Wolffgang. Mauritium Endterum, 1684, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 822 sur 1339

©BIUM

MELCHIOR SEBIZIUS

☉ *Natus eſt Argentorati A.C. 1578, Patre homonymo, ſimiliter Med Doctore & Profeſſore Univerſitatis Argentoratenſis, nec non Practico ibidem famigeratiſſimo, nobili Sileſiorum ſtemmate à Sebiſch oriundo: poſt longas peregrinationes per univerſam penè Europam, & ſtudii Medici in 27 Academiis exculti emenſum curſum, A.C. 1610 Baſileæ Medicinæ Doctor renuntiatus, & biennio pòſt, nempe 1612 Argentorati Medicinæ Profeſſor, loco Parentis ſui rude tum donati, conſtitutus eſt. A.C. 1630, nactâ Comitis Palatini dignitate, vi ejus muneris, Notarios 47. temporis ſucceſſu, Doctorem in Medicina unum, unumq. in Chirurgia, & durante Profeſſione ſolemni ritu Doctores 55. inſolito exemplo, ſuâ manu creavit, & Candidatos 163 examinavit: 1613 Canonicus ad D. Thom. 1657 ejusdem Capituli Decanus, & 1658 Præpoſitus conſtitutus: nihilominus Medicinam feliciſſimè exercuit: & Profeſſionis officio per annos 62 functus eſt, nullâ valetudinis interpellatione turbatus, nulloq. unquam perſpicillo uſus, ſolo auditu paulùm per obtuſo reddito. Obiit Argentorati A.C. 1674, ætatis ſuæ 95.*

☽ De Urinis. de Purgandi ratione. De Venæ ſectionis & Sanguinis Vacuatione tam univerſali, quàm particulari, Diſputationes tres. Extant Decade I. Diſp. quas collegit & edidit Johannes Jacobus Genathius, Baſileæ, 1618, in 4.

Diſſertationum de Acidulis Sectiones duæ. In quorum priore agitur de Acidulis in genere: in poſteriore verò de Alſatiæ Acidulis in ſpecie. Argentorati, apud Wilh. Chriſt. Glaſerum, 1627, in 8.

☽ Exercitationes Medicæ quinquaginta ſex, diverſis temporibus, ab anno 1622, usque ad annum 1636, incluſive, in alma Argentoratenſium Academia propoſitæ. Argentorati, apud Welperianum, 1624, 1631, 1636, in 4. Eædem Exercitationes Medicæ nunc denuò recognitæ, & Indice tum Quæſtionum, tum Rerum auctæ ſunt. Quibus acceſſerunt Diſſertationes: De Diſcrimine Corporis Virilis & Muliebris: Item de Notis Virginitatis: & Hiſtoria Memorabilis de Femina quadam Argentoratenſi, quæ Ventrem ſupra modum tumidum geſtavit ultra decennium, & tum Hydrope uterino, tum molis carnoſis 76. fuit conflictata. Argentinæ, apud Joſiam Städelium, 1672, in 4.

☽ Miſcellanearum Quæſtionum Medicarum Faſciculi quinquaginta tres. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1630, 1638, in 8.

Diſputationes de recta ratione purgandi, docentes, quos, quando, quibus pharmacis, & quo tempore, purgare deceat. In inclyta Argentoratenſium Academia, ingenii exercendi gratiâ, propoſitæ. Argentorati, apud Johan. Reppium, 1621, in 4.

☽ Diſcurſus Medico-Philoſophicus de Caſu Adoleſcentis cujusdam Argen-

Argentoratenſis mirabili, qui anno MDCXVII, octavo Aprilis, circa horam primam pomeridianam mortuus in quodam paternarum ædium loco, adjacente ipſi ſerpente, à domeſticis inventus fuit: publicè in Argentoratenſis Academiæ ἀνατομίᾳ nova XIV Maji habito. Adjecta eſt Appendix de quibusdam Serpentum generibus. Argentorati, apud Anton. Bertramum, 1618, in 4. 1624, in 4. Ibidem, 1660, in 4.

De Serpentibus in humano corpore, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, apud Srurium, 1628, in 4, p. 410.

Hiſtoria mirabilis de Fœmina quadam Argentoratenſi, quæ ventrem ſupra modum tumidum atque diſtentum, ultra decennium, geſtavit, & tum hydrope uterino, tum molis carnoſis ſeptuaginta ſex, tum eâ hydropis ſpecie conflictata fuit, quæ Aſcites dicitur: fideliter relata, rationibus explicata, & Commentario de hydrope uterino, molarumq; formâ, materiâ, efficiente, atq; fine, aucta. Argentinæ, apud Marcum ab Heyden, 1627, in 4.

☽ Galeni Ars parva in XXX Diſputationes reſoluta. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1633, in 8, 1638, in 8.

Libri ſex Galeni de Morborum differentiis & cauſis, in Theſes partim, partim in Epitomas contracti, & ad diſputandum propoſiti. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1635, 1638, in 4.

Collegium Therapevticum ex Galeni Methodo Medendi depromtum, ac in Diſputationes XXV. redactum. Argentorati, apud Eundem, 1634, 1638, in 4.

Prodromi Examinis Vulnerum, Pars prima. Argentorati, 1632, in 4.

Prodromi Examinis Vulnerum, Pars ſecunda. Ibid. 1633, in 4.

Ejusdem, Pars tertia. Ibid. eodem anno & formâ.

Examen Vulnerum partium ſimilarium. Argentorati, 1635, in 4.

Examinis Vulnerum partium diſſimilarium, Pars prima. Ibid. 1636, in 4.

Ejusdem Examinis, Pars ſecunda. Ibid. 1637, in 4.

Ejusdem, Pars tertia. Ibidem, eodem anno & formâ.

Ejusdem, Pars quarta. Ibid. pari formâ & anno.

Problemata Phlebotomica. Ibid. 1631, in 4.

Galeni Librum de Morborum cauſis edidit. Ibid. 1630, in 4.

Item, Galeni Librum de Symptomatum differentiis. Ibidem, 1630, in 4.

Item, Ejusdem de Symptomatum cauſis, Liber I. Ibid. 1631, in 4.

De Symptomatum cauſis, Liber ſecundus. Ibid. 1631, in 4.

De Symptomatum cauſis, Liber tertius. Ibid. 1632, in 4.

De Plethora & Cacochymia. Ibid. 1631, in 4.

Examen Vulnerum ſingularum humani corporis partium, quatenus

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 824 sur 1339

©BIUM

vel lethalia sunt, vel incurabilia; vel ratione eventus salutaria & sanabilia. Argentorati, apud Eundem, 1638, in 4. Ibid. apud Laz. Zetznerum, 1639, in 4. Cui editioni additus est Tractatulus de Synovia seu Meliceria C. Celsi, quam vulgus Chirurgorum, *das gliedvvasser* appellare solet.

Commentarius in Galeni Libellos de curandi ratione per Sanguinis missionem: Hirudinibus: Revulsione: Cucurbitulis: Scarificatione: Publicè olim Argentoratensium in Universitate prælectus, & nunc in gratiam Medicinæ Tyronum divulgatus. Argentorati, apud Hæredes Christoph. ab Heyden, 1652, in 4.

Idem, in Theses resolutus. Ibidem, apud Joh. Welperum, 1631, in 4.

Libri tres Galeni, de naturalibus Facultatibus, in VIII. Disputationes resoluti. Ibidem, apud Joh. Welperum, 1644, in 4.

Galeni quinq; priores Libri, de simplicium Medicamentorum facultatibus, in XVI. Disputationes resoluti. In quibus summa est, & Analysis totius operis. Additur Doctrina quinque priorum Librorum Problematicè & Syllogisticè. Cum Corollariis numero 183. Argentorati, apud Eberh. Welperum, 1651, in 8.

Hieronymi Tragi Herbarium Germanicum, Nomenclaturis Plantarum variis, earumq; causis, qualitatibus, & illarum gradibus, usu in Pharmacopolis, & infinitis experimentis auctum & locupletatum. Argentorati, apud Wilhelm. Christian. Glaserum, 1630, in fol.

☽ Manuale, sive, Speculum Medicinæ Practicum, in usum Medicinæ Tyronum, ex bonis & probatis Authoribus concinnatum. Argentorati, apud Frider. Spor, 1659, in 8. Ibid. ap. Eund. 1661, in 8.

⊙ Dissertatio de Notis Virginitatis. Extat cum Severini Pinæi Opusculo Physiologico - Anatomico de Notis Integritatis & Corruptionis Virginum: item de Graviditate & Partu naturali Mulierum. Vid. Severin. Pinæus suo loco.

Galeni Methodus Medendi in XIV. Disputationes resoluta, & in Argentoratensium Academia proposita. Cũ præfixa Præfatione, quæ in eamdem Methodum *προλεγομένων* loco esse potest. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1639, in 4.

De Alimentorum Facultatibus, Libri quinq;. Ex optimorum Authorum monumentis conscripti. Argentinæ, apud Joh. Phil. Mulbium, & Jos. Stedelium, 1650, in 4.

Dissertatio *περὶ θείης*, de Divino, quod Hippocrates in morbis considerandum, in Prognosticorum vestibulo, præcepit. Argentorati, ap. Joh. Phil. Mulbium, 1643, in 4.

Disputationes de Variolis & Morbillis sex, in Argentoratensium Academia propositæ. Ibidem, ap. Eund. 1642, in 4.

Disputationes, de Respiratione tres, ibidem habitæ. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1643, in 4.

Dispu-

Disputatio, de naturalibus facultatibus, prima. Ibid. apud Johan. Reppium, 1644, in 4.

Dissertatio de Senectutis & Senum statu ac conditione. Ibidem, apud Eberhardum Welperum, 1645, in 4.

Disputationes quatuor de Dentibus. Ibidem, apud Eundem, 1645, in 4.

Disputatio Medica de Urinæ suppressione. Argentorati, apud Eberh. Welperum, 1651, in 4.

Disputatio Medica de Morbis contagiosis, & Contagio. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1650, in 4.

Disputatio Medica de Calculo Renum. Argentorati, apud Eberh. Welperum, 1647, in 4.

Disputatio de Fame & Siti. Ibid. ap. Eund. 1655, in 4.

Disputatio de Dolore. Argentorati, apud Eberh. Welperum, 1652, in 4.

Disputatio de Sudore. Ibidem, 1657.

Disputatio de Rigore, Horrore, Refrigeratione, Oscitatione, Pandiculatione, Palpitatione, Tremore, & Stridore Dentium. Ibid 1653.

Disputatio de Hæmorrhoidibus. Ibid. 1654.

Disputatio, de Marasmo, Macilentia & Gracilitate Sanorum: Macilentia & Gracilitate ægrotantium. Crassitie & Corpulentia Sanorum naturali: Crassitie & Magnitudine corporis morbosâ ægrorum. Ibidem, 1658.

Disputatio de Singultu. Ibidem, 1659.

Disputatio de Palpitatione Cordis. Ibid. 1657.

Disputatio de Stranguria. Ibidem, 1657.

Disputatio de Ulceribus. Ibidem, 1647.

Disputationes, de Pil's, duæ. Ibid. 1651.

Disputatio, de Concoctione Alimentorum. Ibidem, apud Joh. Reppium, 1642, in 4.

Disputationes, de Tempore morborum, duæ. Ibid. apud Joh. Welperum, 1624, 1625.

Disputationes, de Diebus Criticis, duæ. Ibidem, apud Johan. Andreæ, 1626.

Disputationes duæ, de Crisibus. Ibidem, 1627.

MELCHIOR SYSSENBACH, *Hirschbergâ-Silesius*

De Arthritide Disputatio. Extat Decade 1. Disputationum, quas collegit & edidit Basileæ, Johan. Jac. Genathius, 1618, in 4.

MELETIUS

De natura, structurâque Hominis, Opus. E Græco in Latinum versus à Nicolao Petrejo, *Corcyreo*. Venetis, apud Gryphium, 1552, in 4. cum Hippocratis, Dioclis, Melampi, Polemonis ejusdem pene argumenti Libellis.

MENGHUS BLANCHELLUS, *Faventinus*

De Morbis particularibus, à capite ad pedes, & de omni Febrium gene-

©BIUM

genere, Opus. Venetiis, 1536, in fol.

De Balneis, Tractatus tres. Et de Balneo Villæ ad Dominos Lucenſes, Conſilium. Extant Operis Veneti de Balneis, pag. 58.

MENELAUS WINSEMIUS, *Leovardienſis*

Compendium Anatomiæ, Diſputationibus triginta, ſub Ejus Præſidio, in illuſtri Academia Franequerana propoſitum. Franekeræ, apud Ægidium Radæum, 1605, in 4.

MERLINUS, *Anglus*

Laudabile Sanctum, ſeu, Tractatus duodecim Aquarum, quæ perpetuæ & vivæ nuncupantur. Extat in Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ Decade prima, ab Hermanno Condeſyano collecta, editaque. Francof. apud Conr. Eifridum, 1628, in 8.

MESSAHALA

De Elementis, Liber. Noribergæ, apud Martanum & Neuberum, 1544, in 4.

MICHAEL ANGELUS BLONDUS

De Partibus lætu ſectis citiſſimè ſanandis, & Medicamento Aquæ nuper invento. Idem, in plurimorum opinionem, de Origine Morbi Gallici, deq; Ligni Indici ancipiti proprietate. Venet. apud Joh. Ant. & Petrum de Nicolinis, 1542, in 8.

Libellus, de Morbis Puerorũ. Venetiis, apud Hier. Calepinum, 1539, in 8.

De Memoria, Libellus. In quo non tam dogmata, quàm & præſidia præſtantiſſima narrantur, cum horis Mercurialibus, quibus omnibus ſervatis, & compreſſa excitatur, & firma ſolatur, procul dubio & diuturna ſervatur memoria prudentium. Venetiis, apud Joh. Anton. & Petrum de Nicolinis, 1545, in 8.

Ex Libris Hippocratis de nova, & priſca Arte Medendi, deque Diebus Decretoriis, Epitome. Romæ, apud Hier. de Cartulariis, 1528, in 8.

De Diebus decretoriis & Criſi, eorumque veriſſimis cauſis in via Galeni, contra Neotericos, Libellus: cum Abrahæ Avenezræ de Luminaribus & Criticis Diebus, Tractatu, eodem Autore, recognito. Romæ, ap. FFR. de Nicolinis, 1544, in 4. Lugd. 1550, in 8.

Phyſiognomia, ſive, de cognitione hominis per aſpectum, ex Ariſt. Hipp. Galeno. Romæ, apud Eosdem, 1544, in 4.

De Maculis corporis, Liber. Romæ, apud Eosdem, 1544, in 4.

De Canum cura, Liber. Romæ, ap. Eosdem, 1544, in 4.

MICHAEL ANGELUS ROTA

☉ *Natus eſt Venetiis A. C. 1589, inq; patria Academiâ Philoſophiæ & Medicinæ Doctor creatus, hanc per 54 annos ſummâ cum laude exercuit, pauperibus imprimis beneficus, unde etiam pauperum Pater audiit. Obiit Venetiis A. C. 1662, ætatis ſuæ 74.*

De Peſte Veneta, anno MDCXXX, Quæſtiones diſputatæ, ſive, Apologeti-

geticum ad Syllogisticam Disputationem. Venetiis, apud Ghirardum de Imbertis, 1634, in 4.

⊙ MICHAEL BALDIT, *Mimatensis*

Speculum Sacro-Medicum Octogonum. In quo Medicina octo ex Angulis, veluti totidem Fontibus, à primo & in primum salientibus, Sacra repræsentantur. Præfixa Appendice geminâ, tanquam Vitta Speculum æquilibraliter suspensura. Lugduni, apud Danielem Gayet, 1670, in 8.

MICHAEL BARTHIUS

Epistolæ binæ Medicæ, ad Christoph. Pithopœum. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 114, 117.

⊙ MICHAEL BERNHARDUS VALENTINUS

Epistola, de nova Matricis & Morborum Mulieris Anatome. Extat in Appendice ad Annum secundum Decur. II. Ephemerid. Medico-Physic. Natur. Curios. German. Norimbergæ, apud Wolffgangum Mauritium Endterum, 1684, in 4.

Observatio, de Abscessu in capite recens nati, phlebotomo curato. Extat Ephemerid. Acad. Natur. Curios. Germ. Decur. II. An. II. N. 162.

de casu dentium ob usum Narcoticorum. Ibid. Ann. eod. Num. 163.

de Surditate à piso aurem illapso. Ibid. An. eod. N. 164.

Observatio, de Phthisi incipiente, ex intermissa Venæ sectione. Ibid. An. eod. N. 165.

de Hectica in febrem ardentem salutariter terminatâ. Ibid. Ann. eod. N. 166.

de Calculis è pulmonibus per tussim rejectis. Ibid. Ann. eod. N. 167.

de Dysenteria Vomitu curatâ. Ib. An. eod. N. 168.

de Hydrope ex crebra Venæsectione. Ibid. Ann. eodem. Num. 169.

de Passione hysterica cum stupore brachii. Ibid. Ann. eod. N. 170.

de Hysterica Tabaci fumo sublevatâ. Ibid. An. eod. N. 171.

⊙ MICHAEL BOUDOWYNS

Ventilabrum Medico-Theologicum. Quo omnes casus, tum Medicos, cùm ægros, aliosque concernentes, eventilantur, & quod SS. PP. conformius, Scholasticis probabilius, & in conscientia tutius est, secernitur. Opus cùm Theologis & Confessariis, tum maximè Medicis perquam necessarium. Antverpiæ, ap. Cornelium Woons, 1666, in 4.

MICHAEL BOUTHEROVE, *Carnutensis*

Pyretologia, Divisa in duos Libros; quorum primus universalia Febrium signa prognostica continet: alter uniuscujusque Febris diagnosin, & therapeiam, complectitur. In eorum gratiam, qui rei Chymicæ studio te-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 828 sur 1339

nentur, Chymica remedia, unicunq; Febrium ſpeciei curandæ accommoda, fuere addita. Pariſiis, apud Joh. Laquehay, 1623, in 8.

⊙ MICTAEL BOYM

Flora Sinenſis, Fructus Floresque porrigens. Cum Figuris. Viennæ Auſtriæ, apud Matthæum Rictium, 1656, in fol.

⊙ MICHAEL CAMPUS, *Lucenſis*

Spicilegium Botanicum. Lucæ, apud Franciſcum Mareſcandolum, 1654, in 4.

MICHAEL de CAPELLA

Flores Avicennæ. Lugduni, apud Bartholomæum Trot, 1508, in 8.

MICHAEL COLUMBUS

Hippocratis Index longè refertiſſimus. Extat cum Operibus Ejusdem ab Hieron. Mercuriali editis. Venet. apud Juntas, 1588, in fol.

Hieron. Mercurialis Tractatum de Compoſitione Medicamentorum: De Morbis Oculorum: & Aurium, ex Ejusdem Prælectionibus excerptum edidit. Item, de Morbis Muliebribus.

Collegiandi Ratio. Extat cum Tomo II. Conſult. Medic. Mercurialis. Venetiis, apud Mejettum, 1589, in fol.

Joh. Valverdi de Hamuſco Anatomen Corporis Humani, ex Hiſpanico in Latinum tranſtulit.

MICHAEL DÖRINGIUS, *Uratislavienſis*

De Medicina, & Medicis, adverſus Jatromaſtigas & Pſeud-Jatros, Libri duo. In quibus non ſolùm generatim Medicinæ origo, progreſſus, dignitas, & Medici officium, prolixè aſſeritur: ſed etiam particulatim tam Hippocraticæ & Galenicæ præſtantia, quàm Empiricæ, Magicæ, Methodicæ, & Paracelſicæ uſus atque abuſus excutitur. Gieſſæ Haſſorum, apud Nicol. Hampelium, 1611, in 8.

Acroama Medico-Philoſophicum de Opii uſu, qualitate calefaciente, virtute narcoticâ, &, ipſum corrigendi, modo. Jenæ, apud Joh. Eyring, & Johan. Perfectum, 1620, in 8.

Διατριβὴ de Opobalſamo Syriaco, Judaico, Ægyptiaco, Peruviano, Tolutano, & Europæo. Jenæ, ap. Eosdem, 1620, in 8.

De Calculo Renum, ejus ſectione, & diureticorum uſu, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 418.

De Muſculorum uſu, Epiſtola. Extat ibid. pag. 519.

De Aneuriſmate, Dyſenteria, & Aqua chalybeatâ, Obſervatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſerv. Chirurg. Cent. III. Oppenheimii, apud Johan. Theod. de Bry, 1614, in 8, pag. 192.

De Gangræna, poſt Hemicraniam, in pede oborta; ubi etiam, an pruna & uva recentia dyſentericis conveniant? declaratur. Extat ibidem, pag. 207.

De

De Partu monſtroſo, Pragæ nato, Obſervatio. Extat ibidem, p. 240.

De monſtroſo tumore Omenti, Extat ibid. p. 269.

Epiſtola, de nova, rarâ, & admirandâ Herniæ uterinæ, atque hanc, juſto tempore ſubſequentis Partus cæſarei, Hiſtoriâ. Extat ibidem pag. 449.

De Vulnere in hypochondrio dextro, & aliis quibusdam Medicis. Extat Cent. 1. Epiſt. Hildani, Oppenheimii, apud Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4, p. 412.

Nicolai Muton Μισεοδατεολεχνίαν ſub limam & incudem revocatam, politam, emaculatam, Annotationibus atque Controverſiis utilibus juxta ac neceſſariis locupletatam, in publicum produxit. Jenæ, 1620, in 8.

⊙ MICHAEL ETTMÜLLERUS

Diſſertatio de Virtute Opii Diaphoreticâ. Jenæ, ap. Johannem Bielckium, 1682, in 4.

Chimia Rationalis ac Experimentalis Curioſa, ſecundùm principia Recentiorum adornata, variisque ac propriis Experimentis tam Chimicis, quàm Practicis, ut & Medicamentis nobilioribus, referta, comite ſemper ratione: nunquam antehac publicam lucem viſa; jam verò in ordinem redacta, ac boni publici causâ, edita à Johan. Chriſtophoro Aufsfeldo. Lugduni Batavorum, ſine nominatione illius, apud quem proſtet, 1684, in 4.

Medicus Theoriâ & Praxi generali inſtructus, hoc eſt, Fundamenta Medicinæ vera, olim ab Authore privatim tradita. Luci publicæ nunc primùm donata, & Indice duplici ornata. Francofurti & Lipſiæ, apud Michaelem Güntherum, Bibliopolam Dresd. 1685, in 4.

Opera omnia Theoretica & Practica. In quibus univerſa Praxis Medica, ſive, omnium totius humani corporis Morborum deſcriptio, eorumq; cauſarum accurata explicatio & curatio, per ſelectiſſima & optima Medicamenta, ſecundùm principia & experimenta Chymica & Anatomica Clariſſ. Virorum, Helmontii, Williſii, Sylvii, Tackenii, aliorumque Neotericorum, exhibetur. Accedit Chirurgia Medica. Pulcherrimâ methodo omnes affectus externos explicans, eorumque cauſas, reſtitutionem & curam deſcribens. Ut & Methodus Conſultatoria, per variorum Caſuum exempla docens Morborum reſolutionem & curationem. Annexi ſunt in fine: de particularibus quibusdam Materiis Tractatus Ejus ſingulares, nempe, Valetudinarium Infantile: de Virtute Opii diaphoreticâ: Coralliorum Tincturâ: Præſcriptione Formularum: parvis magnorum Morborum initiis: Uſu & abuſu Præcipitantium: Morſu Viperæ: Medicinâ Hippocratis Chymicâ. Lugduni, ſine nominatione ejus, apud quem proſtet, 1685, in 4.

MICHAEL EPHESIUS

Scholia, in Ariſtotelis Libros aliquot:

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 830 sur 1339

quot: nempe de Juventute, Senectute, Vitâ & Morte, de Longitudine ac Brevitate Vitæ: de Divinatione per somnum. E Græco nunc primùm conversa, Conrado Gesnero, *Tigurino*, interprete. Accessit quoque Nicolai Leonici Thomæi Conversio atque Explanatio primi Libri Aristotelis de Partibus Animalium, Lucubratio valde utilis. Nunc primùm etiam ex Autoris archetypo in lucem edita. Basileæ, ap. Bartholom. Westhemerum, 1541, in 8.

MICHAEL GAVASSETIUS, *Novellariensis*

Exercitatio Methodi Anatomicæ. Patavii, apud Paul. Mejettum, 1584, in 4.

Libri duo. Alter de Rebus præter naturam: alter de Indicationibus curativis, seu, de Methodo Medendi. Venetiis, apud Paul. Mejettum, 1586, in 4.

Libri duo. Alter de Natura Cauterii & ejus accidentibus: alter de Præludiis Anatomicis, seu, totius Artis Medicæ fundamentis. Venetiis, apud Paul. Mejettum, 1584. in 4 Accessit Liber Tertius de Methodo Anatomicâ. Venetiis, 1587, in 4.

Consilium de Stranguria. Extat eo Opere, quod Lautenbachius collegit. Francof. 1605, in 4.

⊙ M. G. FORBERGIUS

Alexandri à Suchten Librum de Secretis Antimonii ex Germanico in Latinum vertit. Basileæ, apud Petr. Pernam, 1575, in 8. Londini, 1670, in 8.

⊙ MICHAEL HEILAND

Monstri Hassiaci Disquisitio Medica, sive, Historia Infantis Monstrosi. Giessæ Hassorum, apud Fridericum Kargerum, 1664, in 4. Et 1677, in 8. sine nominatione loci, quo typis excusa sit.

MICHAEL JOHANNES PASCHALIUS, *Valentinus*

Praxis Medica. Valentiæ, 1555, in 8.

☽ Methodus curandi, cum Scholiis Petri Pauli Peredæ, *Setabensis*, exercentibus Medicinam maximè utilis. Lugduni, apud Juntas & Paul. Giuttium, 1585, in 8. apud Horatium Cardon, 1602, in 8. Lugduni, 1664, in 8.

De Morbo Gallico, Tractatus. Extat Operis Veneti de Morbo Gallico Tomo II, pag. 146.

MICHAEL GEHLERUS, *Gorlicius*

De Plica, Disputatio. Extat Decade III. Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Johan. Jac. Genathius, 1620, in 4.

MICHAEL LYSERUS

☽ Culter Anatomicus, hoc est, Methodus brevis, facilis, ac perspicua, artificiosè & compendiosè humana corpora incidendi: Cum nonnullorum Instrumentorum Iconibus. Hafniæ, apud Georg. Lamprecht, 1653, in 8. Ibidem, apud Petrum Hauboldum, 1665, in 8. Quæ secunda Editio Observationibus nonnullis Vario-

Variorum, & Præfatione Thomæ Bartholini aucta eſt. Francofurti, ex Officina Haffnienſi, apud Petrum Hauboldum, 1679, in 8. cui tertiæ Editioni acceſſit Caſpari Bartholini, Thom. Fil. Adminiſtrationum Anatomicorum Specimen. Extat etiam cum Dan. le Clerc & Joh. Jac. Mangeti Bibliothecâ Anatom. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

⊙ Obſervationes Medicæ. Extant itidem apud Petrum Hauboldum, 1679, in 8.

De Sphacelo Cerebri. Lipſiæ, 1656, in 4.

MICHAEL MEIERUS

Atalanta fugiens, hoc eſt, Emblemata nova, de Secretis Naturæ, Chymica. Accommodata partim oculis & intellectui, Figuris cupro inciſis, adjectisque ſententiis, Epigrammatis & Notis, partim auribus & recreationi animi plus minus quinquaginta Fugis Muſicalibus trium Vocum, quarum duæ ad unam ſimplicem melodiam diſtichis canendis peraptam, correſpondeant. Nō absq; ſingulari jucunditate videnda, legenda, meditanda, intelligenda, dijudicanda, canenda, & audienda. Oppenheimii, apud Hier. Gallerum, 1617, in 4.

Viatorium, hoc eſt, de Montibus Planetarum ſeptem, ſeu, Metallorum, Tractatus tam utilis, quàm perſpicuus, quo, ut Indice Mercuriali in triviis, vel, Ariadneo filo in Labyrintho, ſeu, Cynoſurâ in Oceano, Chymicorum errorum immenſo, quilibet rationalis, veritatis amans, ad illum, qui in montibus ſeſe abdidit de Rubea petra Alexicacum, omnibus Medicis deſideratum, inveſtigandū, uti poterit. Oppenheimii, apud Joh. Theod. de Bry, 1618, in 4. Rothomagi, 1651, in 8.

Locus ſeverus, hoc eſt, Tribunal æquum, quo Noctua regina avium, Phœnice arbitro, poſt varias diſceptationes & querelas volucrum, eam infeſtantium pronunciatur, & ob ſapientiam ſingularem, Palladi ſacrata agnoſcitur. Francof. apud Nicol. Hoffmannum, 1617, in 4.

Examen Fucorum Pſeudo-Chymicorum, &, in gratiam veritatis amantium, ſuccinctè refutatorum. Francofurti, apud Joh. Theod. de Bry, 1617, in 4.

De Circulo Phyſico quadrato, hoc eſt, Auro, ejusque virtute medicinali, ſub duro cortice inſtar nuclei latente: An, & qualis inde petenda ſit, Tractatus haud inutilis. Oppenheimii, apud Hier. Gallerum, 1616, in 4.

Symbola aureæ menſæ duodecim nationum, hoc eſt, Hermæa, ſeu, Mercurii teſta ab Heroibus duodenis ſelectis, Artis Chymicæ uſu, ſapientia & autoritate paribus celebrata, ad Pyrgopolynicen ſeu Adverſarium illum tot annis jactabundum, virgini Chemiæ injuriam argumentis tam vitioſis, quàm convitiis argutis inferentem, confundendum & exarmandum, Artifices verò optime de

©BIUM

ea meritos ſuo honori & famæ reſtituendum; ubi & Artis continuatio & veritas invicta triginta ſex rationibus, & experientiâ Librisq; Authorum plus quam trecentis demonſtratur. Opus ut Chemiæ, ſic omnibus aliis, Antiquitatis & rerum ſcitu digniſſimarum ſcitu percupidis, utiliſſimum, duodecim Libris explicatum & traditũ, Figuris cupro inciſis paſſim adjectis. Francof. apud Anton. Hummium, 1617, in 4.

Septimana Philoſophica, qua Ænigmata Aureola de omni naturæ genere à Salomone Iſraelitarum ſapientiſſimo Rege & Arabiæ regina Saba, nec non Hyramo, Tyri Principe, ſibi invicem, in modum Colloquii, proponuntur & enodantur: ubi paſſim novæ, at veræ, cum ratione & experientiâ convenientes, rerum naturalium cauſæ exponuntur & demonſtrantur, Figuris cupro inciſis ſingulis diebus adjectis. Francofurti, apud Hartmannum Palthenium, 1620, in 4.

Civitas Corporis humani, à tyrannide Arthriticâ vindicata, hoc eſt, Podagræ, Chiragræ, & Gonagræ, quę, velut tyranni immaniſſimi artus extremos obſident, & excruciant, Methodica curatio. Francof. ap. Lucam Jenniſium, 1621, in 8.

Arcana arcaniſſima, hoc eſt, Hieroglyphica Ægyptio-Græca, vulgo necdum cognita, ad demonſtrandam falſorum apud antiquos, Deorum, Dearum, heroum, animantium & inſtitutorum pro ſacris receptorum, originem, ex uno Ægytiorum artificio, quod aureum animi & corporis medicamentum peregit, deductam. Unde tot Poëtarum allegoriæ, Scriptorum narrationes fabuloſæ, & per totam Encyclopædiam errores ſparſi clariſſimâ veritatis luce manifeſtantur, ſuæque tribui ſingula reſtituuntur, ſex Libris expoſita, in 4. Locus & tempus editionis non exprimuntur.

Verum inventum, hoc eſt, Munera Germaniæ ab ipſa primitus reperta (non ex vino, ut calumniator quidam ſcopticè invehit, ſed vi animi & corporis) & reliquo orbi communicata, quæ tanta ſunt, ut plæraque eorum mutationem Mundo ſingularem attulerint, univerſa longe utiliſſima extiterint, Tractatu peculiari evoluta, ac tradita. Francof. ap. Nicol. Hoffmannum, 1619, in 8.

Themis aurea, hoc eſt, de Legibus Fraternitatis R. C. Tractatus, quo earum cum rei veritate convenientia, utilitas publica & privata, nec non cauſæ neceſſariæ evolvuntur & demonſtrantur. Francof. apud Lucam Jenniſium, & apud Nicol. Hoffmannum, 1618, in 8.

Luſus ſerius, quo Hermes, ſive, Mercurius Rex mundanorum omnium ſub homine exiſtentium, poſt longam diſceptationem in concilio octovirali habitam, homine rationali arbitro, judicatus & conſtitutus eſt. Oppenheimii, apud Hieron. Gallerum, 1619, in 4.

Tractatus de Volucri arborea, abſque patre & matre, in Inſulis Orcadum, formâ Anſerculorum proveni-

niente, ſeu, de Ortu miraculoſo potius, quàm naturali Vegetabilium, Animalium, Hominum & ſupranaturalium quorundam. Quo cauſæ illius & horum demonſtrantur. Francofurti, apud Nicol. Hoffmannum, 1619, in 8.

Ulyſſes, hoc eſt, Sapientia ſeu Intelligentia, tanquam cœleſtis ſcintilla beatitudinis, quòd ſi in fortunæ & corporis bonis naufragium faciat, ad portum meditationis & patientiæ remigio feliciter ſe expediat. Annexus eſt Tractatus de Fraternitate R. C. Francof. apud Luc. Jenniſium, 1624, in 8.

☽ Tripus aureus, hoc eſt, tres Tractatus Chymici ſelectiſſimi. 1. Baſilii Valentini Practica: unà cum 12. Clavibus & Appendice ex Germanico: 2. Thomæ Nortoni, *Angli*, Philoſophi, Crede mihi, ſeu Ordinale, ante annos 140 ab Authore ſcriptum, nunc ex Anglicano Manuſcripto in Latinum translatum, phraſi cujusq; Authoris ut & ſententiâ retentâ. 3. Cremeri cujusdam, Angli Abbatis Weſtmonaſterienſis Teſtamentum. Francof. 1618, in 4. Extat etiam cum Muſæo Hermetico reformato & amplificato. Francof. apud Hermannum à Sande, 1677, in 4.

De Legibus Fraternitatis Roſeæ Crucis. Francof. 1618, in 8.

Silentium poſt clamores, ſive, Tractatus Apologeticus. Quo cauſæ, non ſolùm Clamorum, ſive, Revelationum Fratrum Germanorum de Roſea cruce, ſed & ſilentii, ſeu non redditæ ad ſingulorum vota Reſponſionis, traduntur. Francofurti, 1624, in 4.

Cantilenæ intellectuales, de Phœnice Redivivo. Roſtochii, 1622, in 12.

⊙ Subtilis Allegoria ſuper Secreta Chymiæ, perſpicuæ utilitatis & jucundæ meditationis. Extat cum Muſæo Hermetico reformato & amplificato. Francof. ap. Hermannum à Sande, 1677, in 4.

MICHAEL NEANDER

⊙ *Natus Joachimi Valle in Bohemia A. C. 1529: Philoſophiæ Magiſter Witteberga 1558: & Medicinæ Doctor Jenæ 1558 creatus: jamq; antè, nempe 1551 Mathematum & Græcæ Linguæ: tandemq; 1560 Medicinæ Profeſſor publ. eâdem in Univerſitate conſtitutus eſt. Obiit ibidem A. C. 1581, ætatis ſuæ 52.*

Phyſicæ, ſive, potius Sylloge Phyſicæ rerum eruditarum ad omnem vitam utilium, Pars prima. Lipſiæ, 1591, in 8.

Synopſis Menſurarum & Ponderũ, ponderationisque menſurabilium ſecundùm Romanos, Athenienſes, Georgos, & Hippo-Jatros, ex præſtantiſſimis Auctoribus hujus generis contracta. Acceſſerunt quæ, apud Galenum hactenus extabant de Ponderum & Menſurarum ratione, vehementer depravata, nunc Græcè & Latinè multo correctiora. Baſileæ, apud Joh. Oporinum, 1555, in 4.

MICHAEL

©BIUM

MICHAEL PETRUS MARIA

Theriaca & Mithridatium. Patavii, 1652, in 4.

MICHAEL POLL

Structura ἀνθρωπολογικὴ, sive, σωμαλολογικὴ, quam ex optimis quibusque Physiologis, & peritissimis Anatomicis aptè constructam in Medicinæ Studiosorum gratiam publici juris fecit. Brandenburgi, apud Frider. Hartmannum, 1616, in 4.

MICHAEL POTIER, *Dortmontanus*

Philosophia pura, quâ non solùm vera materia, verusque processus Lapidis Philosophici multò apertiùs, quàm hactenus ab ullo Philosophorum, proponitur: sed etiam viva totius mysterii revelatio Filiis sapientiæ offertur, quod typis nunquam visum, quamdiu stetit Mundus. Accessit sub calcem Judicium de Fratribus Roseæ Crucis. Francof. apud Lucam Jennisium, 1629, in 8.

Novus Tractatus Chymicus, de vera materia, veroque Processu Lapidis Philosophici, quo pleniorem, planiorem, atque fideliorem hactenus non vidit Mundus. Cui accessit sub calcem ut verum, ita sincerum de Fraternitate Roseæ Ctucis Judicium. Francof. apud Hartmannum Palthenium, 1617, in 8.

Redivivi Apologia, contra Alchymistam Impostorem, qui Philosophum hunc in Arte Lapidis Philosophorum verum ac indubitatum, imposturæ suspectum facere conatus est, fidem ut sibi apud rerum incautos pararet, &c. Francof. sumptibus Autoris, 1631, in 4.

Fons Chymicus, id est, vera Auri & Argenti conficiendi, ex naturalis Philosophiæ venis scaturiens, ratio, ut olim, ita & nunc à multis ejus artis ignaris & zoilis quidem impetita, Apologeticè tamen acriter defensa. Coloniæ, apud Constantinum Munich, 1637, in 4.

Veredarius Hermetico-Philosophicus lætum & inauditum nuncium adferens, id est, Secreti naturæ secretissimi de conficiendo nimirum Lapide Philosophico, personalem & vivam relationem veris veræ sapientiæ filiis, nunquam & nusquam ante hunc diem viso vel audito modo, fideliter & finaliter offerens. Francof. apud Aubrios & Clem. Schleich, 1622, in 8.

MICHAEL PSELLUS

Philosophus Peripateticus & Medicus Græcus, eruditus & clarus, & in Theologia haud vulgaris. Floruit sub Henrico IV, & V, Imperatoribus. A. C. 1102.

De Victus ratione, Libri duo, Georgio Vallâ interprete. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529, in 8. cum Rhazæ, cognomento Experimentatoris, de Pestilentia, Libro: & Johannis Manardi, Ferrariensis Medici, in Artem Galeni Medicinalem luculentâ Expositione.

MICHAEL

MICHAEL RAPHAEL SMUTZIUS

Methodus, curandi Calculum. Neoburgi, 1640, in 12.

⊙ Apologia contra Johannem Zwelferum, Pseudo Hippo-Galenicæ Medicinæ Doctorem, & Dispensatorii Augustani Correctorem, Animadversorem. Neoburgi, apud Johannem Modestum Straszer, 1671, in 8.

⊙ Exorcismus Medicus Manium, Larvarum & Maleferiatorum Spirituum Zwelferianorum, sub personati Frideri Mulleri à Lewenstein, Pharmacopœi Viennensis, Redivivi Zwelferi, ad Symbolum aurei Cervi, Enthusiasmo, seu phantasmate furiosè excitatorum & oberrantium; qui invito fato, Exegesi Philosophicæ, Doctoris Schmutzen, Medici, à Poystorff, Austriaci inferioris, in Hippo-Galenico-Medicorum Exedra, exorcizandi & abominandi missi & commissi sunt. 1673, in 8.

MICHAEL REUDENIUS, *Bambergensis*

☽ De novo Gummi purgante, Epistola, ad Joh. Adamum Schvvartzium, Med. Vinariensem. Ejusdem Apologia ad D. Philippum Hechstetterum, Med. Augustanum. Lugd. Batav. apud Joh. Maire, 1625, in 12. Extat etiam cum Wenceslai Payer, de Cubito, Tractatu de Thermis Carolinis ab ipso Reudenio, unà cum aliis, edito. Lipsiæ, apud Thomam Schurerum, 1614, in 8.

⊙ Wenceslai Payer, de Cubito, Tractatum de Thermis Carolinis: Cum adjectis ejusdem argumenti Clarissimorum quorundam Medicorum Epistolis, edidit. Quibus accessit ejusdem Reudenii Judicium de novo Gummi purgante, ad Joh. Adamum Schvvartzium. Lipsiæ, apud Thomam Schurerum, 1614, in 8.

MICHAEL RUCKERUS

Disputatio Medica de Sanitate tuendâ. Tubingæ, apud Georg. Gruppenbach, 1583, in 4.

⊙ Commentar. in Aphorismos Hippocratis: & Praxis Medica. Extat cum Georg. Hieronym. Velschii Exotic. Curat. & Observ. Med. Chiliad. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676, in 4.

MICHAEL RUPERTUS BESLERUS

⊙ *Natus Norimbergæ, A. C. 1607, Patre Hieronymo, Medico ibidem primario: creatus ♂ 1631 Altdorphii Medicinæ Doctor, mox in Collegium Medicum receptus, Parente adhuc vivo, in patria Praxin Medicam feliciter exercuit: naturalium rerum indagator solertissimus: Hortum etiam Eystettensem plantis quamplurimis artificiosè depictis & æri incidendis augere sibi proposuit, titulumq. in formâ regali jam sculpi curavit; sed mors prævenit, ut opus adeo laudabile absolvere nequierit. Obiit Norimbergæ A. C. 1661, ætatis suæ 54.*

Admirandæ Fabricæ humanæ Mulieris partium Generationi potissimùm inservientium, & Fœtus, fide-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 836 sur 1339

©BIUM

lis, quinque Tabulis, ad magnitudinem naturalem & genuinam, typis æneis impreſſis, hactenus nunquam viſa Delineatio. Noribergæ, apud Jeremiam Dumlerum, 1640, in reg. fol.

Gazophylacium rerum naturaſium è regno Vegetabili, Animali, & Minerali depromptarum nunquam hactenus in lucem editarum fidelis, cum Figuris æneis, ad vivum Repræſentatio. Noribergæ, apud Eund. 1642, in reg. fol.

☽ Obſervatio Anatomico-Medica ſingularis cujusdam, Calendar. Januar. 1644. tres filios naturalis magnitudinis viventes, enixæ. Puerpera verò retentis ſecundinis extremum quaſi halitum ſpirabat, intra aliquot horarum ſpatium, dextrâ divinitus adminiculante, ſummâ cum adſtantium admiratione & ſtupore, feliciter evaſit. Noribergæ, 1644, in 4.

Viretum admirandum. Noribergæ, 1646.

MICHAEL SCHON, *Coburgenſis*

Epiſtolæ binæ Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

MICHAEL SCOTUS

Phyſiognomia: & de Hominis Procreatione. Pariſiis, apud Dionyſium Roce, 1508, in 8.

Quæſtio curioſa de natura Solis & Lunæ. Extat Volumine quinto Theatri Chymici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1622, in 8.

Avicennam de Animalibus ex Arabico in Latinum tranſtulit. Extat in fol. editionis, neque tempore, neque loco expreſſis.

☽ Tractatus de Secretis Naturæ, Francof. 1615, in 12. Extat etiam cum Alberti Magni Libello de Secretis Mulierum. Edit. Amſtelodami, 1655, 1662, 1665, 1669, in 12.

Menſa Philoſophica. Lipſiæ, 1603, in 8.

MICHAEL SENDIVOGIUS, *Polonus*

Lumen Chymicum novum, duodecim Tractatibus diviſum, & totidem antiquis Figuris in Germania nuper repertis Notisque clariſſimis illuminatum, renovatum, illuſtratum. Erphordiæ, apud Philippum Wittelium, 1624, in 8.

De vero Sale ſecreto Philoſophorum: & de Univerſali Mundi Spiritu, Tractatus. Ex Gallico in Latinum verſus à Ludovico Combachio. Caſſellis, apud Jac. Gentſchium, 1651, in 8.

Hujus aliud Opus exſtat ſub nomine Leſchi, ubi vide.

⊙ Lucerna Salis Philoſophorum, hoc eſt, Delineatio nuda deſiderati illius principii tertii Mineralium Sendivogiani, ſive, Salis Pontici, quod eſt ſubjectum omnis mirabilitatis, & Academia unica veterum ſapientum, nec non Clavis Artis Gebricæ, claudens, ſigillans, & aperiens, nemine aliàs pandente vel occludente: continens

nens ſimul veram præparationem hujus mirabilis ſaporis, & aquæ ficcæ, quæ nihil madefacit, nec ulli alii rei in mundo commiſcetur, quàm metallis: ſecundum methodum, quâ cuncti Philoſophi Panaceam illam univerſalem fecerunt, in ſalutem afflicti hominis ceu effigiei & imaginis glorioſi Dei, qui laudetur in ſecula ſeculorum. Ad conteſtandum animum officioſum erga prolem doctrinæ fideliter eidem communicatæ à Filio Sendivogii, anagrammaticè vocato: Tuis Ophir dono fert theca ſaturni. Annum publicationis continet famoſum illud Paracelſi vaticinium: ELIas artIVM arte DoCebIt. Et illud noſtri Coſmopolitæ: MonarChIa boreaLIs adVenIet. Et Böhmii, Teutonici: LILIVM eDet fLores à ſeptentrIone. Cum Appendice conformis cujusdam Dialogi, habiti olim inter ſpiritum Mercurii, ac Philoſophum quendam Monaſterialem: ex Germanico in Latinum verſi. Amſtelodami, apud Henricum Betkium, 1658, in 8.

MICHAEL TOXITES

⊙ *Natus eſt Störtzingæ in Rhætia: fuit Reipubl. Haganoenſis Poliater. Cùm A. C. 1529 in Comitiis Spirenſibus Panegyricum in electionem Ottonis Cardinalis ſcripſiſſet, perfecit ille, ut à Carolo V. Imperatore Laureâ Poeticâ coronaretur, & Comitis Palatini dignitate ornaretur. In Medicina Paracelſum ita ſecutus eſt, ut tamen Galeni doctrinam & methodum non duceret contemnendam, ſed inter utrumq; potiùs reconciliationem & concordiam optaret: multosq; epilepſiâ, calculo, aliisq; morbis, qui vulgò pro incurabilibus habentur, laborantes feliciter curaſſe dicitur. Floruit circa A. C. 1573.*

Onomaſtica duo. I, Philoſophicum Medicum ſynonymum, ex variis vulgaribusq; Linguis. II, Theophraſti Paracelſi, hoc eſt, earum Vocum, quarum in Scriptis Ejus ſolet uſus eſſe, Explicatio. Argentorati, apud Bernhardinum Jobin, 1574, in 8.

Spongia Stibii, adverſus Lucæ Stenglii, Med. Doct. & Phyſici Auguſtini, Aſpergines. Argentinæ, apud Chriſtianum Mylium, 1567, in 4.

Libri XIV. Paragraphorum Philippi Theophraſti Paracelſi, Philoſophi ſummi, & utriusque Medicinæ Doctoris præſtantiſſimi. Nunc primùm in communem utilitatem integritati reſtituti, Latinisque explicationibus, quâ fieri potuit, diligentiâ, atque ſtudio, illuſtrati. Argentorati, ap. Chriſtianum Mylium, 1575, in 8.

MICHAEL de la VIGNE, *Vernonæus*

Orationes duæ. Quarum prior habita eſt ap. Dom. Pro-Prætorem Urbanum, die IX. Decemb. MDCXLIII. Poſterior in frequenti Senatu Calendis Martiis, anno Dom. MDCXLIV. adverſus Theophraſtum Renaudot, Gazettarium, Med. Monſpelienſem, & omnes Medicos extraneos, Lutetiæ Pariſiorum Medicinam illicitè factitantes. Pariſiis, apud Claud. Marlot, 1644, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 838 sur 1339

©BIUM

MICHAEL VILLANOVANUS

Galeni Interpres Doctissimus, & Medicus excellens. Vixit A.C.1537. Justus in Chronol. Medic.

Syruporum universa ratio, ad Galeni censuram diligenter expolita. Cui post integram de Concoctione Disceptationem, præscripta est vera Purgandi methodus, cum expositione Aphorismi: Concocta medicari. Parisiis, 1537, in 8. Venetiis, apud Vincent. Valgrisiũ, 1545, in 8. Lugd. apud Guil. Rovillium, 1546, in 8.

MICHAEL VENETUS

De Morbo Pestilente, Commentatiuncula. Smalkaldiæ, apud Michaelem Schmuck, 1582, in 8.

MICHAEL URANIUS

De Morbo Pestilente. Smalkaldiæ, 1582, in 8.

⊙ MICHAEL WAGNERUS

Helmontius Redivivus de Morbis tam universalibus, quàm quibusdam particularibus, ad calculum disquisitionemque Philosophico-Medicam revocatus. Herbipoli, 1657.

MICHAEL ZANARDUS, *Bergomensis*

Disputationes de universo Elementari, in tres Partes divisæ. In prima, de Elementis, & Mixtis, disputatur. In secunda, de Generatione, & Corruptione, & Mixtione, Temperamentis, Actione, Alteratione, Augmento, Decremento, Nutritione, & Concoctione, disseritur. In tertia, de Meteoris, & in his inter cætera, de Melle, Manna: Signis Pestilentiæ: de Aquis, & Piscibus: de Metallis, Lapidibus, Plantis, Serpentibus, Quadrupedibus, aliisque. Venetiis, apud Ambros. Dei, 1619, in 4.

Disputationes de universo Parvo, mixto Homine, usque in senium conservando. Ventilantes & concludentes causas Longitudinis & Brevitatis vitæ: temperamenta ejusdem cognoscenda per signa, rationes naturales, & Physiognomiâ, quoad totum & singulas partes. Definientes insuper, quomodo possit homo diu vivere, & mortem in secundis causis tardare, per Cibum, Potum, Somnum, Vigilias, Exercitationem, Ocium, Venerem, Balneum, Evacuationes, fugiendoque animi passiones, & excedentes Elementorum qualitates. Venetiis, apud Ambros. Dei, 1619, in 4.

MICRERIS

Tractatus Chymicus ad Discipulum suum Mirnefindum. Extat Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1622, in 8.

MIGNOTYDUS

De Peste, Libri tres. Mediolani, 1535, in 4.

MORIENUS ROMANUS, *Eremita*

De Re Metallica, Metallorum Transmutatione, & occultâ summâque

que antiquorum Medicinâ, Libellus. Item, Bernhardi Trevirensis Responsio ad Thomam de Bononia de Mineralibus, & Elixiris, seu, Pulveris Philosophici compositione, quæ Pars est secretioris Physicæ, Scholiis aliquot per Robertum Vallensem illustrata. Ad calcem adduntur Tabulæ breves ab eodem Rob. Vallensi conscriptæ, quæ antiquorum intentionem de Pulveris Philosophici compositione, abstrusis eorum Scriptis & Ænigmatibus involutam, declarant. Parisiis, apud Guil. Guillard, 1559, 1574, in 4. Hanoviæ, 1593, in 8.

MOSCHION

De Mulierbribus affectibus, Liber unus: cum Conradi Gesneri Scholiis & Emendationibus, nunc primùm editus Græcè operâ ac studio Caspari Wolphii, *Tigurini*. Basileæ, apud Thom. Guarinum, 1566, in 4. Extat autem Græcè & Latinè, in Gynæciorum Libris, ab Ifr. Spachio editis, pag. 1. Basileæ, apud Henricum Bebelium, 1538, in 8. apud Conradum Waldkirch Tomo 1. Gynæciorum, adjectis Remediis quibusdam incerti Autoris, quæ post Moschionis Librum scripta reperiuntur.

⊙ MOVIUS M. M.

Felix Puerpera, seu, Observationes Medicæ, circa Regimen Puerperarum & Infantium recens natorum. Lugduni-Batavorum, apud Petrum van der Aa, 1684, in 12.

MOYSES AILATINUS

Galeni Commentarium, in Hippocratem de Aere, Aquis & Locis, interpretatus est.

⊙ MOYSES CHARAS

Pharmacopœa Regia Galenica & Chymica, Gallicè ab Authore conscripta; jam verò Latinitate donata. Tomus Primus: Secundus: Tertius: continens Historiam naturalem Animalium, Plantarum & Mineralium, Theriacæ Andromachi Compositionem ingredientium: Cum Experimentis circa Viperam: additâ serie novorum Experimentorum. Genevæ, apud Joh. Ludovicum du-Four, 1684, in 4.

MOYSES HELT

De læsa substantia Cerebri, Observatio singularis. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. Lib IV. prioribus. Ulmæ, ap. Saurium, 1628, in 4, p. 496.

MUNDINUS

Anatomicus illustris. Errores ejus taxat Matthæus Curtius. Vixit A.C. 1305. Justus in Chronol. Medic.

☽ Anatome omnium humani corporis interiorum membrorum. Papiæ, apud Anton. de Carcano, 1478, in fol. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1507, in fol. Argentinæ, apud Henr. Sybold, 1509, in 4. Lugduni, apud Blanchardum, 1529, in 8. cum Annotationibus, præsertim ad margines, Arnoldi Villanovani. Marpurgi, apud Christ. Egenolphum, 1541, in 4. Extat etiam cum Fasciculo Medicinæ; quem vide inter Authores Medicos varios. Adjectæ sunt quarum-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 840 sur 1339

©BIUM

rumcunque partium corporis ad vivum expreſſæ Figuræ. Adſunt & Scholia non indocta, quæ prolixorum Commentariorum vice eſſe poſſunt. Venetiis, 1638, in 12.

MUNDINUS de LENTIIS

Florentinus. Vixit A.C. 1305. Juſtus in Chronol. Medic.

Expoſitio, ſeu, Canones univerſales ſuper Meſuem. Extant cum Meſues Operibus. 1541, in fol.

MUNDINUS MUNDINIUS, *Vicentinus*

Diſputatio, in tres Partes diviſa. In qua ea, quæ de Semine ſunt controverſa inter Peripateticos, veteres Medicos, & doctiſſimos quosdam Neotericos, accuratiſſimè diſcutiuntur. Tarviſii, ap. Aurelium Reghetinum, 1609, in 4. Venetiis, ap. Societatem, eodem anno, in 4.

De Genitura pro Galenicis adverſus Peripateticos, & noſtræ ætatis Philoſophos ac Medicos, Diſputatio. In qua nova præſertim dogmata ſpectantia ad fœtuum generationem, ſimilitudines, morbos hæreditarios, notas corporis, facultatem formatricem, calidi nativi, animarumque corruptibilium originem, refelluntur. Nec non Animatio Seminis adverſus Recentiores omnes conſtanter defenditur. Venetiis, ap Evangeliſtam Deuchinum, 1622, in 4.

Ad Diſputationem de Genitura, Additamentum Apologeticum. In quo Æmilii Pariſani Opinionem, de Seminis à toto proventu, & de Stigmatum cauſis, ab omni probabilitate alienam eſſe, ſuſtinetur. Venetiis, apud Evangeliſt. Deuchinum, 1625, in 4.

Annotationes in Conſultationes & Reſponſa Medicinalia Hieron. Mercurialis. Extant cum poſtrema Editione. Venetiis, apud Jacob. de Franciſcis, 1620, in fol.

N.

NARCISSUS SOLANUS

Concordia Barcinonenſium Medicorum & Pharmacopolarum. Barcinonæ, 1543, in 4.

NARDUS ANTONIUS RECCHUS

Plantarum, Animalium & Mineralium Mexicanorum Hiſtoria. Cum Expoſitione Joh. Fabri, Lyncei, & Añotationibus Fabii Columnæ, Lyncei. Item Principis Federici Cæſii Phytoſophicarum Tabularum Pars prima. Item Franciſci Fernandei ſive, Hernandezii Hiſtoriæ Animalium & Mineralium novæ Hiſpaniæ Liber unicus. Romæ, 1649, in fol.

Epitome rerum Medicarum novæ Hiſpaniæ. Francofurti.

NATALIS MONTESAURUS, *Veronenſis*

De Diſpoſitionibus, quas vulgò *Mal Franzoſo* appellant, Tractatus. Extat

Extat Tomo 1. Operum de Morbo Gallico, pag. 100.

NATHANAEL CHYTRÆUS

Epiſtola Satyrica, adverſus Peſtem. Roſtochii, 1624, in 4.

NATHANAEL HIGHMORUS, *Oxonienſis*

Corporis Humani Diſquiſitio Anatomica. In qua Sanguinis circulationem in quavis corporis particula, plurimis typis novis, ac Ænigmatum Medicorum ſuccinctâ Dilucidatione, ornatam proſecutus eſt. Hagæ Comitis, ap. Sam. Broun, 1651, in fol.

☽ Exercitationes duæ; quarum prior de Paſſione Hyſterica; altera de Affectione Hypochondriacâ. Oxoniæ, apud A. Lichfeld, 1660, in 12. Amſtelodami, apud Caſpar. Commelinum, 1660, in 12. quæ ſecunda Editio priori emendatior eſt. Jenæ, apud Johann. Bielckium, 1677, in 12.

☉ De Hyſterica & Hypochondriaca Paſſione Reſponſio Epiſtolaris ad D. Willisium. Londini, 1670, in 4.

NATHAN ALBINEUS

☽ Bibliotheca Chemica contracta. Genevæ, apud Johan. Anton. & Sam. de Tournes, 1654, in 8. Ibidem, ap. Eosdem, 1673, in 8.

Novum Lumen Chymicum. Ibidem.

Arcanum Hermeticæ Philoſophiæ. Ibidem.

☉ NATHANAEL HODGES

Λοιμολογία, ſive, Narratio Hiſtorica Peſtis nuperæ graſſantis apud populum Londinenſem. Londini, 1672, in 8.

☉ NEHEMIAS GREW

Anatomiæ Vegetabilium Primordia: cum generali Theoria Vegetationis eidem ſuperſtructâ, ex Anglica in Latinam translata. Extant cum Miſcellan. Curios. ſive Ephemerid. Medico-Phyſicar. German. Anno Octavo. Uratislaviæ, apud Joh. Chriſtophorum Jacobi, 1678, in 4.

Idea Hiſtoriæ Phytologicæ: cum Continuatione Anatomiæ Vegetabilium, ſpeciatim in Radicibus, & Theoria Vegetationis Radicum eidem præcipuè ſuperſtructâ. Extat cum Miſcellan. Cur. ſive Ephemerid. Medico-Phyſicar. Germ. Ann. Nono & Decimo. Ibid. apud Eundem, 1680, in 4.

Comparativa Anatomia Truncorum: unà cum Theoria Vegetationis eorum eidem ſuperſtructâ, in duabus Partibus. Prior lecta coram Societate Regia Febr. 25. 1674; poſterior, Jun. 17. 1675, tota explicata ſingulis Figuris in XIX Tabulis æneis; præſentata Regiæ Societati 1673. & 1674. Extat ibidem, anno & formâ eâdem.

Diſcurſus, habitus coram Societate Regia, Decembr. 10. 1674. concernens naturam, cauſas & vires Mixtionis. Extat ibidem, anno & formâ eâdem.

NELLANUS GLACANUS, *Tirconallienſis Hibernus*

Curſus Medicus, Libris XIII propoſitus,

©BIUM

positus, & in tres Tomos divisus. I. continet Physiologiam, & Prolegomena. II. Pathologiam, seu, Morbos, Morborum Causas, & Symptomata. III. Semeiotica: de Signis, Crisibus, Pulsibus & Urinis. Bononiæ, apud Sebast. Combi, & Johan. Lanou, 1655, in 4.

NEMESIUS

De Natura Hominis, Liber. Græce à Nicolao Ellebodio editus, & ab eodem Latinè conversus. Antverpiæ, apud Plantinum, 1584, in 8. & Latine, Georgio Vallâ interprete. Lugd. apud Gryphium, 1538, in 8.

NEREUS NERIUS,

Florentinus

Assertio, quòd in sinistri lateris stupore à causâ frigida oborto licet mittere sanguinem per sedis venas, & applicare cauterium occipiti. Extat cum Anton. Alvarez, Epist. & Cons. parte. Neapoli, apud Horat. Salvianum, 1585, in 4. pag. 116, & 124.

NICANDER

Colophonius, vel Ætolus, Grammaticus, Poeta, & Medicus clarus, tempore Attali Regis Asiæ, juvenis illius, qui Gallo-Græcos vicit; & Seleuci Philopatoris Asiæ & Syriæ. Vixit A. M. 3716. A. ante C. 184. Alii 176. Wolfg. Justus, in Chronol. Medicorum.

Theriaca. Ejusdem Alexipharmaca. Interpretatio innominati Autoris in Theriaca. Commentarii diversorum Autorum in Alexipharmaca. Expositio Ponderum, Mensurarum, Signorum & Characterum. Græce. Coloniæ, apud Joh. Soterem, 1530, in 4. Parisiis, apud Guil. Morelium, 1557, in 4. Venetiis, apud Aldum, 1506, in fol. cum Dioscoride Græco. & seorsim, 1523, in 4. Græco-Latine. Parisiis, apud Henr. Stephanum, 1566, in fol. & ibidem, apud Guil. Morelium, 1557, in 4, interprete Johanne Gorræo, Medico Parisiensi, Versu Heroico. 1549, in 8. Aureliæ Allobrogum, apud Petrum de la Rouiere, 1606, in fol. utrobique cum Poetis veteribus.

NICANDER JOSSIUS,

Venafranus

Opuscula, de Voluptate, & Dolore: De Risu, & Fletu: De Somno, & Vigilia: De Fame, & Siti. Romæ, apud Franc. Zanettum, 1580, in 4. Francof. apud Wolfgangum Richterum, 1603, in 8. Cui accesserunt Antonii Laurentii Politiani de Risu, ejusque causis, & effectis, dilucidè ac Philosophicè tractatis, Libri duo.

NICEPHORUS GREGORA,

Patriarcha Constantinopolitanus

Interpretamenta Somniorum, secundùm ordinem Alphabeti Versibus Jambicis, Græco-Latine. Lutetiæ, apud Marcum Orry, 1603, in 4. cum Artemidori Oneirocriticis à Nicolao Rigaltio editis.

Explicatio in Librum Synesii de Insomniis. Extat Græcè, cum Operibus Synesii. Parisiis, apud Adrianum Turnebum, 1553, in fol. Græce & Latine ex versione Antonii Pichonii à Fed.

à Fed. Morello recognita : unà cum Operibus Syneſii. Lutetiæ, apud Cl. Morellum, 1612, in fol. p. 249.

NICOLAUS ABRAHAMUS FRAMBESARIUS

☉ *Natus eſt apud Guiſianum Oppidum in Veromanduis, Patre Hectore Abrah. Frambeſario, Medico & Chirurgo celebri, qui Filium hunc ſtum in prima adoleſcentia graviſſimorum vulnerum, ulcerum & fracturarum curationi adhibuit : unde ætate in Medicina & Chirurgiâ expertiſſimus evaſit : nec ſolùm in Academia Pariſienſi Profeſſor publ. ſed deinceps quoq; Conſiliarius Medicus & Regius ſalutatus eſt. Claruit circa A.C. 1595.*

Opera Medica. Quibus continentur: I, Canones & Conſultationes Medicinales, medendis omnibus partium corporis affectibus Animalium, Vitalium, & Naturalium, veram Medendi Methodum & Praxin ſex prioribus Libris exhibentes. II, Canones Chirurgici, Curationem Methodicam exteriorum corporis affectuum & interiorum tribus poſterioribus Libris proponentes. III, Apologia pro veritate & innocentia Medicamentorum Chymicorum adverſus Criminatores. IV, Laurea Academica Frambeſariana. V, de præſervatione Peſtis. Francof. apud Guil. Fitzerum, 1629, in 4.

☽ Scholæ Medicæ ad Candidatorum Examen, pro Laurea impetrandâ, ſubeundum. Pariſiis, apud Abrah. Pacard, 1622, Ibidem, apud Eundem, 1636, in 12. Lugd. Batav. apud Joh. Maire, 1628, in 12.

☽ Ambroſiopœa. In qua elegantes Medicamentorum præparationes, ad Morborum curationem, citò, tutò, & jucundè moliendam præſcribuntur. Pariſiis, apud Abrah. Pacard, 1622, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1636, in 12. Lugd. Batav. apud Johan. Maire, 1628, in 12. Cum Scholis Medicis.

Canonum, & Conſultationum Medicinalium Libri tres. Quibus Aphoriſtica Methodus medendi affectibus corporis partium animalium, vitalium, & naturalium continentur. Pariſiis, apud Mich. Sonnium, 1595, in 8. 1619, in 8.

NICOLAUS ALEXANDRINUS

Medicus Græcus vetuſtiſſimus. Vixit ante Æginetam. VVolfg. Juſtus in Chronol. Medic. ſecundùm Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. circa A.C. 1200.

De Compoſitione Medicamentorum ſecundùm loca : translatus è Græco in Latinum à Nicolao Rheginо, *Calabro*: cum breviſſimis Annotationibus locorum difficilium Johannis Agricolæ Ammonii. Ingolſtadii, apud Weiſſenhorn, 1541, in 8. Venetiis, apud Andr. Arrivabenum, 1543, in 8. 1556, in 4. Vide Nicol. Myrepſum.

NICOLAUS AGERIUS

Theſes Medicæ Phyſicæ de Homine ſano : item de Dyſenteria. Argentorati, 1593, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 844 sur 1339

NICOLAUS ANGELELLUS

De Menſium diminutione, & Molae ac Ventriculi dolore, Conſilium. Extat eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francofurti, apud Joh. Sartorium, 1605, in 4, pag. 310.

⊙ NICOLAUS BALTHASAR MERTZIUS

Oenopolium Polypharmacū. 1652.

NICOLAUS BARNHARDUS, *Delphinas*

Brevis Elucidatio Arcani Philoſophorum. Lugd. Batav. apud Chriſtoph. Raphelengium, 1599, in 8. cum Triga Chemica à ſe edita.

⊙ Quadriga Aurifera. Francofurti, ex Officina Plantiniana, ap. Chriſtophorum Raphelengium, Typographum Lugduno-Batavum, 1599, in 8. Videtur idem eſſe cum Elucidatione Arcani Philoſophorum.

Commentariolum in quoddam Epitaphium Bononiæ Studiorum, ante multa ſæcula marmoreo Lapidi inſculptum: & Quadriga Aurifera. Extat Volumine III. Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8. Lugduni, 1597, in 8.

Tractatum Chemicum, inſcriptum: Theoſophiæ palmarium, incerti Autoris, edidit. Lugduni Batavorum, apud Thom. Baſſon, 1601, in 8.

Item Epiſtolam cujusdam Patris ad Filium, de occulta Philoſophia. Ibid. apud Eundem.

⊙ NICOLAUS BENZONUS

Obſervationes Medicæ Miſcellaneæ. Extant Act. Hafniens. Volum. IV. N. 27.

NICOLAUS BERTRUTIUS

Bononienſis. Medicus inſignis. Vixit ſub Conrado IV. Imperatore, A.C. 1250. V. Volfg. Juſtus in Chronol. Medicorum.

Compendium, ſive (ut vulgò inſcribitur) Collectorium Artis Medicæ tam Practicæ, quàm Speculativæ, recognitum & ſuæ integritati reſtitutum per Johannem Cæſarium. Colon. apud Melchiorem Noveſianum, 1537, in 4. Lugd. 1509, in 4.

☽ Methodi cognoſcendorum tam particularium, quàm univerſalium Morborum. Extant cum Chriſtophori Heylii Artificiali Medicatione. Moguntiæ, apud Jonem Schœffer, 1534, in 4.

In Medicinam Practicam Introductio. Extat cum Enchiridio Medico, Argentinæ, apud Johan. Albertum, 1533, in 24, impreſſo.

NICOLAUS BIESIUS

⊙ *Natus eſt Gandavi, Urbe Belgii, A. C. 1516: In turbis Belgii periculoſiſſimis dum Lovanii Profeſſorem ageret, Oratoris Academici munus ad Ducem Albanum fideliter obivit. Valentiæ in Hiſpania, antequam Lovanium veniſſet, Ducibus Calabriæ adhæſit. Obiit in Aula Cæſaris, apoplexiâ perculcus A.C. 1573, ætatis ſuæ 57.*

Theo-

Theoreticæ Medicinæ, Libri ſex. Quibus omnia hujus Artis præcepta explicantur. Antverpiæ, apud Martinum Nutium, 1558, in 4.

In Artem Medicam Galeni, Commentarii. Antverpiæ, ap. Mart. Nutii Viduam, 1560, in 8.

De Methodo Medicinæ, Liber unus. Antverpiæ, apud Mart. Nutii Viduam, 1564, in 8. Lovanii, 1564, in 8.

De Natura, Lib. v. Antverpiæ, ap. Martini Nutii Viduam, 1573, 1593, in 8. Ibid. apud Gisbertum Janſſenium, 1613, in 8.

⊙ NICOLAUS de BLEGNY

Zodiacus Medico-Gallicus, ſive, Miſcellaneorum Medico Phyſicorum Gallicorum, Titulo recens in Re Medica Exploratorum, unoquoque Menſe Pariſiis Gallicè prodeuntium Annus primus ſcilicet, M. DC. LXXIX. Acceſſere Ejusdem Tractatus duo utiliſſimi; prior de Herniis; poſterior Obſervationes circa Luem Veneream continens. Genevæ, apud Leonhardum Chovet, 1680, in 4.

Zodiacus Medico-Gallicus, ſive, Miſcellaneorum Medico-Phyſicorum, Titulo recens in re Medica & naturali Exploratorum, uno quoque Menſe Pariſiis Gallicè prodeuntium Annus ſecundus, ſcilicet M. DC. LXXX. Genevæ, apud Leonhardum Chovet, 1682, in 4.

Zodiacus Medico-Gallicus, ſive, Miſcellaneorum Medico-Phyſicorum Gallicorum, Titulo recens in re Medica & naturali Exploratorum, unoquoque Menſe Pariſiis Gallicè prodeuntium Annus tertius, ſcilicet M. DC. LXXXI. Ibidem, apud Eund. anno & formâ eâdem.

Zodiaci Medico-Gallici è Gallico in Latinum verſi Annus quartus, ſcilicet M. DC. LXXXII. itemque Annus quintus, ſcilicet M. DC. LXXXIII. Ibidem, apud Eundem, 1685, in 4. Notetur autem, hunc Quartum & Quintum Annum ſub nomine Nicolai de Blegny non prodiiſſe, nos tamen ideo ſaltem huc referre voluiſſe, ut omnes Zodiaci hujus Anni in unum veniant conſpectum.

NICOLAUS BOCCANGELINUS

De Febribus, Morbisque Malignis, & Peſtilentia, earumque cauſis, curatione & præſervatione, Liber. Madriti, apud Ludovicum Zanchez, 1600, in 4. 1604, in 4.

NICOLAUS BRAUN

De gravi Catarrho, Epiſtolicum Conſilium. Extat cum Gregorii Horſtii Obſerv. Medicinal. ſingular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 471.

NICOLAUS BUCCELLA

Refutatio Scripti Simonis Simonii, *Lucenſis*, cui titulum fecit, D. Stephani primi Polonorum Regis, &c. Sanitas, Vita Medica, Ægritudo, Mors. Cracoviæ, apud Alexium Rodecium, 1588, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 846 sur 1339

NICOLAUS CABEUS, *Ferrariensis, è Societ. Jesu*

Philosophia Magnetica. In quo Magnetis natura penitus explicatur. Ferrariæ, apud Franciscum Succium, 1629, in fol.

⊙ NICOLAUS CHESNEAU, *Massiliensis*

Observationum Libri quinq;. Quibus accessit Ordo Remediorum Alphabeticus: ad omnes fermè morbos conscriptus. Sicut & Epitome de Naturâ & Viribus Luti & Aquarum Barbotanensium. Parisiis, apud Fridericum Leonhard, 1672, in 8.

NICOLAUS CLAVENA, *Bellunensis*

Historia Absinthii umbelliferi. Cenetæ, 1609, in 4. Venetiis, ap. Evangelistam Deuchinum, 1610, in 4.

Historia Scorzoneræ Italicæ. Venetiis, apud Evangelistam Deuchinum, 1610, in 4.

NICOLAUS CURTIUS

⊙ *Natus est Brixiæ in Italia: Vir parvo præditus corpore, hinc q; vulgò dictus Nicolinus: Fuit in Gymnasio Patavino Medicinæ Professor publ. per annos circiter sex & viginti. Cumq; inde in patriam suam ivisset, ut Patavii pestilentiam fugeret, Brixiæ ipsam pestem incurrit, eâq; obiit A.C. 1576.*

Libellus de Medicamentis Lenientibus, Præparantibus, & Purgantibus. Medicinæ Studiosis utilissimus, ac maximè necessarius. Olim in Academia Patavina, anno MDLXXV propositus. Extat cum Joh. Jessenii Consilio, adversus Pestem, &c. Giessæ, apud Casp. Chemlinum, 1615, in 12.

Methodus Consultandi. Extat cum Lib. XIV, Cap. III. Bibliothecæ selectæ Antonii Possevini, editæ Venetiis, apud Altobellum Salicatium, 1603, in fol.

NICOLAUS de CUSA

Idiotæ, de Staticis experimentis, Dialogus IV. Extat cum reliquis ejus Operibus. Basileæ, apud Henric. Petrum, 1565, in fol.

NICOLAUS DACIER, *Trecensis*

Synopsis Methodica Pharmacorum omnium, quæ in communi sunt Practicantium usu: omnibus, qui Medicinæ factivæ studio tenentur, utilissima: in duos Libros diducta. Trecis, apud Nicol. Russet, 1618, in 8. Ibid. apud Joh. Griffardum, 1614, in 8.

NICOLAUS DORTOMANNUS, *Monspelienſis*

De causis & effectibus Thermarum Belilucanarum, parvo intervallo à Monspelienſi urbe destantium, Libri duo. Lugd. apud Carolum Pesnot, 1579, in 8.

⊙ NICOLAUS ELLAIN, *Parisiensis*

Tractatus de Peste, ejusque præcavendæ modo. Cui nonnullorum Medicamentorũ ab Empiricis, Agyrtisque Circumforaneis invectorum, Censura adjuncta est: Itemque Notæ luculentæ Guidonis Patini, Doct. Med.

Med. Parisiens. & Profess. Reg. Extat cum Philippi Guiberti Operibus. Parisiis, apud Viduam Thomæ Pepingué, 1649, in 8.

NICOLAUS ELLEBODIUS

Nemesii Librum, de Natura Hominis, è Græco, in Latinum conversum edidit.

NICOLAUS EPIPHANIUS

Succincta Medicinalis Practica, nec non aliquot Medicamentorum Compositiones præstantissimæ. Extant cum Dispensatorio Chymico Johan. Rænodæi, Parisiis, 1623, in 4. Francof. apud Theobald. Schönvvetterum, 1626, in 8.

⊙NICOLAUS FIGULUS

Novum Medicinæ Universalis Speculum. Bruxellis, 1660, in 12.

NICOLAUS FLAMELLUS

Annotationes Chymicæ: ex Democrito, Gebro, Lullio, Villanovano, aliisque Autoribus. Extant cum Bern. Trevisani Libro de Chymico Miraculo, per Gerhardum Dorneum edito. Basileæ, apud Conr. Waldkirch, 1600, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8. pag. 820.

⊙ Sumarium Philosophicum. Extat cum Musæo Hermetico Reformato & Amplificato. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1677, & 1678, in 4.

NICOLAUS FLORENTINUS

Sermonum Scientiæ Medicinæ Tom. III. Venetiis, 1507, in fol.

NICOLAUS FONTANUS, *Amstelredamensis*

Institutiones Pharmaceuticæ, ex Bauderonio, & du Boys, in Pharmacopœorum gratiam potissimum concinnatæ. Amsterdami, apud Jacob. Charpentier, 1633, in 12.

Aphorismi Hippocratis Methodicè dispositi. Quibus accedit Tractatus de Extractione Fœtus mortui per uncum. Amstelodami, apud Jacobum Charpentier, 1633, in 12.

Florilegium Medicum. In quo Flores universæ Medicinæ, tam Theoricæ, quàm Practicæ, per Partes distinctas proponuntur, & raris, utilibus, illustribusque Quæstionibus exornantur. Opus non solùm Medicis, verùm & Chirurgis apprimè jucundum & necessarium. Amstelredami, ap. Henric. Bernhardi ab Hartoghsvelt, 1637, in 12.

Commentarius in Sebastianum Austrium de Puerorum Morbis. Amstelædami, apud Johan. Janssonium, 1642, in 12. & 8.

Observationum rariorum Analecta. Ibid. apud Henr. Laurentii, 1641, in 4.

Responsionum & Curationum Medicinalium Liber unus. Amstelædami, apud Johan. Janssonium, 1639, in 12.

Syntagma Medicum de Morbis Mulierum, in quatuor Tomos distinctum.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 848 sur 1339

ſtinctum, Amſtelodami, 1645, in 12.

Fons, ſive, Origo Febrium, earumque Remedia. Ibidem, 1644, in 12.

Reſponſio ad propoſitam ſibi Quęſtionem: an manus clavis transfixæ pares ſint ferendo corpus inde pendulum. Amſtelod. in 4.

Annotationes ad Epitomen Anatomiæ Andreæ Veſalii. Ibid. ap. Joh. Janſonium, 1642, in fol.

Auctarium Annotationum in Praxin Artis Medicæ Remberti Dodonæi. Ibidem, apud Henr. Laurentii, 1640, in 8.

⊙ NICOLAUS FRANCHIMONT

Lithotomia Medica, ſeu, Tractatus Lithontripticus de Calculo Renum & Veſicæ. Pragæ, apud Johan. Ziegerum, Bibliopol. Norib. 1683, in 8.

⊙ NICOLAUS GOTTOFREDUS

Johannis Thalii Sylvam Hercyniam, ſive, Catalogum Plantarum ſponte naſcentium in Montibus & locis vicinis Hercyniæ, quæ reſpicit Saxoniam, ſeorſim auctiorem edidit. Northuſæ, 1674, in 4.

NICOLAUS GUIBERTUS, *Lotharingus*

Aſſertio de Murrhinis, ſive, de iis, quæ Murrhino nomine exprimuntur, adverſus quosdam, de iis minus rectè diſſerentes. Francof. apud Hæredes Wecheli, 1597, in 8.

Alchymia, ratione & experientiâ ita demum viriliter impugnata & expugnata: unà cum ſuis fallaciis & deliramentis, quibus homines inquinarat, ut nunquam in poſterum ſe erigere valeat. Item, de Balſamo, ejusque Lacrymæ, quod Opobalſamum dicitur, naturâ, viribus, & facultatibus admirandis. Argentorati, apud Laz Zetznerum, 1603, in 8.

⊙ NICOLAUS GUILIELMUS BECKERUS

Obſervatio, de Lapillis in veſica fellea repertis. Extat Ephemerid. Acad. Natur. Cur. Germ. An. I. Num. 44.

de Morte ex levi purgatione. Ibid. Ann. eod. N. 81.

de Abſceſſu abdominis, inciſione curato. Ibid. An. eodem. Num. 82.

de Pſeudophthiſi. Ibidem Ann. II. Obſ. 31.

de Abſceſſu Meſenterii & Uteri procidentia. Ibid. Ann. eodem. N. 32.

de Doloribus Oſtocopicis, & gummatoſo frontis tumore. Ib. An. eod. N. 33.

de Aphthis ferinis. Ibid. An. eod. N. 34.

de Uvulæ ablatione. Ibid. An. IV & V. N. 66.

de funeſta Oeſaphagi obturatione. Ibid. Ann. eod. N. 67.

de dolore Ilei ac corporis membranoſi per alvum excretione. Ibid. An. eod. N. 68.

de Colica à Calculis. Ibid. An. VIII. N. 70.

Obſerv.

Obſervatio, de Convulſione admirandâ. Ibid. Ann. eod. N. 71.
de Hæmicrania, Arteriotomiâ ſpontaneâ curatâ. Ibid. Ann. eodem. N. 72.
de Anaſarca per abſceſſus terminatâ. Ibid. An. eod. N. 73.
de Hepatite, Vomitu curatâ. Ibid. An. eod. N. 74.
de Aſcaridibus Uteri. Ibid. Ann. eod. N. 75.

NICOLAUS HASIUS, *Leidenſis*

☽ Manuductio ad Artem Medicam. Extat cum Ejusdem Tractatu, de Modis Non-Entis, & Entis: & de Religione in genere. Amſtelædami, apud Nicol. Ravenſtein, 1649, in 8. Ibid. 1664, in 8.

NICOLAUS HAUPASIUS, *Atrebas*

Aphoriſmi Hippocratis, è Græco in Latinum verſi & luculentiſſimis Enarrationibus illuſtrati. Duaci, ap. Jacob. Boſcardum, 1563, in 4.

NICOLAUS HEINIUS, *VViſmarienſis*

De Phrenitidis Theoria & Therapia, Diſputatio. Extat Decade III. Diſput. quas collegit & edidit Baſil. Joh. Jac. Genathius, 1620, in 4.

NICOLAUS HEMMINUS

Antidotum, adverſus Peſtem. Serveſtæ, 1590, in 8.

NICOLAUS HENZIUS, *Bernas*

Oratio Soſpitalis. In qua Quæſtio: utrum, Peſtis tempore, mortem oppetere, vel, vitâ diuturniore frui, utilius fuiſſet, tractatur: quomodo vita ab iis, qui vel reſtituti, vel ab ea conſervati ſunt, inſtituenda ſit, indicatur. Memoriaque Clariſſimorum Luminarium, quibus præcedenti anno Eccleſia & Reſpubl. Bernenſis per mortem privata eſt, celebratur: quid etiam de hoc Morbi genere judicandum ſit, ἐκ πεσσῶν ῥομῶν oſtenditur. Bernæ, apud Joh. le Preux, 1612, in 8.

☉ NICOLAUS HOBOKENUS

Conradi Redekeri brevem Deſcriptionem in tio Julii Anni M.DC.LXVI. detecti ſaluberrimi Bilfeldiani Fontis, & uſus ejusdem ſuccinctis ſelectioribus Sanatorum exemplis, Latinitate reddidit, & nonnullis Animadverſionibus auxit. Amſtelodami, apud Johannem Janſonium à Wäſtberge, 1668, in 8.

De Sede Animæ, ſeu, Mentis humanæ in Corpore humano, Exercitatio bipartita. Quâ genuina Conjunctionis humanæ Animæ cum corpore humano ratio perſpicuè traditur. Arnhemiæ, apud Johan. Fridericum Hagium, 1668, in 12.

Oratio de obſervato hodie circa Medicinam Abuſu & Inordinatione, & de Doctoribus promotis proprio Medicinæ faciendæ & Conſiliorum dandorum jure. Ultrajecti, apud Henricum Verſteegh, 1668, in 4.

Anatomia Secundinæ Humanæ, quindecim Figuris ad vivum propriâ Authoris manu delineatis illuſtrata.

Cum

©BIUM

Cum annexo Spicilegio Epistolarum, rem potissimum generatoriam referentium. Trajecti ad Rhenum, apud Johan. Ribbium, 1669, in 8. Ibidem, 1672, in 8.

Cognitio Physiologica Medica, accuratissimâ & clarissimâ Methodo tradita. Quâ humani Corporis sanitas, & quæ eam significant imprimis ac probant, Hominis Actiones omni numero absolutæ, clarè & distinctè explicantur. Præfigitur ejusdem Authoris Oratio de Medicorum Nobilitate. Ultrajecti, apud Henric. Versteegh, 1670, in 4. Ibidem, apud Johannem van de Water, 1685, in 4. Huic postremæ Editioni accesserunt Tabulæ Synopticæ hanc ipsam Cognitionem Medicam Physiologicam distinctissimè delineantes.

Anatomia Secundinæ Humanæ repetita, aucta, roborata, & quadraginta quatuor Figuris, propriâ Authoris manu delineatis, insuper illustrata: quæ præter novissimè observatam Naturam ac Constitutionem universæ Secundinæ illius, ac partium singularum usum quoque & utilitetem docet. Præmittuntur Literæ D. Henrici Eyssonii cum Authoris Responsionibus. Ibid. apud Joh. Ribbium, 1675, in 8.

Anatomia Secundinæ Vitulinæ, triginta octo Figuris, propriâ Autoris manu delineatis, illustrata: quæ præter observatam Naturam & Constitutionem universæ Secundinæ illius, ac partium singularum Usum quoque & utilitatem docet. Præmittuntur Literæ Thomæ Bartholini: cum Autoris ad Eundem Responsionibus. Ultrajecti, apud Johan. Ribbium, 1675, in 8.

NICOLAUS HOVEL, *Parisiensis*

Pharmacevtices Libri duo. Prior continet omnia Mesuæ Theoremata, Canones universales vocant, in Tabulas redacta. Posterior est Johan. Tagaultii, doctissimi Medici, de Simplicibus Medicamentis Purgantibus, Annotationibus illustratus per Eundem Hovel. Parisiis, apud Ægidium Gorbinum, 1571, in 8.

NICOLAUS HUSSOVIANUS

De Bisonte, & ejus Venatione, Carmen. Cracoviæ, 1623, in 8.

NICOLAUS KLEINFELD, *Gedanensis*

De Morbis & Symptomatibus, eorumque causis & differentiis Pathologiæ Libri duo. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1598, in 12. Lugduni, 1618, in 12.

De Ortu Animæ, Declamatio Philosophica. Lugd. Batav. 1598, in 12.

⊙NICOLAUS LEMERY

Cursus Chymicus: continens Modum parandi Medicamenta Chymica usitatiora brevi & facili Methodo: unà cum Notis & Dissertationibus super unam quamq; Præparationem: ex ultima Editione Gallicâ Latinè versus à J. C. Derebecque. Genevæ, apud Johannem Pictetum, 1681, in 12.

NICOLAUS

NICOLAUS LEONICENUS

Natus Vicentiæ Ital. A.C.1428: Orator, Philosophus & Medicus eximius: Medicinam amplius 60. per annos Ferrariæ publicè professus: primusq; Græca Galeni Volumina Latinè interpretatus est, & Commentariis illustravit. Cùm aliquando ex eo quæreretur, quonam arcano Medico uteretur, ut tanto cum corporis & animi vigore, etiam nullo ciborum habito delectu, senectutis vitia eluderet? vividum, inquit, ingenium perpetuâ vitæ innocentiâ, salubre verò corpus hilari frugalitatis præsidio facilè tuemur. Integris enim adhuc sensibus, memoriâ vegetâ, nec dum incurvâ conspiciendus cervice obiit Ferrariæ A.C. 1524, ætatis suæ 96.

De Plinii, & plurium aliorum Medicorum in Medicina erroribus. Ejusdem Epistola ad Hermolaum Barbarum, in primi Operis defensionem. De Plinii, & plurium aliorum Medicorum erroribus, novum Opus. Epistola ad Hieronymum Menochium. In qua eadem materia de multis simplicibus Medicamentis pertractatur, & quædam Plinii, atque aliorum Medicorum errata continentur. Ferrariæ, apud Joh. Maciochium, 1509, in 4. Basileæ, apud Henr. Petri, 1529, in 4. Huic addita sunt quædam ejusdem Autoris de Herbis & Fruticibus, Animalibus, Metallis, Serpentibus, Tiro, seu, Viperâ. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1532, in fol. Cum aliquot aliis ejus Opusculis: nempe de tribus doctrinis ordinatis secundùm Galeni sententiam, Lib. 1. De formativa virtute Lib. 1. De Dipsade, & pluribus aliis Serpentibus Lib. 1. De Morbo Gallico, sive, Neapolitano, Liber unus. Contra suarum translationum obtrectatores, Apologia. Medici Romani, Nic. Leoniceni Discipuli, Antisophista.

De Morbo Gallico, Liber. Papiæ, apud Bernhardinum de Garaldis, 1506, in fol. & Basileæ, apud Bebelium, 1536, in 4. cum Angeli Bolognini, Alex. Benedicti, Johan. Almenar, aliorumque de eodem Operibus. Lugduni, apud Anton. Blanchardum, 1529, in 8.

Præfationes in Libros Galeni, à se translatos. Venetiis, 1508, in fol.

Opuscula, cum Medici Romani Antisophistâ. Basileæ, 1532, in fol.

Conversio & Explanatio primi Libri Aristotelis de Partibus Animalium, Lucubratio valde utilis. Basileæ, apud Westhemerum, 1541, in 8. apud Oporinum, 1542, in fol. cum Michaelis Ephesii Commentariis aliquot in Aristotelem.

Galeni, de Puero Epileptico interpretatus est.

Item Lib. 11. De Arte Curativa ad Glauconem.

Item Commentarios in Aphorismos Hippocratis.

Item De Crisibus Lib 111.

Item De Differentiis Febrium Lib. 11.

Item De Differentiis & Causis Morborum.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 852 sur 1339

Item De Motu Musculorum Lib. II.

Item Artem Medicinalem.

☽ Hippocratis Aphorismorũ Lib. VII. Latinè expositi; simulque Græcè & Latinè edidit. Lugduni, 1668, in 16.

NICOLAUS MACCHELLUS, *Mutinensis*

☽ Tractatus Methodicus, & omnibus numeris absolutus, de Lue Venerea, ejusque naturâ, & causis, & quæ eam sequuntur symptomatis, nec non singulorum curatione. Extat cum Gerhardi Columbæ Disputationum Medicarum de Febris Pestilentis Cognitione & Curatione Libris duobus. Francofurti, apud Hæredes Romani Beati, Georgium Beatum & Johannem Ludovicum Bitschium, 1601, in 8. Ibidem, apud Nicolaum Hoffmannum, 1608, in 8. Extat quoque Tomo 1. Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 634. Venetiis, 1555, in 8.

☽ Abubetri Rhazis, cognomento Experimentatoris, Libellum de Pestilentia è Græco in Latinum vertit. Venetiis, apud Andr. Arivabenum, 1555, in 8.

Galeni, de Compositione Medicamentorum localium interpretatus est.

NICOLAUS MAGNUS

De Medicis Pulveribus, Libellus. Lutetiæ, apud Mich. Vascosanum, 1545, in 8.

NICOLAUS le MAIGRE

Monstri in lucem editi 1649, 20 Julii Historia. Paris. 1650, in 8.

NICOLAUS MARONEAS

Commentarius de Amomo. Basileæ, 1608, in 8.

NICOLAUS MARSCHALCUS

De Aquatilium & Piscium Historia. Rostochii, apud Autorem, 1520, in fol.

NICOLAUS MASINIUS, *Cesenas*

De gelidi Potus abusu, Libri tres. Cæsenæ, apud Barthol. Raverium, 1578, in 4.

NICOLAUS MASSA

☽ *Natus est Venetiis: coætaneus Victoris Trincavellii, qui ambo Artem medendi præ aliis clarissimâ in luce collocarunt. Epistolar. suarum Medicar. Tom. II. multas refert Historias in Capite vulneratorum, cum incisione, & deperditione substantiæ cerebri, quos tamen ipse feliciter curaverit. Claruit circa A. C. 1560: vel, secundùm VVolfg. Justum in Chronol. Med. circa A. C. 1522.*

De Febre Pestilentiali, Petechiis, Morbillis, Variolis, & Apostematibus pestilentalibus, ac eorundem omnium curatione: Nec non de modo, quo corpora à Peste præservari debeant. Venetiis, apud Franc. Bindonum & Maphæum Pasinum, 1540, in 4.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 853 sur 1339

in 4. apud Andr. Arrivabenum, 1556, in 4. In quo omnes modi poſſibiles ſanandi ipſum, mirâ quâdam & artificiosâ doctrinâ continentur. Addita eſt Epiſtola ad Thom. Cademuſtum, in qua quamplurima, ad perfectionem Operis totius, & multarum aliarum ægritudinum curam, leguntur. Venetiis, apud Franc. Bindonum, 1536, in 4.

Liber de Morbo Gallico. Tertiæ editioni addita ſunt ab Auctore de vi ac poteſtate Ligni Indici: De cognitione Sarſæ parigliæ: De Radicibus Chinæ: Et hujusmodi alia. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1563, in 4.

Epiſtolarum Medicinalium Tomus primus. In quo tractantur ea, quæ tum ad Theoriam, tum ad Praxin Medicam pertinere videntur, & Quæſtiones etiam continentur de Animarum immortalitate: de Mundi creatione: deque Logicâ facultate. Venetiis, apud Franciſcum Bindonum, 1542, in 4. Ibidem, apud Eundem, 1550, in 4. apud Jordanum Zilettum, 1558, in 4. Huic ſecundæ editioni acceſſerunt Epiſtolæ aliquot, ſeu, Conſultationes, quæ antehac divulgatæ non erant, præſertim Opuſculum de Peſtilentia, urbem Venetam vexante an. 1556.

Epiſtolarum Medicinalium Tomus alter. In quo Methodus univerſalis curandi, & ad profligandas varias Morborum genera Conſultationes ſaluberrimæ continentur. Multæ item Hippocratis, Galeni, Avicennæ, aliorumque inſignium Medicorum obſcuræ enodantur ſententiæ. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1558, in 4.

Examen de Venæſectione & Sanguinis miſſione in Febribus, ex humorum putredine ortis, ac in aliis præter naturam affectibus. Venetiis, apud Andr. Arrivabenum, 1560, 1568, in 4.

Anatomiæ Liber introductorius. In quo quamplurimæ partes, actiones, atque utilitates humani corporis, nunc primùm manifeſtantur, quæ à cæteris tam Veteribus, quam Recentioribus prætermiſſa fuerant. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1559, in 4.

De Balneis Calderianis, ex Epiſtol. Libro primo Epiſtola XXVI. Extat pag. 300 Operis Veneti de Balneis.

Vita Avicennæ, Latinè. Extat cum Canone, edito per Johan. Coſtæum. Venetiis, apud Juntas, 1595, in fol.

NICOLAUS MONARDES

Hiſpalenſis. Floruit A. C. 1556, in Hiſpania. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.

De ſecanda Venâ in Pleuritide; inter Græcos & Arabes concordia. Ejdem, de Roſa, & partibus ejus: de ſucci Roſarum temperaturâ: De Roſis Perſicis, ſeu, Alexandrinis: De Malis Citriis, Aurantiis, ac Limoniis, Libelli. Antverpiæ, apud Mart. Nutii Viduam, 1564, 1565, in 8.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 854 sur 1339

©BIUM

De Simplicibus Medicamentis ex Occidentali India delatis, quorum in Medicina uſus eſt. Interprete Carolo Cluſio, *Atrebate*. Antverpiæ, apud Plantinum, 1574, in 8. Ibid. 1593, in 8.

Simplicium Medicamentorum ex novo orbe delatorum, quorum in Medicina uſus eſt, Hiſtoriæ Liber tertius: nunc primùm ex Hiſpanico ſermone Latio donatus, & Notis illuſtratus à Carolo Cluſio, *Atrebate*. Altera editio auctior & caſtigatior. Antverpiæ, apud Plantinum, 1593, in 8.

De Lapide Bezaar, & Herba Scorzonera, Lib. 1. De Ferro, & ejus facultatibus, Lib. 1. De Nive, & ejus commodis, Lib. 1. Extant interprete Carolo Cluſio, cum ejusdem Exoticorum Libris decem. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1605, in fol.

Seorſim excuſa ſunt, additis Ejusdem de Roſa, & Citriis, Antverpiæ, 1601, in fol.

NICOLAUS MONTANUS

Pauli Suardi Theſaurum Aromatariorum recognovit. Venetiis, 1556, in fol.

NICOLAUS MORINUS,
è Caſtellione ad Indrum Biturigum

Panegyris, ſeu, Agon Studii Jatrici Pariſienſis. Heroico carmine deſignatus, & in Scholis Medicorum propoſitus, die 9 Januarii, 1657. Pariſ. apud Edmundum Martinum, 1657, in 4.

NICOLAUS MUTON,
Mediolanenſis

Μιθριδατευτικία, hoc eſt, de Mithridatii legitimâ conſtructione, Collectanea. Sublimam & incudem revocata, polita, emaculata, Annotationibus, atque Controverſiis, utilibus juxta ac neceſſariis, locupletata, & in publicum noviſſimè producta per Michaelem Döringium, *Breslavienſem*. Jenæ, apud Joh. Beitmannum, 1620, in 8.

Quiritii de Auguſtis, Lumen Apothecariorum, ſummis Vigiliis accuratiſſimè caſtigatum edidit.

NICOLAUS MYREPSUS

Alexandrinus, Præpoſitus aliàs dictus. Vixit inter recentiſſimos Græcos, & eo tempore, quo non modò barbaries ſumma, ſed & denſiſſimæ nebulæ ſuperſtitionum, orbem occupaverant, A.C. circiter 1198. V. Volſg. Juſtus in Chronol. Medic.

Medicamentorum Opus, in Sectiones quadraginta octo digeſtum, hactenus in Germania non viſum, omnibus tum Medicis, tum Seplaſiariis mirum in modum utile, à Leonhardo Fuchſio, Medico, è Græco in Latinum recens converſum, luculentiſſimisque Annotationibus illuſtratum. Extat cum Aetii Contractæ Medicinæ ex Veteribus Tetrabil. in fol. Baſileæ, apud Johan. Oporinum, 1549, in fol. Lugduni, apud Balthaſarem Arnollatum, 1550, in 8. Pariſ. apud Henr. Stephanum, 1567, in fol. inter Medicæ artis Principes Tomo 1. pag.

pag. 338. Francof. apud Hæredes Joh. Zach. Palthenii, 1626, in 8. Vide Nicol. Alexandrinum, & Nicol. Præpositum.

NICOLAUS NANCELIUS TRACHYENUS, *Noviodunensis Picardus.*

Analogia Microcosmi ad Macrocosmum, id est, Relatio & Proportio universi ad Hominem. In qua, quid in utroque dispici queat, Theologicè, Physicè, Medicè, & Mathematicè disceptatur. Parisiis, apud Claudium Morellum, 1611, in fol.

NICOLAUS NICOLUS

Florentinus Medicus gravissimæ authoritatis. Floruit sub VVenceslao, & Ruperto Imperatoribus, A. C. 1393. Obiit A. C. 1412. VVolfg. Justus in Chronolog. Medic. Renat. Moreau de V. S. in Pleuritide. Obiit A. C. 1312.

Sermones Medicinales septem. Quorum primus est, de Conservatione Sanitatis: Secundus, de Febribus: Tertius, de Membris Capitis: Quartus, de Membris Spiritualibus: Quintus, de Membris Naturalibus: Sextus, de Membris Generationis: Septimus, de Chirurgia: Et de Decoratione. Venetiis, apud Bernhardinum de Tridino, 1491, in fol. 4. Voll. apud Lucantonium Juntam, 1533, 4 Voll.

Commentum super Aphorismos Hippocratis, compilatum à Johan. Baptista Theodosio, *Parmensi.* Bononiæ, apud Bened. Hectorem, 1522, in 8.

De Febribus, Epitome. Extat Operis Veneti de Febribus, p. 285.

NICOLAUS NIGER HAPELLUS

Cheiragogia Heliana de Auro Philosophico necdum cognito. Unde juxta facilè percipi potest tum Opus universalissimum, totius Monarchiæ Chymicæ in Regno minerali: tum omnes in suo quique genere. Universales ejusdem regni mineralis Lapides. Tincturæve particulares. Accessit Tractatus Venceslai Lavini, *Moravi,* de Cœlo terrestri: &c. Marpurgi Cattor. apud Rudolphum Hutwelckerum, 1612, in 8. & Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Aphorismi Basiliani, sive, Canones Hermetici de Spiritu, Anima, & Corpore, Medici, majoris, & minoris Mundi. Extat eodem Volumine quarto Theatri Chemici.

NICOLAUS OLHAFIUS

Elenchus Plantarum, circa Dantiscum. Dantisci, 1643, in 4.

NICOLAUS PAPINIUS, *Blæsensis*

Cordis Diastole, adversus Harvejanam innovationem defensa. Alenconii, 1653, in 4.

☽ De Pulvere Sympathico, Dissertatio. Lutetiæ, apud Simonem Diget, 1644, in 8. Ibid. apud Eund. 1650, in 8. Patavii, apud Matth. Cadorinum, 1654, in 8. Extat etiam

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 856 sur 1339

©BIUM

cum Theatro Sympathetico. Norimbergæ, apud Johan. Andr. & Wolffpang. Jun. Endterorum Hæred. 1660, in 12. & 1662, in 4.

NICOLAUS PETREUS

Meletium, de Naturâ Structurâq; Hominis, ê Græco in Latinum vertit. Item Polemonis Naæ Signorum Interpretationem. Item Hippocratem de Hominis structura. Item Dioclem de tuenda Valetudine. Item Melampum de Nervis Corporis Humani. Venetiis, 1652, in 4.

NICOLAUS PHILIPPUS SCHEIDT, *Argentinensis*

De Incubo, Disputatio. Extat Decade v. Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Johan. Jac. Genathius, 1621, in 4.

NICOLAUS PISO, *Lotharingus*

De Cognoscendis & curandis præcipuè internis humani corporis Morbis, Libri tres: ex classicorum Medicorum tum veterum, tum recentiorum monumentis collecti. Accessit Ejusdem Liber de Febribus. Francofurti, apud Andr. Wechelum, 1580, in fol. apud Hæredes Andr. Wecheli, 1585, in 8.

NICOLAUS PLETIUS

Compendium de Victus ratione, pro anni & ætatis partibus instituendâ. Parisiis, apud Viduam Claudii Chevalonii, 1538, in 8. apud Carol. Guillart, 1639, in 8.

NICOLAUS POLL

De cura morbi Gallici per Lignum Guayacanum, Libellus. Basileæ, ap. Joh. Bebelium, 1536, in 4. Cum Petri Andr. Matthioli, Joh. Almenar, aliorumque Morbi Gallici curandi ratione, & Operis Veneti de Morbo Gallico, Tomo 1, pag. 210.

NICOLAUS PRÆPOSITUS

Idem videtur, qui Nicolaus Myrepsus Alexandrinus est nuncupatus. Medicum fuisse dicunt Lugduni in Gallia, & qui floruerit circa A. C. 1524. Justus in Chronol. Medic.

Dispensatorium ad Aromatarios, sive, Introductiones in Artem Apothecariatûs. Lugduni 1505. apud Claudium Tulpin, 1536. in 4. Parisiis, apud Nicolaum Bonfonium, 1582, in 4.

NICOLAUS RABBY

Magnini Recognitio Quid pro Quo Apothecariorum. Extat in Ejusdem Regimine sanitatis.

NICOLAUS RHEGINUS

Calaber. Medicus magni nominis. Claruit sub Ludovico Bavaro Imperatore A. C. 1336. Wolfg. Justus in Chronol. Medic.

Galeni, de Usu Partium corporis humani interpretatus est. Item an omnes particulæ animalis, quod fœtatur, fiant simul. Item de Causis Procatarcticis: De Anatomia Oculorum. De Gynæceis, id est, Passionibus Mulierum. Nicolai Alexandrini,

ni, de Compositione Medicamentorum, è Græco, in Latinum transtulit.

NICOLAUS RHODIUS, *Scillaceus*

Redargutiones in Ferdinandum Cassanum pro Altimaro, & Johanne Andrea Noia, *Crotoniatâ*. Quibus non tantùm vera Altimari positio de Tertiana exquisitâ, & de sedimento celebratur; sed quamplurimi, quos Ferdinandus Cassanus committit errores, manifestantur. Venetiis, ap. Franciſc. Pampazetum, 1567, in 8.

NICOLAUS RIGALTIUS

Edidit Rei Accipitrariæ Scriptores Græco-Latinè. Item Librum de Cura Canum Græco-Latinum. Lutetiæ, 1612, in 4.

NICOLAUS ROCHEUS, *Gallus*

De Morbis Mulierum curandis Liber, partim ex veterum Græcorum, Latinorum, & Arabum monumentis, partim experientiâ propriâ confectus. Parisiis, apud Johannem Foucherim, 1542, in 12. & in Gynæciorum Libris ab Ifr. Spachio editis, pag. 61.

⊙ NICOLAUS RODRIGUEZ de PEDROSA

Selectæ Philosophiæ & Medicinæ Difficultates, quæ à Philosophicis vel omittuntur vel negliguntur, examinantur. Tom. 1. Salamant. 1666, in fol.

NICOLAUS RORARIUS

Utinensis Medicus. Vixit circa A. C. 1563. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.

Contradictiones, Dubia, & Paradoxa in Libros Hippocratis, Celsi, Galeni, Aetii Æginetæ, Avicennæ, cum eorundem Conciliationibus. Venetiis, apud Franc. & Casparem Bindonum FFR. 1566, in 8. Ibidem, 1572, in 8.

⊙ NICOLAUS SEVERUS

Responsio ad Vindicias Hepatis Redivivi contra Deusingium. Lugd. Batavorum, 1662, in 12.

Observationes Anatomicæ de Glandulis Oculorum, novisque eorum Vasis. Hafniæ, 1664, in 4.

Observationes Anatomicæ de Glandulis Oris. Lugd. Batavorum, 1662, in 4, & 12.

NICOLAUS STELLIOLA, *Nolanus*

Theriace, & Mithridatia. In quo harum Antidotorum apparatus, atq; usus monstratur. Marantæ, ac Patavini Collegii, Controversiæ perpenduntur. Præterea de plurimis haud satis cognitis Medicamentis differitur. Neapoli, apud Marinum de Alexandro, 1577, in 4.

⊙ NICOLAUS STENO

☽ Adversaria, seu, Commentarii Medicinales Critici, Dialytici, Epanorthotici, Exegematici, ac Didactici. Ubi varii & multiplices Neotericorum, qui centum abhinc annis scripserunt, & Medicinam fecerunt, errores aperiuntur, excutiuntur, refelluntur, & ex familia Medica eliminantur: ac pristina, genuinaque antiquorum doctrina, à zizaniis ac sordibus perpurgata, suo nitori ac puritati restituitur. Tomus prior & Tomus alter. Genevæ, apud Jacobum Stoer, 1615, & 1617, in 8. Ibidem, apud Johannem Landre, 1680. in 8. Hæc Editio novum titulum nacta est: nempe: Sphalmata Medica tam in Theoria, quàm in Praxi adnotata, & correcta, Ubi &c.

THEODORUS CORBEJUS, *Hervordianus*

☽ Pathologia, sive, Morborum & Affectuum omnium præter naturam, qui corpus humanum invadere solent. Enumeratio, ex veterum Græcorum, Latinorum, Arabumq; fontibus, ac recentiorum limpidissimis rivulis exhausta, & compendiosâ, facili, accuratâ, & perspicuâ methodo disposita. Francofurti, ap. Zach. Palthenium, 1616, in 8. Noribergæ, apud Wolfgangum Endterum, 1647, in 8. Francofurti, 1653, in 8. Noribergæ, 1661, in 8. Cum brevi totius Medicinæ Delineatione, in Præfatione præmissa, adumbrata & Additamentis exornata ab Hermanno Corbejo, Aut. F. Phar-

©BIUM

Pharmacia Simplicium, & Compositorum bipartita. Francof. apud Schönwetterum, 1656, in 4.

THEODORUS GAZA

⊙ Interpretatus est Aristotelis de Natura Animalium Libr. IX. Ejusdem de Partibus Animalium Libr. IV. Ejusdem de Generatione Animalium Libr. II. Theophrasti de Historia Plantarum Libr. IX. & decimi principium duntaxat. Ejusdem de Causis Plantarum Libr. VI. Aristotelis Problemata in suum locum restituit. Et alios tres Tractatus è Græco in Latinum traduxit atque edidit; quorum primus omnia ea continet, quæ in Aristotelis Animalibus & Theophrasti Plantis habentur: Alter complectitur nomina omnium Aristotelis & Theophrasti Plantarum & partium Corporis humani secundùm ordinem Literarum dispositarum. Tertius est Latinus secundùm Literas Alphabeti eorum ipsorum, quæ in Græco Tractatu notata visuntur. Atque hæc omnia in uno Volumine continentur. Venetiis, apud Aldum, & Andr. Asulanum, 1504, in fol.

Expositio Latina Lib. VII. Aphorismorum Hippocratis, cum Jac. Forlivienſis, Marsiliique Expositionibus. Edidit Jac. Forlivienſis. Papiæ, apud Jac. de Burgofranco, 1512, in fol.

Item Problemata Aristotelis. Extat in Petri de Apono Expositione Eorundem.

Item, Theophrasti Eresii, Lib. X. de Historia Plantarum.

⊙ THEODORUS JANSSONIUS ab ALMELOVEEN

Inventa Nov-Antiqua, id est, brevis Enarratio Ortus & Progressus Artis Medicæ; ac præcipuè de Inventis vulgò novis, aut nuperrimè in ea repertis. Subjicitur Ejusdem Rerum Inventarum Onomasticon ad Virum Clariss. Jacobum Vallan. Amstelodami, apud Janssonio-Wäsbergios, 1684, in 8.

⊙ THEODORUS KERKRINGIUS

Spicilegium Anatomicum, continens Observationum Anatomicarum rariorum Centuriam unam: nec non Osteogeniam Fœtuum, in quo, quid cuique ossiculo singulis accedat mensibus, quidque decedat, & in eo per varia immutetur tempora, accuratissimè oculis subjicitur. Amstelodami, apud Andr. Frisium, 1670, in 4. Ibid. 1673, in 4.

Anthropogeniæ Ichnographia, sive, Conformatio Fœtus ab ovo usque ad Ossificationis principia, in supplementum Osteogeniæ Fœtuum. Cum Figuris. Ibidem, apud Andr. Frisium, 1670, in 4. Extat etiam cum Danielis le Clerc & J. Jac. Mangeti Bibliotheca Anatomic. Genevæ, apud Johan. Anton. Chovet, 1685, in fol.

Commentarius in Currum Triumphalem Antimonii Basilii Valentini, à se Latinitate donatum. Ibidem, ap. Andr. Frisium, 1671, in 12.

Osteogenia Fœtuum sola etiam extat cum

tat cum Daniel le Clerc & Joh. Jac. Mangeti Bibliotheca Anatom. Genevæ, apud Johan. Anton. Chovet, 1685, in fol.

THEODORUS MAYERNUS TURQUETUS

De Gonorrhœæ inveteratæ & carunculæ ac ulceris in Meatu Urinario Curatione Epiſtola. Extat Cent. 1. Epiſtol. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 455. & ſuper eadem re altera Cent. v. Obſervat. Ejusdem. Francofurti, apud Matth. Merianum, 1627, in 4, pag. 216.

☽ Apologia. In qua videre eſt, inviolatis Hippocratis & Galeni legibus, Remedia Chymicè præparata, tutò uſurpari poſſe. Ad cujusdam Anonymi Columnias Reſponſio. Rupellæ, ſine nomine ejus, apud quem proſtet, 1603, in 8.

THEODORUS PRISCIANUS

Ad Timotheum Fratrem Phænomenωn euporiſtωn Lib. I. Logicus Lib. II. Gynæcea ad Salvinam Lib. III. Baſileæ, apud Hieronymum Frobenium, & Nicolaum Epiſcopium 1532, in 4. Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. cum Medicis Antiquis, pag. 291, ubi hoc ordine recenſentur: Liber, qui Logicus dicitur ad Timotheum Fratrem. Liber II, de Oxyoris, ſeu Acutis paſſionibus, ad Eundem. Liber III, ad Victoriam, Gynæcia, ſeu, de Mulierum paſſionibus Liber IV, ad Euſebium Filium, de Phyſica ſcientia.

De Morbis Mulierum varia, habentur in Harmonia Gynæciorum, cum Gynæciorum Libris ab Iſr. Spachio editis.

⊙ THEODORUS TURGUETUS, *de Mayerne*

Tractatus de Arthritide. Acceſſerunt Ejusdem aliquot Conſilia Medicinalia; emittente Theophilo Boneto. Genevæ, 1671, in 12. Ibid. ap. Franciſcum Miege, 1674, in 12. Londini, 1676, in 8.

⊙ THEODORUS WYNANTS

Johannis Rudolphi Saltsmanni Varia Obſervata Anatomica edidit. Amſtelodami, apud Jacobum Konynenberg, 1669, in 12.

THEODORUS ZWINGERUS

⊙ *Natus Baſileæ A.C. 1533, Patre Leonhardo, Cive Baſil. anguſtæ fortunæ: in patriâ Academiâ primùm Linguam Græcam, deinde Ethicam & Politicam, tandemq. demum Medicinam publicè docuit & exercuit. Obiit Baſileæ A.C. 1588, ætatis ſuæ 54. relicto Filio Jacobo, paternæ virtutis & famæ hærede.*

In Artem Medicinalem Galeni Tabulæ & Commentarii. Ex quibus Medici longæ Artis Compendium: Philoſophi, cognitione naturæ in corpore humano, tanquam in microcoſmo: Logici denique, artificioſam ordinis definitivi dialyſin, magnâ cum utilitate & facilè haurire poterunt. Baſileæ, apud Joh. Oporinum, 1561, in fol.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 1012 sur 1339

©BIUM

In Galeni Librum, de Conſtitutione Artis Medicæ, Tabulæ & Commentarii. Ex quibus rationem inveniendi & conſtituendi Artem quālibet, juxta Reſolutivi ordinis leges (cujus natura, ars & uſus multis jam ſæculis latuit) ſtudioſus Lector facili negotio depromet. Baſileæ, apud Joh. Oporinum, 1561, in fol.

Hippocratis Coi viginti duo Commentarii Tabulis illuſtrati: Græcus contextus ex doctiſſ. V V. Codicibus emendatus. Latina verſio Jani Cornarii innumeris locis correcta. Sententiæ inſignes per locos communes methodicè digeſtæ. Baſileæ, ap. Epiſcopios, 1579, in fol. Eſt autem hic

Commentariorum Hippocratis Tabulis illuſtratorum Elenchus:

Περὶ Τέχνης.	De Arte.
Περὶ Ἀρχαίης ἰητρικῆς.	De Veteri Medicina.
Νόμος.	Lex.
Ὅρκος.	Jusjurandum.
Περὶ Ἰητροῦ.	De Medico.
Περὶ Εὐσχημοσύνης.	De Elegantia.
Παραγγελίαι.	Præceptiones.
Περὶ Σαρκῶν, ἢ μᾶλλον, περὶ Ἀρχῶν.	De Carnibus, *ſeu potius*, De Principiis.
Περὶ Γονῆς.	De Genitura.
Περὶ Φύσιος παιδίου.	De Natura Pueri.
Περὶ Ἑπταμήνου.	De Septimeſtri.
Περὶ Ὀκταμήνου.	De Octimeſtri.
Περὶ Αἰῶνος.	De Ætate.
Περὶ Φύσιος ἀνθρώπου.	De Natura humana.
Περὶ Ἀέρος, ὑδάτων, τόπων.	De Aëre, Aquis, Locis.
Περὶ Φυσῶν.	De Flatibus.
Περὶ Τροφῆς.	De Alimento.
Περὶ Τόπων, τῶν κατ' ἄνθρωπον.	De Locis in homine.
Περὶ Ἀδένων.	De Glaudulis.
Περὶ Διαίτης βιβλία τρία.	De Diæta Libri, tres.
Περὶ Ἐνυπνίων.	De Inſomniis.
Περὶ Ὑγρῶν χρήσεος.	De Humidorum uſu.

His ad Johannem Cratonem V. Cl. Præfationem præmiſit. In qua Librorum Hippocrateorum Diſpoſitionem, & argumenti ſingulorum velut indicationem per Tabulas explicuit.

Phyſiologia Medica, eleganti ordine conſcripta, rebuſque ſitu digniſſimis, Theophraſti item Paracelſi totius ferè Medicinæ dogmatibus illuſtrata. Baſileæ, apud Sebaſtianum Henric-Petri, 1610, in 8.

Metho-

Methodus ruſtica Catonis atque Varronis Præceptis Aphoriſticis per Locos communes digeſtis, typicè delineata, & illuſtrata. Baſileæ, apud Petr. Pernam, 1576, in 8.

Conſilia & Epiſtolæ quædam Medicæ. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

Petri de Bayro, de Medendi humani corporis Malis, Encheiridō, edidit. Addito ejusdem Autoris Tractatu de Peſte. Extat apud Eundem Bayro.

⊙ THEODORUS ZWINGERUS, *Jun.*

Obſervatio de Excreſcentia carnea uterina. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios Germ. Decur. II. Ann. II. N. 186.

THEOMNESTUS

De Mulomedicina Capita aliquot. Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi ſunt Græcè quidem Baſileæ, apud Joh. Valderum, 1537, in 4. Latinè autem ex interpretatione Johannis Ruellii, Pariſiis, apud Simonem Colinæum, 1530, in fol.

De Re Ruſtica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, ſeu, de Re Ruſtica ſelectorum Lib. XX. Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Johan. Alex. Braſſicani operâ in lucem editis Baſileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

THEON

Fragmentum unum. Extat apud Aëtium Amidenum, ſcilicet, Vini purgantis bilem præparatio, Tetrab. 1, Serm. 3, Cap. 58.

⊙ THEOPHILUS BONETUS

Sepulchretum, ſive, Anatomia Practica ex Cadaveribus morbo denatis, proponens Hiſtorias & Obſervationes omnium penè humani corporis affectuum, ipſorumque cauſas reconditas revelans. Quo nomine tam Pathologiæ genuinæ, quàm Noſocomiæ orthodoxæ fundatrix, imò Medicinæ Veteris ac Novæ Promptuarium dici meretur. Opus omnium Medicinæ & Anatomiæ Cultorum votis hactenus expetitum ſummoq; labore decerptum ac congeſtum. Tomus Primus affectus Capitis ac Pectoris continet. Tomus Secundus continet affectus imi Ventris, & reliqui corporis. Genevæ, apud Leonhardum Chovet, 1679, in fol.

Pharos Medicorum, hoc eſt, Cautiones, Animadverſiones, & Obſervationes Practicæ, ex Operibus Guilielmi Ballonii erutæ, ordini Practico traditæ & Libris decem comprehenſæ. Genevæ, apud Franciſcum Miege, 1668, in 12.

Prodromus Anatomiæ Practicæ, ſive, de Abditis Morborum Cauſis, ex Cadaverum diſſectione revelatis, Libri Primi Pars Prima, de Doloribus Capitis, ex illius apertione manifeſtis. Genevæ, apud Franciſcum Miege, 1675, in 8.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 1014 sur 1339

©BIUM

Theod. Turqueti, de Mayerne, Tractatum de Arthritide unà cum Ejusdem aliquot Consiliis Medicinalibus è Gallico in Latinum versis emisit. Genevæ, 1671, in 12. Ibid. apud Eundem, 1674, in 12. Londini, 1676, in 8.

Jacobi Rohaultii Tractatum Physicum ex Gallico Latinum fecit. Genevæ, 1674, in 8.

Mercurius Compitalitius, sive, Index Medico-Practicus, per Decisiones, Cautiones, Animadversiones, Castigationes, & Observationes, in singulis Affectibus præter naturam, & Præsidiis Medicis, Diæteticis, Cheirurgicis & Pharmaceuticis, ex probatissimis Practicis, priscis & neotericis depromptas, veram & tutam Medendi viam ostendens. Accessit Appendix de Medici Munere. Genevæ, apud Leonhardum Chovet & Socium, 1682, in fol.

Medicina Septentrionalis Collatitia, sive, Rei Medicæ nuperis annis à Medicis Anglis Germanis & Danis emissæ Sylloge & Syntaxis. Exhibens Observationes Medicas. In quibus nova, abdita, admirabilia, & monstrosa Exempla adducuntur. Circa Ægritudinum Causas, Signa, Eventus, Curationes præterea admirandæ proponuntur. Cum Indicibus & Figuris necessariis. Genevæ, apud Leonhardum Chovet & Socium, 1684, in fol.

THEOPHILACTUS SIMOCATUS

Naturalium Quæstionum, Dissertatio. Græcè. Lugduni Batavorum, apud Johan. Patium & Johan. Balduinum, 1596, in 12. Græco-Latine, apud Commelinum, 1600, in 8. cum ejusdem, quæ reperiri potuerunt, reliquiis.

THEOPHILUS, *aliàs* PTOLOTHÆUS *aut* PHILOTHEUS

Vixit A. C. circiter 170. Justus in Chronol. Medic.

De exacta recrementorum Vesicæ cognitione, Commentariolus. Albano Torino interprete. Basil. apud Henr. Petri, 1533, in 8. Cum Philareti, de Pulsuum scientia, Libello. Paris. 1567, in fol.

De Urinis Liber singularis. Federicus Morellus ex Bibliotheca Regia nunc primùm prodeuntem Latinè vertit. Lutetiæ, apud Federicum Morellum, 1608, in 12. Græco-Latine.

THEOPHILUS de GARANCIERS

Flagellum Angliæ, seu, Tabes Anglica, numeris omnibus absoluta. Londini, apud Withakerum, 1647, in 12.

THEOPHILUS KENTMANN, *Misnienſis*

De Exhalationibus fumosis & vaporosis, flatuosisque spiritibus in Macrocosmo & Microcosmo existentibus, Tractatus Philosophicus & Medicus. Halæ Hermandurorum, 1591, in 4.

THEOPHILUS MADER

Thomæ Erasti, Disputationum & Episto-

Epistolarum Medicinalium Volumen edidit.

⊙ THEOPHILUS NEANDER

Heptas Alchymica. Hallæ, 1621, in 8.

THEOPHILUS PROTOSPATHARIUS

Medicus Græcus. Claruit post Galenum. Wolfg. Justus in Chronol. Medicorum.

☽ De Corporis humani Fabrica, Libri quinque. Græcè. Parisiis, apud Guil. Merelium, 1555, in 8. A Junio Paulo Crasso, *Patavino*, in Latinam orationem conversi. Hippocratis præterea Coi de Purgatoriis Medicamentis, Libellus. Venet. apud Octavianum Scotum, 1536, in 8. Parisiis, apud Conradum Neobarium, 1540, in 16. Extat etiam cum Medicis Græcis antiquis. Basileæ, 1581, in 4.

THEOPHILUS RAYNAUDUS, *Laspitellensis, è Soc. Jesu*

De Ortu Infantium, contra naturam, per sectionem Cæsaream. Ejusdem Error popularis de Communione pro Mortuis. Lugduni, 1647, in 8.

⊙ De Incorruptione Cadaverum. Aven. 1665, in 8.

THEOPHRASTUS

Lesbius. Laërt. vero, in 5, Eresius. Sic ab Aristotele, antea Euphrastus ob oris & Eloquentiæ suavitatem, & Tyrtamus dictus. Habuit Discipulos ad duo millia. C. Plinio major, 490 annis: primo, qui à Magni Alexandri ætate scripsit. Vixit A. M. 3652, aliis 3644 A. ante C. 310, aliis, 318, Justus in Chronol. Medic.

De Historia Plantarum, Libri decem. De Causis Plantarum, Libri sex. Græcè. Venet. apud Aldum Manutium, 1479, in fol. His addita sunt, Aristotelis Problematum Sectiones duodequadraginta. Alexandri Aphrodisiensis Problematum Libri duo. Aristotelis Mechanicorum Liber unus. Ejusdem Metaphysicorum Libri quatuordecim. Theophrasti Metaphysicorum Liber unus. Venet. apud Aldum, 1497, apud Aldi Filios, 1552, in 8. In hac editione continentur: Theophrasti Vita ex Diogene. De Historia Plantarum Lib. x. De Causis Plantarum Lib. vi. De Igne Liber unus. De Senibus Liber unus. De Ventis Liber unus. De Piscibus Liber unus. De Vertiginibus Liber unus. De Odoribus Liber unus. De Sudoribus Liber unus. De Lapidibus Liber unus. De Signis Aquarum, & Ventorum, & Flatuum, & de Signis Tempestatis atque Tranquillitatis, & de positionibus nominibusque Ventorum, Liber unus. Metaphysices Liber unus. Characterum Liber unus. Philonis, de Mundo, Liber unus. Latinè, Theodoro Gazâ interprete. Basileæ, apud Cratandrum, 1550, in fol. Parisiis, apud Ægidium Gourmoncium, 1529, in 8. Græcè & Latinè, cum Notis Johan. Bodæi à Stapeln, Julii Cæs. Scaligeri, & Roberti Constantini. Amstelædami.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 1016 sur 1339

©BIUM

dami, apud Henricum Laurentium, 1644, in fol.

Opera, quæ quidem à tot ſæculis adhuc reſtant, omnia: ſummo ſtudio partim hinc inde conquiſita, atque in unum veluti corpus nunc primùm redacta: partim à multis, quibus etiam hactenus ſcatebant, mendis, doctorum virorum induſtriâ ac meliorum exemplarium ope repurgata. Græcè. Baſileæ, apud Johan. Oporinum, 1541, in fol. Hieronymus Gemuſæus Præfationem in hæc adſcripſit. Græco-Latine. Lugduni Batavorum, apud Johan. Orlers, Andr. Cloucq, & Joh. Maire, 1613, in fol. Daniel Heinſius hujus edit. Textum Græcum locis infinitis partim ex ingenio, partim è Libris emendavit, hiulca ſupplevit, malè concepta recenſuit, interpretationem paſſim interpolavit.

Pleraq; antehac Latinè nunquam, nunc Græcè & Latinè ſimul edita. Interpretibus Daniele Furlano, *Cretenſe*, & Adriano Turnebo. Acceſſerunt, Liber de Innato Spiritu, Ariſtoteli attributus, & Danielis Furlani uberes ad omnia Commentarii. Ex Bibliotheca Johannis Vincentii Pinelli. Hanoviæ, apud Claudium Marnium, & Hæredes Joh. Aubrii, 1605, in fol.

Librorum, Fragmentorumque hoc Volumine contentorum Syllabus:

De Lapidibus, Daniele Furlano interprete.
De Signis Pluviarum.
De Signis Ventorum.
De Signis Tempeſtatis.
De Signis Serenitatis.
De Igne, Adriano Turnebo interprete.
De Odoribus.
De Sudoribus, Daniele Furlano interprete.
De Vertigine.
De Laſſitudinibus.
De Piſcibus in ſicco degentibus.
De Animalibus, quæ colorem mutant.
De Nervorum reſolutione.
De Animi defectione.
De Animalibus, quæ repente apparent.
De Animalibus, quæ dicuntur invidere.
De Melle.
Notæ morales, eodem interprete.
De Innato Spiritu, Liber, Ariſtoteli attributus.

De Cauſis Plantarum, Liber primus. Græcè. Pariſ. ap. Vaſcoſanum, 1550, in 4.

De Subfruticibus, Herbisque, ac Frugibus, Libri quatuor, Theodoro Gazâ interprete. Argentorati, apud Henricum Sybold, in 8.

De Sudoribus & Vertigine Græco-Latine, cum Annotationibus Bonaventuræ Grangenii. Pariſiis, 1576, in 8.

⊙ Libelli duo: Unus de Igne: alter de Odoribus, interprete Adriano Turnebo, ſeorſim editi ſunt Harder-vici, 1656, in 12.

⊙ THEOPHRASTUS VERIDICUS

Scotus Plicomaſtix, ſeu, de Plicæ è Mor-

è Morborum numero Ἀποσπαρμία. Dantiſci, 1668, in 4.

THIERRY de HERY

Luis Venereæ curandæ Methodus. Lutetiæ, apud Matthæum Davidem, in 8. 1632. 1634.

THOMAS de AGUIAR

Apologia contra Ilefonſum Nunez. Marcenæ, 1621, in 4.

THOMAS AQUINAS

☽ Secreta Alchimiæ magnalia, de Corporibus ſupercœleſtibus, & quòd in inferioribus inveniantur, & quoquo modo extrahantur: de Lapide minerali, animali, & plantali. Item Theſaurus Alchimiæ ſecretiſſimus, quem dedit Fratri ſuo Reinaldo. Acceſſit Johannis de Rupeſciſſa Liber Lucis, ac Raimundi Lullii Clavicula, & Apertorium. Omnia operâ Danielis Brouchviſii in lucem edita. Cum Præfatione Johannis Heurnii. Coloniæ Agrippinæ, apud Nicolaum Bohmbargen, 1579, in 4. Lugduni-Batavorum, apud Thomam Baſſon, 1598, in 8. Extat etiam cum Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Liber, Lilii Benedicti nuncupatum. Extat Volumine quinto ejusdem Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Tractatus ſextus de Eſſe & Eſſentia Mineralium tractans. Extat eodem Volumine quinto Theatri Chemici.

Aurora, ſive, Aurea hora. Ejusdem Comment. ſuper Turbam Philoſophorum breviorem, ut dicitur. Extant Decade 11. Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ à Johan. Rhenano collectæ. Francof. apud Conr. Eifridum, 1625, in 8.

THOMAS AUBEL

Georgii Rivetti, Tractatum de Peſte, ex Italica, in Latinum Linguam tranſtulit.

THOMAS BARTHOLINUS

⊙ *Natus Hafniæ A. C. 1616, Patre Caſparo Bartholino: confectis maximam partem itineribus, Baſileæ 1645 Medicinæ Doctor creatus, & proximè ſtatim inſequente anno in Profeſſorum Regiorum Hafn. numerum receptus, & Anatomiam imprimis docere juſſus eſt: quo tempore varia Anatomica antea non viſa, imprimis Ductum Thoracicum in homine, & Vaſa Lymphatica primus invenit: tandem 1661 rude donatus, Honorarii Profeſſoris titulum meruit. Obiit Hafniæ A. C. 1665, ætatis ſuæ 49, relictis Filiis, Caſparo & Thomâ, utroq; Med. Doctore celebri.*

☽ Anatomia, ex Caſpari Bartholini, Parentis, Inſtitutionibus, omniumque Recentiorum, & propriis Obſervationibus primùm locupletata. Lugduni Batavorum, apud Franc. Hackium, 1641, in 8. Secundùm, apud Eundem, 1645, in 8. Tertium ad Sanguinis Circulationem reformatum, additis Iconibus novis accuratiſſimis, Ibidem, apud Eundem, 1651, in 8.

©BIUM

in 8. Hagæ-Comitis, 1655, in 8. Ibidem, 1660, in 8. Ibidem, apud Adrianum Ulacq, 1663, in 8. Cui Editioni accessit Appendix Thomæ Bartholini de Lacteis Thoracicis & Vasis Lymphaticis, Lugduni Batavorum & Roterodami, ex Officina Hackiana, 1669, in 8. Nuncque iterum ad Circulationem Harvejanam & Vasa Lymphatica renovata. Cum Iconibus novis & Indicibus. Ibidem, ex ead. 1673, in 8. Lugduni Gallorum, 1676, in 4.

Anatomica Anevrismatis dissecti Historia. Accedit Joh. van Horne, ejusdem Argumenti, Epistola. Panormi, apud Alphonsum de Isola, 1644, in 8.

☽ De Lacteis Thoracicis in Homine Brutisque nuperrimè observatis, Historia Anatomica. Hafniæ, apud Melch. Martzam, 1652, in 4. Londini, apud Oct. Pulleyn, 1652, in 8. Parisiis, 1653, in 8. Genevæ, 1654, in 8. Lugduni-Batavorum & Ultrajecti, 1654, in 12. Extat etiam cũ Siboldi Hemsterhuis Messe Aureâ. Heidelbergæ, apud Adrianum Wyngärden, 1659, in 8. Itemque cum ejusdem Thom. Bartholini Opusculis novis Anatomicis de Lacteis Thoracicis & Lymphaticis Vasis uno Volumine comprehensis. Hafniæ, 1670, in 8.

☽ Vasa Lymphatica nuper Hafniæ in Animantibus inventa, & in Homine: & Hepatis Exequiæ. Hafniæ, ap. Georg. Holst, 1653, 1654, in 4. Parisiis, 1653. in 8. Extant etiam cum Siboldi Hemsterhuis Messe Aurea. Heidelbergæ, apud Adrianum Wyngärden, 1659, in 8. Itemq; cum ejusdem Thom. Bartholini Opusculis novis Anatomicis de Lacteis Thoracicis & Lymphaticis Vasis uno Volumine comprehensis. Hafniæ, apud Danielem Pauli, & Amstelodami, ap. Joh. Blaeu, 1670, in 8.

⊙ Historia nova Vasorũ Lymphaticorum. Extat etiam cum Danielis le Clerc & J. Jac. Mangeti Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

☽ Dubia Anatomica, de Lacteis Thoracicis, & an Hepatis Funus immutet Medendi Methodum. Hafniæ, apud Melch. Martzam, 1653, in 4. Parisiis, 1653, in 8. Extat etiam cum Siboldi Hemsterhuis Messe Aurea. Heidelbergæ apud Adrianum Wyngärden, 1659, in 8. Iterumque cum ejusdem Thomæ Bartholini Opusculis novis Anatomicis de Lacteis Thoracicis & Lymphaticis Vasis uno Volumine comprehensis. Hafniæ, 1670, in 8.

Oratio de Monstris in Natura & Medicina. Basil. apud Deckerum, 1645, in 4.

Dissertatio Oratoria, de variis Reipublicæ Christianæ Morbis, & placidis eorum Remediis. Haffniæ, apud Martzam, 1649, in 4.

⊙ Commentarius in Marc. Aurelii Severini Tractatum de Pædanchone. Extat cum ejusdem Severini Therapevta Neapolitano, seu Curandarum Febrium & Morborum Internorum Methodo. Neapoli, 1653, in 8.

⊙ De

☉ De Unguento Armario. Extat cum Theatro Sympathetico aucto variorum Authorum. Noribergæ, apud Johan. Andreæ & Wolffgang. Jun. Endterorum Hæredes, 1662, in 4.

☉ Observatio de diuturna Graviditate. Extat cum Collectaneis de diuturna Graviditate. Amstelodami, apud Petrum van den Berge, 1662, in 12.

☽ Defensio Vasorum Lacteorum & Lymphaticorum, adversus Johan. Riolanum, Celeberrimum Lutetiæ Anatomicum. Accedit Cl. V. Guilielmi Harvei de Venis Lacteis Sententia expensa. Hafniæ, apud Georg. Holst. & Melch. Martzam, 1655, in 4. Extat etiam cum ejusdem Thom. Bartholini Opusculis novis Anatomicis de Lacteis Thoracicis & Lymphaticis Vasis uno Volumine comprehensis. Haf. 1670, in 8.

☽ De Luce Animalium, vel, ut postremæ Editionis titulus habet, de Luce Hominum & Brutorum Libri III. admirandis Historiis, rationibusque novis referti. Lugduni Batavorum, apud Franc. Hackium, 1647, in 8. Hafniæ, 1663, in 8. Ibidem, apud Petrum Hauboldum, 1669, in 8. Quib» duobus postremis editionibus emendatioribus, & ab ipso Authore recognitis accedit Conradi Gesneri, de raris & admirandis Herbis, quæ, sive, quòd noctu luceant, sive, alias ob causas, Lunariæ nominantur, & obiter de aliis etiam rebus, quæ in tenebris lucent, Commentariolus: cum Iconibus quibusdam Herbarum novis.

Historiarum Anatomicarum & Medicarum rariorum Centuria I, & II. Hafniæ, apud Petrum Hauboldt, & Melch. Martzam, 1654, in 8.

☽ Historiarum Anatomicarum rariorum Centuria III. & IV. Accesserе ejusdem Bartholini curâ Observationes Anatomicæ Cl. Viri Petri Pawi. Ibidem, apud Petrum Hauboldum, 1657, in 8. Conjunctim prodiere Hagæ Comitis, apud Adrian. Ulacq.

Historiarum Anatomicarum & Medicarum rariorum Centuria V. & VI. Accessit Johannis Rhodii Mantissa Anatomica. Hafniæ, apud Henr. Gödianum, 1661, in 8.

Vindiciæ Anatomicæ, Cl. Viro, Caspаro Hoffmanno, aliisque oppositæ, cum Animadversionibus, in Anatomica Hoffmanni. Haffniæ, ap. Melch. Martzam, 1648, in 4.

☽ Oratio in Excessum Viri Incomparabilis, Dom. Olai Wormii, Medicinæ Professoris Regii. Haffn. 1655, in 4. Extat etiam cum ejusd. Thom. Bartholini Orationibus varii argumenti. Ibidem, apud Daniel. Paulli, 1668, in 8.

De Secundarum retentione. Haffn. 1657, in 4.

☽ Oratio in obitum Dn. Henrici Fuiren, Medici. Ibid. 1659, in 8. Extat etiam cum ejusdem Thom. Bartholini Orationibus varii argumenti. Ibidem, apud Daniel. Paulli, 1668, in 8.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 1020 sur 1339

©BIUM

☽ De Cruce Christi, Hypomnemata IV. I. de Sedili medio. II. de Vino myrrhato. III. de Carona spinea. IV. de Sudore sanguineo. Haffn. 1651, in 8. Extant etiam revisa cum Lipsi & aliorum Tractatibus de Cruce. Amstel. 1671, in 12.

⊙ Opuscula nova Anatomica, de Lacteis Thoracicis & Lymphaticis Vasis, uno Volumine comprehensa, & ab Authore aucta atque recognita. Haffniæ, apud Danielem Paulli, & Amstelodami, apud Johan. Blaeu, 1670, in 8. Continentur autem his Opusculis

I. De Lacteis Thoracicis in Homine Brutisq; observatis Historia Anatomica.

II. Vasa Lymphatica, Haffniæ in Animantibus inventa, & Hepatis Exsequiæ.

III. Dubia Anatomica de Lacteis Thoracicis, & an Hepatis Funus immutet Medendi Methodum.

IV. Vasa Lymphatica, in Homine inventa.

V. Defensio Vasorum Lacteorum & Lymphaticorum adversus Joh. Riolanum.

VI. Dissertatio Anatomica de Hepate defuncto novis Bilsianorum Observationibus opposita.

VII. De Lacteis Venis, Sententia Guilielmi Harvei, expensa ab Authore.

VIII. Spicilegium I. de Vasis Lymptaticis, ubi Glissonii & Pecqueti sententiæ expenduntur.

IX. Spicilegium II. ex Vasis Lymphaticis, ubi Backii, Catterii, Le Noble, Tardii, Wartoni, Charletoni, Bilsii &c. sententiæ examinantur.

X. Responsio de Experimentis Anatomicis Bilsianis, & Difficili Hepatis Resurrectione.

XI. De Hepatis exautorati desperatâ causâ, cum præcipuis eruditæ Europæ Medicis, Concertatio.

Hæc dubia Anatomica maximam partem etiam extant cum Daniel. le Clerc & J. Jac. Mangeti Bibliotheca Anatomica. Genevæ, ap. Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

☽ Observationes Anatomicas selectiores Petri Pawi edidit, extantque cum Centuriâ III & IV. suarum Historiarum Anatomicarum rariorum. Haffniæ, apud Petrum Hauboldum, 1657, in 8.

☽ De Angina Puerorum Campaniæ Siciliæque epidemicâ, Exercitationes, sive, Commentarius in Marc. Aurel. Severini Pædanchonen. Accessit de Laryngotomia Renati Moreau, *Parisiensis*, Epistola. Neapoli, 1653, in 8. Paris. apud Olivarium de Varennes, 1646, in 8.

☽ De Unicornu, Observationes novæ. Accesserunt de Aureo Cornu Olai Wormii eruditorum Judicia. Patavii, apud Jul. Cribellium, 1645, in 8. Amstelodami, 1677, in 12. quæ secunda Editio auctior & emendatior prodiit operâ Caspari Bartholini, Filii.

Dissertatio de Latere Christi aperto. Lugd. Batav, apud Johan. Maire, 1646, in 8.

☽ Synopsis Antiquitatum Veteris puer-

puerperii. Haffn. apud M. Martzan. 1646, in 8. Amſtelodami, ap. Henricum Wetſtenium, 1676, in 12. quæ Editio à Filio Caſparo Bartholino, Commentario illuſtrata, & cum Patris, Thomæ Bartholini, Epiſtolâ ad Filium aucta eſt.

☽ Schedion de Armillis Veterum. Ibid. 1647, in 8. Amſtelodami, apud Henricum Wetſtenium, 1676 in 12: cui Editioni Figuris æneis illuſtratæ acceſſit Olai Wormii de Aureo Cornu Danico ad Licetum Reſponſio, cum ejus brevi Deſcriptione & Eruditorum Judiciis.

⊙ Epiſtola ad Filium, Caſparum Bartholinum, de Puerperio Veteri. Haffn. 1675, in 4.

Collegium Anatomicum Diſput. XVIII. cdornatum. Haffn. 1651, in 4.

☽ Paralytici N. T. Medico & Philologico Comentario illuſtrati. Ibid. 1653, in 4. Baſileæ, apud Johann. König, 1662, in 8. Lipſiæ, apud Joh. Chriſtian. Wohlfartium, 1685, in 8.

☽ Diſpenſatorium Haffnienſe, à Medicis Haffnienſibus adornatum, & à Thom. Bartholino publici juris factum. Haffniæ, 1658, in 4.

☽ Spicilegium primum ex Vaſis Lymphaticis, ubi Gliſſonii & Pecqueti ſententiæ expenduntur. Haffniæ, 1655, 1658, in 4. Roſtochii, apud Joachimum Wildium, 1660. in 4. Amſtelodami, apud Petrum van den Berge, 1661, in 12. Extat etiam cum ejusdem Thom. Bartholini Opuſculis novis Anatomicis de Lacteis Thoracicis & Lymphaticis Vaſis, uno Volumine comprehenſis. Haffn. 1670, in 8.

⊙ Spicilegium ſecundum ex Vaſis Lymphaticis, ubi Cl. Vir. Backii, Cattierii, le Noble, Tardii, Wartoni, Charletoni, Bilſii &c. ſententiæ expenduntur. Publicè propoſitum, Reſpondente Friderico Hammerico, *Altenburgo-Miſnico.* Amſtelodami, ap. Petrum van den Berge, 1660, in 12.

⊙ Spicilegia bina ex Vaſis Lymphaticis, ubi Clariſſ. Virorum Pecqueti, Gliſſonii, Backii, Cattierii, le Noble, Tardii, Wartoni. Charletoni, Bilſii, &c. ſententiæ examinantur. In Academia Hafnienſi Regia publico Eruditorum examini propoſita. Amſtelædami, apud Petrum van den Berge, 1661, in 12. Extant etiam cum ejusdem Thom. Bartholini Opuſculis novis Anatomicis de Lacteis Thoracicis & Lymphaticis Vaſis uno Volumine comprehenſis. Hafniæ, 1670, in 8.

De Nivis uſu medico, Obſervationes variæ. Acceſſit Eraſmi Bartholini de Figura Nivis, Diſſertatio. Haffniæ, apud Petrum Hauboldum. 1661, in 8.

⊙ Catalogus Operũ ſuorum hactenus editorum. Extat cum Obſervationibus variis de Nivis Uſu Medico. Haffniæ, apud Petrum Hauboldum, 1661, in 8.

⊙ Diſſertatio Anatomica, de Hepate defuncto, novis Bilſianorum Obſervationibus oppoſita. Haffniæ ap. Petrum Hauboldum, 1661, in 8. Ex-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 1022 sur 1339

©BIUM

tat etiam cum ejusdem Thom. Bartholini Opusculis novis Anatomicis de Lacteis Thoracicis & Lymphaticis Vasis uno Volumine comprehensis. Haffn. 1670, in 8.

⊙ Responsio de Experimentis Anatomicis Bilsianis, & difficili Hepatis Resurrectione. Haffniæ, ap. Petr. Hauboldum, 1661, in 8. Amstelodami, apud Petrum van der Berge, 1661, in 12. Extat etiam cum ejusdem Thom. Bartholini Opusculis novis Anatomicis de Lacteis Thoracicis & Lymphaticis Vasis uno Volumine comprehensis. Haffniæ, 1670, in 8.

⊙ Domus Anatomica Haffnienſis brevissimè descripta. Extat cum ejusdem Thom. Bartholini Cistâ Medica Hafnienſi. Haffniæ, apud Petr. Haubold. 1662, in 8.

⊙ Epistolarũ Medicinalium à Doctis vel ad Doctos scriptarum Centuria I. & II. Haffniæ, ap. Petr. Haubold. 1663, in 8.

⊙ Epistolarum Medicinaliũ Centuria III. Historiis Medicis, aliisque ad rem Medicam spectantibus plena. Ibid. ap. Eund. 1667, in 8.

⊙ Epistolarum Medicinalium Centuria IV. variis Observationibus curiosis & utilibus referta. Ibidem, ap. Eund. anno & formâ eâdem.

⊙ De Medicina Danorũ domesticâ, Dissertationes decem, scil.

I. De Medicina Danorum indigena.
II. De Medicis Danorum Inventis.
III. De Morbis Danorum curandis.
IV. De Morborum Daniæ populorum Remediis inquilinis.
V. De Pharmacopœa Danicâ.
VI. De Victu Danorum domestico: de Potu Danorum domestico.
VIII. De Medicorum Danorum dignitate.
IX. De Erroribus Danorum in Medicina, & Diæta.
X. De Erroribus Danorum circa Medicos. Quibus accedunt Vindiciæ pro Medicina Danorum: ut & Additamenta ad eorundem Medicinam. Haffn. 1666, in 8.

⊙ Cista Medica Hafnienſis, variis Consiliis, Curationibus, Casibus raris, Vitis Medicorum Hafnienſium, aliisque ad rem Medicam, Anatomicum, Botanicam & Chymicam spectantibus referta. Accedit Ejusdem Domus Anatomica brevissimè descripta. Haffn. ap. Petr. Haubold. 1662, in 8.

⊙ De Cometa, Consiliũ Medicum, cum Monstrorum nuper in Dania natorum Historia. Haffn. ap. Petr. Haubold. 1666, in 8.

⊙ De Hepatis exautorati desperata Causa, cum præcipuis eruditæ Europæ Medicis, Concertatio. Accessere Erasmi Bartholini, de Poris Corporum, & Consvetudine, Quæstiones Academicæ. Haffn. ap. Daniel. Paulli, 1666, in 8. Extat etiam cum ejusdem Thom. Bartholini Opusculis novis Anatomicis de Lacteis Thoracicis & Lymphaticis Vasis, uno Volumine comprehensis. Haffn. 1670, in 8.

⊙ De Cerebri substantia pingui & Oculo-

Oculorum Suffuſione, ad Franciſc. Joſeph. Burrhum. Hafniæ, 1669, in 4.

⊙ De Medicis Poetis, Diſſertatio. Hafniæ, apud Daniel. Paulli, 1669, in 8.

⊙ De Bibliothecæ Incendio, Diſſertatio ad Filios. Haffn. ap. Petr. Haubold. 1670, in 8.

⊙ Diſcurſus, de Tranſplantatione Morborum. Extat cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Johan. Andr. Endterum, & Wolffgang. Jun. Hæredes, 1662, in 4.

⊙ Epiſtola, de ſimplicibus Medicamentis inquilinis cognoſcendis, præfixa Hermanni Grube Commentario de Modo ſimplicium Medicamentorum facultates cognoſcendi. Haffn. & Francof. apud Danielem Paulli, 1669, in 8.

⊙ Epiſtola, de Tranſplantatione Morborum, prefixa Hermanni Grube Commentationi de Arcanis Medicorum non Arcanis. Haffn. ap. Daniel. Pauli, 1673, in 8.

⊙ De Inſolitis Partus humani Viis, Diſſertatio nova. Accedunt Johan. Veslingii de Pullitione Ægyptiorum & aliæ Ejusdem Obſervationes Anatomicæ & Epiſtolæ Medicæ poſthumæ. Haffn. ap. Petr. Haubold. 1664, in 8.

⊙ Diſquiſitio Medica, de Sanguine vetito, cum Cl. Salmaſii Judicio. Francofurti, ex Officina Haffnienſi apud Petrum Hauboldum, 1673, in 8.

⊙ Orationes varii argumenti, Haffniæ, apud Danielem Paulli, 1668, in 8.

⊙ Diſſertatio, de Cygni Anatome, ejusque Cantu, primum Diſputationis formâ à Johan. Jacobo Bewerlino in Academia Hafnienſi propoſita & typis exſcripta Lamprechtianis, Haffniæ, 1650, in 4. poſtea verò Notulis quibusdam auctior edita ex Schedis paternis à Caſp. Bartholino, Thomæ Fil. Haffniæ, apud Daniel. Paulli, 1668, in 8.

⊙ De Peregrinatione Medica, ad Oligerum Jacobæum & Filios, Caſparum & Chriſtophorum Bartholinos. Hafn. apud Danielem Paulli, 1674, in 4.

⊙ De Anatome Practica, ex Cadaveribus morboſis adornandâ, Conſilium, cum Operum Autoris hactenus editorum Catalogo. Haffn. apud Petr. Haubold. 1674, in 4.

⊙ De Sanguinis Abuſu. Diſputatio. Extat cum Chriſtiani Theophili, de Sanguine vetito, Diſquiſitione ulteriore pro Thom. Bartholino. Francofurti, ex Officina Hafnienſi Petr. Haubold. 1676, in 8.

⊙ Acta Medica & Philoſophica Haffnienſia Ann. 1671 & 1672. cum æneis Figuris. Haffn. ſumptibus Petri Hauboldi, typis Georg. Gödiani, 1673, in 4.

⊙ Acta Medica & Philoſophica Hafnienſia A. 1673. Figuris æneis ornata. Volumen II. Ibid. ap. Eundem, 1675, in 4.

⊙ Acta Medica & Philoſophica Hafnienſia A. 1674. 1675. 1676. Figuris æneis illuſtrata. Volumen III. & IV.

©BIUM

& IV. Ibidem, apud Eundem, 1677, in 4.

⊙ Acta Medica & Philoſophica Hafnienſia A. 1679. Acceſſerunt Figuræ æneæ. Volumen V. Ibid. apud Eund. 1680, in 4.

⊙ Joh. Henrici Meibomii, Patris, Henrici Meibomii Filii, Diſſertationem de Uſu Flagrorum in Re Medica & Venereâ, Lumborumque & Renum Officio edidit. Accedunt de eodem Renum officio Joachimi Olhafii & Olai Wormii Diſſertatiunculæ. Francofurti, ex Bibliopolio Haffnienſi, apud Danielem Paulli, 1670, in 8.

⊙ Johannis Rhodii Diſſertationes duas, de Acia, & de Ponderibus atq; Menſuris, ſecundis curis ex avtographo Autoris auctiores & emendatiores, cum Judiciis Doctorum, & Vitâ Celſi, edidit. Haffn. ap. Petr. Haubold. 1672, in 4.

⊙ De Pulmonũ Subſtantiâ & Motu, Diatribe. Accedunt Clar. Viri, Marcelli Malpighii de Pulmonib⁹, Obſervationes Anatomicæ. Haff. ap. Petr. Haubold. 1663, in 8. Lugd. Batavor. 1672, in 12.

⊙ Michaelis Lyſeri Cultrũ Anatomicum ſecundùm edidit, & Obſervationibus nonnullis variorum Medicorum, nempe ejusdem Lyſeri Henrici à Mönichen, Martini Bogdani & Jacobi Seidelii, ac ſuâ Præfatione, auxit. Ibidem, apud Eundem, 1665, in 8.

⊙ Alberti Bartholini, de Scriptis Danorum, Librum Poſthumũ auctiorem edidit. Haffn. ap. Petr. Haubold. 1666, in 8.

⊙ Epiſtola ad Johann. Daniel. Horſtium de Chirurgia Infuſoria. Extat cum Joh. Daniel. Horſtii Judicio de Chirurgia Infuſoria Johann. Daniel. Majoris. Francofurti, apud Georg. Fickwirt. 1665, in 12.

⊙ De Medico Perfecto. Haffniæ, 1671.

⊙ Diſſertatiuncula Præliminaris de Confectione Alkermes in diſpenſatione illius habita. Haffniæ, 1672, in 4.

⊙ De Morbis Biblicis, Miſcellanea Medica. Haffn. 1672, in 8.

⊙ De Flammula Cordis, Epiſtola: cum Jacobi Holſtii ejᵒdem argumenti Diſſertatione. Acceſſit de Carnibus lucentibus Danielis Puerarii Reſponſio. Haffniæ, ap. Daniel. Paulli, in 8. ſine expreſſione anni.

⊙ Liſetti Benancii Declarationem Fraudum & Errorum apud Pharmacopæos commiſſorum Latinitate donavit, & cum Johannis Anton. Lodetti Dialogo ejusdem argumenti edidit. Francofurti, ap. Juſtum Rächerum, 1667, in 8.

⊙ Diſſertationes II. de Theriaca, in Officina Chriſtophori Heerford. & Johannis Gottofredi Beckeri, Pharmacop. Reg. Aulic. 1. Februar. 1671. diſpenſata. Haffniæ, apud Petr. Haubold. in 4.

⊙ Mantiſſa ex Miſcellaneis Medicis de Annulis Aurium. Extat cum Caſpari Bartholini, Fil. de Inauribus Veterum Syntagmate. Amſtelodami, apud Henricum Wetſtenium, 1676, in 12.

⊙ Obſervat.

⊙ Observat. de Conceptu falso. Extat Ephemer. Natur. Cur. German. Ann. I. N. 1.
de Sirene Danica. Ibid. Ann. eod. N. 23.
de Ovo prægnante. Ibid. An. eod. N. 36.
de Ossium mollitie. Ibid. Ann. eod. N. 37.
de Herba Ossifragâ. Ibid. Ann. eod. N. 38.
de Sanguine Verminoso. Ibid. An. eod. N. 50.
de Hemicrânia periodica. Ibid. An. eod. N. 51.
de Naturæ robore in gravida. Ibid. An. eod. N. 52.
de Crystallo Islandico, Ibid. Ann. eod. N. 73.
ex Anatome Apoplecticorum. Ib. Ann. eod. N. 74.
de Morte subitaneâ. Ibid. Ann. eod. N. 101.
de Pilis demortuorum. Ibid. Ann. eod. N. 123.
de Nervorum sectione & Motu læso. Ibid. Ann. eodem, Num. 124.
de Asello hermaphroditico. Ib. An. eod. N. 125.
de Re medio evporisto ad gangræ-nam. Ibid. Ann. II. N. 2.
de Fœmina trimammiâ. Ibid. Ann. eod. N. 72.
de Cœcitate altero oculo læso. Ib. An. eod. N. 73.
de Dente suillo per biennium in Corpore. Ibid. Ann. eodem, Num. 74.
de Mola volatili, Ibid. Ann. eod. N. 160.
Observatio de Morte ex arteriæ cru-ralis læsione ad 14 dies dilatâ. Ibid. An. eod. N. 161.
de Diabete spuria. Extat. Ibid. An. eod. N. 162.
de Caseo ex lacte in Ventriculo coagulato. Ibid. Ann. eodem, N. 163.
de Opobalsami notis & succeda-neo, Ibidem, Ann. eodem, Num. 164.
de Febre ex Imaginatione. Ib. An. eod. N. 165.
de Visu inopinato in cœcitate re-stituto. Ibid. Ann. eod. Num. 166.

⊙ THOMUS BATHOLINUS, *Filius*

Observatio de variis miris circa gla-ciem Islandicam. Extat Act. Hafniens. Volum. I. N. 35.
de Vermibus in Aceto & Semine. Ibid. Volum. V. N. 7.

THOMAS BODERIUS, *Rothomagensis*

De ratione & usu Dierum Critico-rum, Opus recens natum. In quo mens tum ipsius Ptolemæi, tum alio-rum Astrologorum hâc in parte di-lucidatur. Cui accessit Hermes Tris-megistus de Decubitu Infirmorum, nunquam antea in lucem editus. Parisiis, apud Andr. Wechelum, 1555, in 4.

THOMAS BRONCO-RUS

De populari & pestilenti Gutturis affectione. Neapoli, 1622, in 4.

⊙ THOMAS

©BIUM

⊙ THOMAS BURNET, *Scoto-Britannus*

Thesaurus Medicinæ Practicæ, ex præstantissimorum Medicorum Observationibus, Consultationibus, Consiliis & Epistolis, summâ diligentiâ collectus, ordineque Alphabetico dispositus. Londini, ap. Robertum Boulter, 1673, in 4. Et nunc à Daniele Puerario auctus Observationibus selectissimis. Tomi II. Genevæ, apud Johann. Herm. Widerhold, 1878, in 12.

THOMAS BYETIUS

Observationes in Descriptionem Philippi Gæringi, & super natura & usu Fontium acidorum Pagi Spa, & ferrati Tungrensis. Extant cum ista Phil. Gæringi Fontium acidorum Descriptione. Leodii, apud Henricum Hovium, 1592, in 8.

THOMAS CAMPANELLA, *Stylensis*

Medicinalium, juxta propria principia, Libri septem. Lugd. apud Joh. Pillehotte, 1635, in 4.

De Sensu rerum, & Magia, Libri quatuor. Pars mirabilis occultæ Philosophiæ, ubi demonstratur, Mundum esse Dei vivam statuam, benèque cognoscentem: omnesque illius partes, partiumque particulas sensu donatas esse, alias clariori, alias obscuriori, quantus sufficit ipsarum conservationi ac totius, in quo consentiunt; & fere omnium Naturæ arcanorum rationes aperiuntur. Tobias Adami recensuit, & nunc primùm evulgavit. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1620, in 4. Correcti & aucti Paris. apud Dionysium Bechet, 1637, in 4.

Prodromus Philosophiæ instauratæ, id est, Dissertationis de Natura rerum, Compendium, cum Præfatione ad Philosophos Germaniæ. Francof. apud Johan. Bringer, 1617, in 4.

Apologia pro Galilæo, ubi disquiritur: utrum ratio Philosophandi, quam Galenus celebrat, faveat Scripturis sacris, an adversetur. Ibid. typis Kempffiis, 1622, in 4.

⊙ THOMAS CARTHUSIUS CALOPETRÆUS

Praxis Medica. Extat cum Georg. Hieronym. Velschii Consilior. Medicinal Centuriis IV. Ulmæ, ap. Christian. Balthasar. Kuenium, 1676, in 4. itemque cum Ejusdem Exotic. Curat. & Observation. Medicinal. Chiliad. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

THOMAS à CASTELLO OCHOA

De Venenis. Granatæ, 1645, in 4.

THOMAS CORNACCHINUS, *Aretinus*

Tabulæ Medicæ. In quibus ea fere omnia, quæ à principibus Medicis Græcis, Arabibus, & Latinis de Curationis apparatu, Capitis ac Thoracis Morbis, Febribus, Pulsibus, Urinis, scripta sparsim reperiuntur, methodo adeo absolutâ collecta sunt, ut & illa, & loci, unde sunt hausta, sub

ſub unum cadant oculorum obtutum. Additæ ſunt ejusdem, in pleraſque Tabulas, Adnotationes. Opus hoc ediderunt Marcus & Horatius FF. Patavii, apud Petrum Paulum Tozzium, 1605, in fol. Venet. ap. Societatem, 1607, in fol.

THOMAS CORNELIUS, *Conſentinus*

Progymnaſmata Phyſica, in ſeptem Exercitationes diviſa: ſcilicet 1, de Ratione Philoſophandi: 2, de Rerum Naturalium Initiis. 3, de Univerſitate: 4, de Sole: 5, de Generatione Hominis: 6, de Nutritione: 7, de Vita. Francofurti, ap. Thom. Matthiam Götzium, 1665, in 12. Lipſiæ & Jenæ, apud Tobiam Oehrlingium, 1683, in 12. Sed hæc Editio hunc habet titulum: Thomæ Cornelii Phyſiologia, peculiari ſtudio, novis atque hactenus inauditis, poſt alios, quæ ad perſpiciendam cognoſcendamque Hominis naturam ad amuſim conducere videntur, rationum ponderibus atque momentis illuſtrata &c. Idem tamen continet hæc Phyſiologia, quod illa Progymnaſmata, etiamſi titulus ſit diverſus.

Epiſtola ad Marcum Creſcentium, quâ Motuum, qui ob fugam Vacui fieri dicuntur, cauſa per circumpulſionem, ad mentem Platonis explicatur. Extat cum ejusdem Conſentini Progymnaſmatibus.

THOMAS ERASTUS

Natus Badenæ Helvetior. A. C. 1523, Parentibus tenuis fortunæ: creatusq. in Italia Medicinæ Doctor, reverſus in Germaniam, primùm aliquamdiu in Aula Principum Hennebergenſium vixit: deinde ab Electore Palat. Friderico II. Heidelbergam vocatus, in ea Univerſitate Profeſſor Medicinæ publicus, unàq. Archiater conſtitutus eſt: hinc Baſileam 1581 abiit, ibidem Profeſſor Medicinæ public. ſalutatus: dextræ manus uſu deſtitutus, ſiniſtram ad formandas literas expeditiſſimè adhibuit. Obiit Baſileæ, A. C. 1583, ætatis ſuæ 60.

Diſputationum de Medicina nova Philippi Paracelſi Pars prima. In qua, quæ de Remediis ſuperſtitioſis & Magicis curationibus ille prodidit, præcipue examinantur. Baſileæ, ap. Petr. Pernam, 1572, in 4.

Generalia hujus Partis primæ Capita quædam:

I. De Creatione. pag. 5, lin. 13.
II. De Virtute Miraculorum effectrice. pag. 30. lin. 6.
III. De Viribus Imaginationis, quas vel in proprium, vel in alienum corpus exercet. p. 53, lin. 11.
IV. De Faſcinatione, & affinibus ei affectionibus. pag. 75, lin. 8. pag. 93. lin. 29.
V. De cœleſtium orbium rotatoribus, Intelligentiis, quædam. pag. 119, lin. 24.
VI. An aliqua detur Magia naturalis & licita p. 126, lin. 9.
VII. De Magia operatrice, ejuſque ſpeciebus: ubi de Verborum, Characterum, Imaginum, Figurarum, atque aliorum Medicamentorum

 ſuper-

©BIUM

superstitiosorum efficaciâ fusè disputatur. p. 155, lin. 4.

VIII. De Lamiis, seu Strigibus, non inutilia scitu. p. 193, lin. 27.

IX. De Magia Divinatrice, ejusq; speciebus: ac de Divinatione quoque non pauca. p. 215, lin 19.

X. De Cœli astrorumque potestate & efficientia. p. 231, lin. 2.

XI. De Vita & moribus Paracelsi, nonnulla. p. 236, lin. 16.

XII. Appendix. p. 243.

Disputationum de nova Philippi Paracelsi Medicina Pars altera. In qua Philosophiæ Paracelsicæ Principia & Elementa explorantur. Continet præsens hæc Disputatio, præter solidam fundamentorum doctrinæ Paracelsi Confutationem, alia plurima, ad veræ Philosophiæ perceptionem utilissima. Basil. apud Petrum Pernam, 1572, in 4.

Generalia quædam Capita hujus secundæ Partis Disputationum adversus Paracelsum.

I. De Doctrina, & Doctore, sive, Magistro Paracelsi. pag. 25 lin. 13.

II. De Rerum naturalium veris Principiis, pag. 25, l. 4.

III. De falsis Paracelsi naturæ Principiis. p. 34, l. 28.

IV. De Elementis rerum mistarum. p. 45, l. 32.

V. De Seminibus rerum in abysso Elementorum Paracelsicorum latentibus. p. 138, l. 5.

VI. De Mistione. p. 194, l. 23.

VII. De Mistorum imperfectorum quorundam generatione, & causis. p. 232, l. 13.

VIII. De generatione Lapidum. pag. 247, l. 8.

IX. De Cabala ejusque speciebus seu partibus: & utrum aliqua licita sit, an non sit. p. 272, l. 1.

His adjecta sunt:

X. Tractatus de Ortu, speciebus, & materiâ Metallorum: in quo famosa de Metallorum Transmutatione Quæstio diligenter & fusè enodatur.

XI. Epistola de Lapidis fabulosi (qui in Palatinatu ad Rhenum reperitur) historiâ, ortu, naturâ, & causis.

Disputationum de nova Philippi Paracelsi Medicina, Pars tertia. In qua dilucida & solida veræ Medicinæ assertio, & falsæ, vel Paracelsicæ Confutatio continetur. Cui accessit Tractatio de Causa continente, eodem Auctore. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1572, in 4.

Disputationum de nova Medicina Philippi Paracelsi Pars quarta & ultima. In qua Epilepsiæ, Elephantiasis seu Lepræ, Hydropis, Podagræ, & Colici doloris vera curandi ratio demonstratur, & Paracelsica solidissimè confutatur. Basileæ, ap. Petr. Pernam, 1573, in 4.

De Astrologia divinatrice, Liber, operâ Johannis Grynæi editus. Basileæ, ap. Pernam, 1580, in 4.

Repetitio Disputationis de Lamiis seu Strigibus, in qua plenè, solidè & perspicuè de Artis earum potestate, item;

itemque pœna disceptatur. Basileæ, 1577, in 8.

Explicatio Quæstionis famosæ: utrum ex Metallis ignobilibus Aurum verum conflari possit, 1572, in 4.

Disputatio de Auro potabili, in qua accurate disquiritur, num ex Metallis operâ Chemiæ, concinnata pharmaca tutò utiliterque bibi possint. His adjectum est ad calcem Libri Judicium ejusdem de indicatione Cometarum, ex veris fundamentis, & naturæ principiis erutum. Basil. apud Petrum Pernam, 1578, 1594, in 8.

☽ Comitis Montani, *Vicentini*, novi Medicorum Censoris, quinque Librorum, de Morbis, nuper editorum viva Anatome. In qua multa Artis Medicæ capita accuratissimè declarantur. Accesserunt Ejusdem Theses de Melancholia: de Morbis totius substantiæ: & de Convulsione. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1581, in 4.

De Causa Morborum Continente, Tractatus. In quo integra, perfecta, & dilucida hujus Quæstionis, & ad eam pertinentium rerum explanatio continetur. Basil. ap. Petr. Pernam, 1572, in 4.

De Occultis Pharmacorum potestatibus: quid, & quotuplices eæ sint: quibus in Morbis, quomodo, quando, quem in curationibus usum habeant. Accessit huic Tractatui Disputatio alia ejusdem ferè argumenti, de Medicamentorum Purgantium facultate, tribus absoluta Quæstionibus, in qua tota propè horum Pharmacorum natura declaratur. Basil. ap. Petr. Pernam, 1574, in 4. Francof. apud Jonam Rhodium, 1611, in 8. Lib. II. & III Miscellaneorum Henrici Smetii.

☽ Disputatio de Putredine. In qua natura, differentiæ, & causæ Putredinis, ex Arist. & ipsa rerum evidentia clare exponitur, consensio inter Philosophos & Medicos declaratur, omnia denique ad perfectam ejus notitiam necessaria diligenter explicantur. Accedunt Ejusdem Theses de Putredine: & Disputatio de Febribus putridis: in qua tria, de Febribus Paradoxa Laurentii Joberti, excutiuntur. Basileæ, ap. Oporinianos, 1580, in 4.

Ad Archangeli Mercenarii Disputationem de Putredine, Responsio. Adjecta est ea, cui respondetur, Dissertatio, bonâ fide. Basilæ, ap. Cont. Waldkirchium, 1583, in 4.

Disputationum & Epistolarum Medicinalium Volumen doctissimũ. Nunc recens in lucem editum operâ & studio Theophili Maderi, Phil. ac Med. Doct. & Profess. Tiguri, apud Joh. Wolphium, 1595, in 4.

Disputationum, sive, Thesium ordo.

I. De Constitutione Hyemis præteritæ anni MDLIX.
II. De Tumoribus præter naturam.
III. De Humoribus.
IV. De Saporibus.
V. An occultæ Medicamentorum, in quo numero & cibos ponimus, potestates,

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 1030 sur 1339

©BIUM

testates, methodo investigari possint, vel, per solam experientiam in subjectis rebus deprehendere & observare necesse habeamus.

VI. De Purgantibus Medicamentis.

VII. De Dentibus.

VIII. De Renum Calculis.

IX. De Febrium definitione.

X. De Revulsione.

XI. De Hydrope.

XII. De Natura, & causis Epilepsiæ.

XIII. De Contagio.

XIV. De Singultu.

XV. De Morbis totius substantiæ.

XVI. De Putredine.

XVII. De Melancholia.

XVIII. De Somno.

XIX. Utrum Humores alii à sanguine, scilicet Pituita, Bilis flava, & succus Melancholicus, corporis integrè sani partes aliquas nutriant?

XX. De Pinguedinis in animalibus generatione & concretione. Seorsim quoq; Heidelbergæ, apud Jac. Mylium, 1580, in 4.

XXI. De Convulsione.

XXII. De Amuletis.

XXIII. De Stupore, Medicamentorumq; stupefacientium naturâ & viribus.

Examen de Simplicibus, quæ ad compositionem Theriacæ Andromachi requiruntur. Unà cum Conradi Hoffmanni Analysi ejusdem compositionis, collatione factâ cum Methodo Medendi, & Methodo componendi Medicamenta: quâ ostenditur summum artificium, quo Senior Andromachus in hac compositione omnium præstantissimâ est usus. Item Johan. Baptistæ Sylvatici Tractatus, de Compositione & Usu Theriacæ Andromachi. Lugduni, apud Commelinum, 1606, in 4. 1607, in 8.

Varia Opuscula Medica, quæ cum ipse Studiosis communicare statuisset, morte præventus, in lucem edere non potuit. Francof. apud Johannem Wechelum, sumptibus Jacobi Castelvitrei, senioris. 1590, in fol.

Index Titulorum totius Operis:

I. De Medicinæ Laudibus, Oratio.

II. Medicinæ Methodus brevissima.

III. Disputatio de Saporibus, quatenus hi utiles sunt ad pervestigandas Medicamentorum vires, in qua etiam aliæ quædam utiles scitu Quæstiones declarantur.

IV. Epistola, de natura, & ortu Lapidis fabulosi, qui in Palatinatu ad Rhenum reperitur, ac de usu ejusdem.

V. De Vapore, Disputatio, ad D. Matth. Stojum, Medicum.

VI. Epistola, de quibusdam Quæstionibus ad curationem Pestilentiæ pertinentibus ad Conr. Gesnerum, Med. Tigurinum.

VII. Anatome Librorum quinq; Comitis Montani.

VIII. In aliquot primi Libri Aphorismos, Prælectiones.

IX. In primum & secundum Hippocratis Prognosticum, Prælectiones.

X. Expo-

x. Expositio primi Aphorismi Sect. v, Lib. vi Epidem. Hippocratis, (Morborum naturæ medicatrices.)

xi. Varia ad Morbos varios Consilia.

Consilia & Epistolæ quædam Medicæ. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. ap. Andr. Wecheli Hæred. 1598, in fol. Hanoviæ, 1610, in fol.

THOMAS FIENUS.

⊙ *Natus Antverpiæ A. C. 1567, Patre Johanne Fieno, itidem Medico, & illius Commentarii de Flatibus Authore: in Lovaniensi Academia 1593 Professionem primariam adeptus: interim à Bavariæ Duce, Maximiliano, Archiater electus: sed vix anno exacto amore patriæ revocatus: posteaq. ab Alberto, Archi-Duce Austriæ Medicus Cubicularius constitutus est. Obiit A. C. 1631, ætatis suæ 64.*

De Formatrice Fœtus, Liber. In quo ostenditur, animam rationalem infundi tertiâ die. Antverpiæ, apud Guiliel. à Tongris, 1620, in 8.

De Formatione Fœtus, Liber secundus. In quo prioris doctrina plenius examinatur & defenditur. Lovanii, apud Henr. Hastenium, 1624, in 8.

Pro sua de Animatione Fœtus tertio die, Opinione, Apologia, adversus Ant. Ponte Sanctacruz, olim Primarium Professorem, *Vallisoletanum*, nunc verò Regis Hispaniarum Medicum Cubicularium & Protomedicum generalem. Lovanii, ap. Viduam Henrici Hastenii, 1629, in 8.

☽ De Viribus Imaginationis, Tractatus. Lovanii, apud Gerhardum Rivium, 1608, in 8. Lugduni Batavorum, apud Elzevirios, 1635, in 12. Lipsiæ, 1657, in 12.

De Cauteriis, Libri quinque. In quibus vires, materia, modus, locus, numerus, tempus, ponendorum Cauteriorum, ex veterum Græcorum, Arabum, Latinorum, nec non Neotericorum sententiâ quàm dilucidè explicantur. Lovanii, ap. Joh. Bapt. Zangrium, 1598, in 8. Coloniæ, ap. Hieratum, 1607, in 8.

☽ Libri Chirurgici XII. de præcipuis Artis Chirurgicæ Controversiis; nempe I. de Trepano sive Apertione Cranii. II. de Depositione Cataractæ. III. de Depositione Unguis. IV. de Laryngotomia, sive, Sectione Asperæ Arteriæ. V. de Paracentesi Thoracis. VI. de Paracentesi Abdominis. VII. de Arteriotomia, sive, Sectione Arteriæ. VIII. de Hysterotomatocia, sive, Sectione Fœtus ex Utero viventis Matris. IX. de Sectione Calculi. X. de Sectione Herniæ. XI. de Amputatione Membrorum externorum. XII. de Nasi amputati ex carne brachii Restitutione. Opera posthuma, Hermanni Conringii curâ nunc primum edita. Francof. apud Thom. Matthiam Götzium, 1649, in 4.

Continentur hoc Volumine sequentes Libri XII.

I. De Trepano, sive, Apertione Cranii.

©BIUM

II. De Depositione Cataractæ.
III. De Depositione Ungulæ.
IV. De Laryngotomia, sive, Sectione Asperæ arteriæ.
V. De Paracentesi Thoracis.
VI. De Paracentesi Abdominis.
VII. De Arteriotomia, sive, Sectione arteriæ.
VIII. De Hysterotomatocia, sive, Sectione Fœtus ex utero viventis Matris.
IX. De Sectione Calculi.
X. De Sectione Herniæ.
XI. De Amputatione membrorum externorum.
XII. De Nasi amputati ex carne brachii restitutione.
Idem est cum priori.

⊙ De Cometis Anni M.DC.XVIII. Lipsiæ, 1656.

Disputatio: an Cœlum moveatur, & Terra quiescat. Lipsiæ, 1656.

⊙ Semiotice, sive, de Signis Medicis, Tractatus. Opus accuratissimum, omnibus Medicinæ studia amplexantibus summè necessarium: in duas partes divisum. Cum Indicibus novâ Methodo paratis. Lugduni, 1664, in 4.

THOMAS FORESTERIUS

Regimen Pauperum, contra Pestilentiam, Fluxum ventris dysentericum, & Tenasmum. Rhotomagi, 1590, in 4.

THOMAS de GARBO

Florentinus, filius DINI de FLORENTIA, *Medicus acutissimus. Vixit sub Henrico VII. Imperatore, A. C. 1311. Secundum Tritemium, A. C. 1340, sub Ludovico Bavaro. Wolfg. Justus in Chronolog. Medicorum.*

Summa Medicinalis. Cui accedunt Tractatus duo: I, de restauratione Humidi radicalis. II, de Reductione Medicinarum ad actum. Venetiis, 1511, in fol. Lugd. ap. Jacob. Giuntam, 1529, in fol.

Expositio super Capitulo de Generatione Embryonis III Canonis Fen xxv Avicennæ. Venet. apud Octav. Scotum, 1502, in fol. Cum Dini, Patris sui & Jac. de Forlivio utriusque super eodem argumento Commentariis.

De Reductione Medicamentorum ad actum, & de gradibus eorundem, Tractatus. Extat cum Libellis de Dosibus. Patavii, apud Gratiosum Perchacinum, 1556, in 8. ap. Paul. Mejettum, 1579, in 4. Lugd. apud Joh. Mareschallum, 1584, in 8.

Commentaria in Libros Galeni de Febrium differentiis, cum Textus Galeni, seu, Commentariorum Annotatione, secundùm Nicol. Leoniceni & antiquam Traductionem. Paris. in 4. Lugduni, apud Simonem Vincentium, 1514, in 4.

THOMAS GEMINUS, *Lysiensis*

Compendiosa totius Anatomiæ Delineatio, ære exarata. Londini, ap. Joh. Herfordie, 1545, in fol.

THOMAS GIANNINIUS, *Ferrariensis*

De substantia Cœli, & Stellarum efficien-

efficientiâ, Disputationes Aristotelicæ. In quibus non solùm natura in Cœlis subjecta, Anima cœlestis, & Syderum vis consideratur; verùm etiam Astrologorum divinatio accusatur; de motu Ignis in orbem, de Stellis recens in cœlo visis, de occultis mixtorum proprietatibus, de anno Climacterico, & de numeris Pythagoricis, differitur & disputatur; causæque inquiruntur Dierum Criticorum, Æstus Marini, infelicitatis Partus octimestris, & Stigmatum, quibus in utero Fœtus obsignatur: atque de Dei intelligentiâ, de contingentia, & de Fato, quid Aristoteles senserit, disquiritur, atque enucleatur. Venet. apud Robertum Mejettum, 1618, in 4.

THOMAS GROSSIUS, *Sipontinus*

Lectiones de Febribus, in quibus præter hanc exactissimam Febrium doctrinam, infinita Problemata, plures etiam Hippocratis, Galeni, Avicennæ, & aliorum Autorum Controversiæ explicantur, concilianturve. Accessit Quæstio de Vino exhibendo in Febribus à principio. Venet. apud Joh. Guerilium, 1627, in 4.

Quæstio unica: an Morbi, qui in Italia, & præsertim in Gallia Cisalpina, hoc anno evagantur, sub nomine Pestis, an verò inter Febres Pestilentiales connumerari debeant. Ubi de essentia, causis, signis, & differentiis Contagii: de præservatione & curatione Pestis, Febrisque pestilentialis brevi, & exactâ methodo multa præscribuntur observanda à Principe, & à Privato in unaquaque Republica, antequam Pestis, seu Febris pestilentialis adveniat, tempore, quo grassatur, & postquam abierit, ne denuo recrudescat. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiollum, 1631, in 4.

Lectiones de Morbis Capitis, & Thoracis. In quibus infinita Problemata, plures etiam Hippocratis, Galeni, Avicennæ, & aliorum Auctorum Controversiæ explicantur, concilianturve. Accessit Quæstio: an Vinum Nive refrigeratum propinari debeat. Ferrariæ, ap. Franc. Succium, 1628, in 4.

De Morbis Ventris infimi. Venet. in 4.

De Natura, Differentiis, & Usu sex Rerum non-naturalium, corpora nostra alterantium, quæ sunt Aër, Cibus & Potus, Motus & Quies, Somnus & Vigilia, Repletio & Exinanitio, & Animi affectiones. Venetiis, apud Joh. Guerilium, 1617, in 4.

⊙ THOMAS HOBBES

Rosetum Geometricum: cum Censura Doctrinæ Willisianæ de Motu. Londini, 1671, in 4.

THOMAS JOHNSONUS

Mercurius Botanicus, sivè, Plantarum gratiâ susceptI Itineris, anno MDCXXXIV, Descriptio. Cum earum nominibus Latinis & Anglicis. Huic accessit de Thermis Bathonicis, Tractatus. Londini, apud Thomam Cotes, 1634, in 8.

Mercu-

©BIUM

Mercurii Botanici, Pars altera, ſive, Plantarum gratiâ ſuſcepti Itineris in Cambriam, ſive, Walliam Deſcriptio, exhibens reliquarum Stirpium noſtrarum, quæ in priori parte non enumerabantur, Catalogum. Londini, 1641, in 8.

THOMAS JORDANUS, *à Clauſoburgo*

Peſtis Phœnomena, ſeu, de iis, quæ citra Febrem peſtilentem apparent, Exercitatio. Accedit Bezoar Lapidis Deſcriptio, & ejusdem Auctoris ad Laur. Jouberti Paradoxon VII, Decadis II, Reſponſio. Francofurti, apud Andr. Wechelum, 1576, in 8.

Reſponſio ad Laurentii Jouberti, Medici Monſpeſſulani, Paradoxum VII, Decadis II. Extat Tomo II. Operum ejusdem Jouberti pag. 30. edit. Francof. apud Hæredes Andr. Wecheli, 1599, in fol.

Brunno Gallicus, ſeu, Luis novæ in Moravia exortæ Deſcriptio. Francofurti, apud Andr. Wechelum, 1577, in 8. Ibid. apud Hæred. Andr. Wecheli, 1583, in 8.

De Aquis Medicatis Moraviæ Commentariolus. Francofurti, apud Andreæ Wecheli Hæredes, 1586, in 8.

Conſilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

⊙ THOMAS ITTIGIUS

Lucubrationes Academicæ de Montium Incendiis. In quibus poſt ardentium toto paſſim orbe Montium Catalogum & Hiſtoriam, ac variorum opinionum examen, non modò totius naturæ cùm in efficiendis, tum in conſervandis illis ignibus proceſſus exponitur; ſed mirabilium etiam, quæ vehementioribus paroxyſmis accidunt, ſymptomatum ratio redditur; aliaque materiam hanc attinentia curioſis exhibentur. Antehac ad diſputandum diverſis vicibus propoſitæ, nunc ab Authore recognitæ, magnam partem auctæ, & conjunctim editæ. Cum Indice Sectionum & Capitum. Lipſiæ, 1671, in 8. Ibid. 1679, in 8.

THOMAS LINACER

Anglus. Medicinæ Profeſſor utrâq; linguâ Oxoniæ & Cantabrigiæ doctiſſimus, ſub Ludovico XII. Gallorum Rege. Obiit A.C. 1524. Juſtus in Chronol. Medic.

Galeni Lib. III. de Temperamentis interpretatus eſt, cum diligenti recognitione. Item, Ejusdem, de Pulſuum Uſu. Item, Libros III. de Naturalibus Facultatibus. Item, de Sanitate tuenda Libros VI. Item, de Symptomatum Differentiis: Eorum cauſis: De inæquali intemperie, Lib. XIV. Methodi Medendi.

THOMAS LYDIAT

Prælectio Aſtronomica de natura & conditionibus Cœli, Elementorumque. Ejusdem de origine Fontium frigidorum & calidorum. De ortu & cauſis plerorumque omnium ſubterraneorum atque etiam æſtus & ſalſedinis Maris, nec non Diluvii univer-

universalis. Londini, apud Johann. Bill, 1605, in 8.

⊙ THOMAS MERMANNUS

⊙ *Natus est Coloniæ Ubiorum A. C. 1559: in juventute Pisis Hetruscorum Philosophiam publicè nobilibus adolescentibus prælegit: amatus dein eapropter ab ipso etiam Magno Duce Hetruriæ, Cosmo: tandem Medicinæ Doctoris gradu accepto, in Germaniam rediit, non multò post spartam Archiatri Ducum Bavariæ nactus, quam usq; ad vitæ finem ornavit. Obiit apoplexiâ A. C. 1512, ætatis suæ 63.*

Consultationes ac Responsiones Medicæ, à Viris doctis hactenus diu multùmque desideratissimæ; nunc tandem operâ & studio Francisci Ignatii Thiermairii ex variis Manuscriptis hinc inde sparsis, magnâ diligentiâ conquisitæ: partim ex Germanico & Italico idiomate in Latinum versæ: partim in multis locis, Annotationibus & Remediis succedaneis auctæ: omnes denique in eum, quem vides ordinem, & Libros octo distinctæ. Opus omnibus Praxin Medicam exercentibus longè utilissimum. Ingolstadii, apud Joh. Philippum Zinck, 1675, in fol.

THOMAS MORESINUS,
Aberdonanus Scotus

De Metallorum causis & transmutatione, contra Chymicos nostri temporis, Liber. Francofurti, apud Joh. Wechelum, 1593, in 8.

THOMAS MOUFETUS,
Londinas Anglus

☽ De jure & præstantia Chymicorum Medicamentorum, Dialogus Apologeticus. Accesserunt etiam Epistolæ quædam Medicinales ad Medicos aliquot conscriptæ. Francof. apud Hæredes Andreæ Wecheli, 1584, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1623, in 8, pag. 70.

Nosomantica Hippocratica, seu, Hippocratis Prognostica cuncta, ex omnibus ipsius Scriptis methodicè digesta, à mendis atque tavtologia penè infinitis repurgata, & majore quàm antea studio & ordine digesta, Francof. apud Wecheli Hæredes, 1588, in 8.

Insectorum, sive, Minimorum Animalium Theatrum, olim ab Edoardo Wottono, Conrado Gesnero, Thomâque Pennio inchoatum: tandem Autoris operâ sumptibusque maximis concinnatum, auctum, perfectum; & ad vivum expressis Iconibus supra quingentis illustratum. Londini, apud Thom. Cotes, 1634, in fol.

Epistolæ variæ Medicæ. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 529, & seqq. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8, pag. 90.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 1036 sur 1339

THOMAS NORTON,
Anglus

☽ Crede mihi, ſeu, Ordinale, ante annos CXL ſcriptum, nunc ex Anglicano manuſcripto in Latinum translatũ. Extat cum Tripode aureo à Michaele Majero edito. Francof. apud Lucam Jennisium, 1618, in 4. & in Muſæo Hermetico reformato & amplificato. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1677, in 4.

⊙ Thomas Parre, Anglus, 152 annos, & 9. menſes natus.

Anatomia Extat cum Johan. Betti Tractatu de Ortu & Natura Sanguinis. Londini, apud Guilielmum Grantham, 1669, in 8.

THOMAS PHILOLOGUS,
Ravennas

De Vita hominis ultra centum viginti annos producendâ, Liber elegantiſſimus. Venet. apud Andr. Arrivabenum, 1560, in 4.

De Modo Collegiandi. Venetiis, apud Andr. Arrivabenum, 1565, 1574, in 4.

De Microcoſmi affectuum, maris, fœminæ, hermaphroditi, gallique miſeriâ. Venet. ap. Petrum de Franciſcis, 1575, in 8.

De Vita Venetorum commoda, Conſilium. Venet. 1558.

Malum Gallicum, Depilativam, Unguitivam, Dentativam, Nodos, Ulcera, Vitia quæque, Affectus, & Rheumata, uſque ad contortos ſanans. Ligni Indici, aquæ, vini, ſublimati, Cynæ, Spartæ parillæ, Hyſan, Hetechen, Caravalgii altar, Mechoacan, Antimonii, Unctionis, Ceroti, Suffumigii, Præcipitati, Seminis Indi, ac additorum Mundi novi, & reliquorum Modos omnes, & facultates explicat. Venet. 1538, in 4. 1545, in 8. apud Petrum de Franciſcis, 1575, in 8.

THOMAS RAWLIN

Admonitio Pſeudochymicis, ſeu, Alphabetarium Philoſophicum, in quo D. Antonii Aurum potabile obiter refutatur, & genuina veri Auri potabilis præparatio proponitur. Francofurti, ap. Commelinum, 1611, in 8.

THOMAS REINESIUS,
Gothanus

De vaſis umbilicalibus, eorumque ruptura, Obſervatio ſingularis. Lipſiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1624, in 4.

Variarum Lectionum, Libri tres. Altemburgi, 1640, in 4.

Defenſio variarum Lectionum. Roſtochii, 1653, in 4.

⊙ Epiſtolarum ad Neſteros, Patrem & Filium, conſcriptarum Farrago. In qua varia Medica & Philoſophica lectu jucunda continentur: antehac à B. Authore nunquam edita; jam verò inſtanter petenti Typographo exhibita & poſteritati commendata. Baruthi, apud Joh. Gebhardum, 1669, in 4.

⊙ Chimiatria. hoc eſt, Medicina nobili & neceſſariâ ſui parte, Chimiâ, inſtructa & exornata, inque Theatrum Illuſtris ad Eliſtrum Ruthenei Sermone Panegyrico producta.

cta. Geræ Ruthenicæ, apud Andream Mamitzium, 1624, in 4. Jenæ, apud Johannem Gollnerum, 1678, in 4.

⊙ Schola Jureconsultorum Medica, Relationum aliquot Libris comprehensa, quibus principi Medicinæ in jus transumpta ex professo examinantur. Lipsiæ, 1679. in 8.

THOMAS RICHTIUS

Philippi Gætingi Fontium acidorum Spadanorum, & Ferrati Tangrensis Descriptionem Gallicam Latinè exposuit.

THOMAS RODERICUS à VEIGA

Ebor ensis Medicus. Inclaruit Scriptis jam senior, A. C. 1562. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.

Opera omnia in Galeni Libros edita, & Commentariis in Partes novem distinctis, expressa, quibus nodi Difficultatum in Medicina frequentes solvuntur, classicorumque Medicorum Controversiæ, veritatis limâ, expenduntur. Lugduni, apud Petr. Landry, 1594, in fol. Genevæ, apud Joh. Lertout, 1586, in fol.

Librorum singulorum Galeni materia, toto hoc Opere contenta:

In Libros tres Artis Medicæ.

I. De Finitionibus humanorum omnium affectuum.
II. De Signis Medicis.
III. De Causis salubribus, insalubribus, neutris.

In Libros sex de Locis affectis.

I. Quomodo affectæ particulæ possint discerni.
II. De Generibus Dolorum.
III. De Capitis affectibus.
IV. De Faciei & Pectoris affectibus.
V. De Cordis & Thoracis affectibus.
VI. De postremis partibus affectis.

In Libros duos de Febrium differentiis.

I. De Febribus simplicibus omnibus.
II. De solis humoralibus & putridis.

Seorsim extant:

Commentarii in Libros Claudii Galeni duos, de Febrium differentiis. Conimbricæ, apud Johannem Barrerium, 1578, in 4.

THOMAS SAGITTARIUS

Physicorum Aristotelico-Scaligereorum Pars prior & posterior. Jenæ, 1624, in 8.

⊙ THOMAS SCHIRLÆUS, *Anglus*

Dissertatio Philosophica, explicans Causas probabiles Lapidum in Macrocosmo. Quâ occasione in Originem Corporum omnium inquiritur atque ostenditur, eam deberi Aquæ & Seminibus. Præmissa Tractatui Medico, de Causis & Curatione Calculi tam Renum, quam Vesicæ, Anglicè primùm edita; nunc verò in gratiam Philosophorum Latinè reddita. Hamburgi, apud Christianum Guthium, 1675, in 8.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 1038 sur 1339

THOMAS SOMMENTIUS, *Cremonenſis*

De Morbis, qui per finitimos populos adhuc graſſantur, & num ad Peſtilentes referendi ſint, poſt prima Reſponſa, Mantuâ allata, brevis Diſputatio. Cremonæ, apud Chriſtoph. Draconium, 1576, in 4.

⊙ THOMAS STROMAJERUS

Experimenta Medica Chirurgica. Extant cum Georg. Hieronym. Velſchii Conſil. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthaſar. Kuenium, 1676, in 4.

Collectanea Medica & Chirurgica. Extant cum Ejusdem Exoticar. Curat. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

⊙ THOMAS SYDENHAM

Methodus Curandi Febres, propriis Obſervationibus ſuperſtructa. Londini, 1666, in 8. Amſtelodami, apud Gerbrandum Schagen, 1666, in 12.

Obſervationes Medicæ circa Morborum acutorum Hiſtoriam & Curationem. Londini, apud Gualterum Kettilby, 1676, in 8. Argentorati, apud Johannem Fridericum Spoor & Reinhardum Wechlerum, 1676, in 12. Genevæ, apud Samuelem de Tournes, 1683, in 12. Huic Editioni acceſſerunt Epiſtolæ ejusd. Sydenhami duæ Reſponſoriæ: I. de Morbis Epidemicis: II. de Luis Venereæ Hiſtoriâ & Curatione.

Opuſcula, quotquot hactenus ſeparatim prodiere, omnia; nunc primùm junctim edita, à plurimis mendis repurgata, ac Indice Rerum & Verborũ accuratiſſimo aucta & ornata. Amſtæl. apud Henricum Wetſtenium, 1683, in 8. Continent autem Opuſcula hæc I. Obſervationes Medicas circa Morborum acutorum Hiſtoriam & Curationem: II. Roberti Brady Epiſtolam ad Thom. Sydenham III. Epiſtolam Reſponſoriam primam de Morbis Epidemicis. IV. Henrici Paman Epiſtolam ad Auctorem. V. Epiſtolam Reſponſoriam ſecundam de Luis Venereæ Hiſtoria & Curatione. VI. Guilielmi Cole Epiſtolam ad Thom. Sydenham. VII. Diſſertationem Epiſtolarem de Obſervationibus nuperis circa Curationem Variolarum confluentium: nec non de Affectione Hyſterica.

Diſſertatio Epiſtolaris de Obſervationibus nuperis circa Curationem Variolarum confluentium, nec non de Affectione Hyſterica, ad Guilielmum Cole. Francofurti, 1683, in 12.

Tractatus de Podagra & Hydrope. Sine loco & anno, ubi typis expreſſus, in 8.

THOMAS TIGEON, *Andegavenſis*

Antimæologicum, quo demonſtratur, Obſtetricibus non eſſe tantũ fidendum, de Virginitate, aut defloratione mulieris adulteræ teſtimonium ferentibus. Lugduni, apud Petrum Rouſſin, 1574, in 8.

THO-

THOMAS WARTHONUS, *Londinenſis*

☽ Adenographia, ſive, Glandularum totius corporis Deſcriptio. Londini, apud I. G. 1656, in 8. Amſtelædami, apud Johan. Ravenſtein, 1659, in 12. Noviomagi, 1665, in 12. Veſaliæ, apud Andream ab Hoegenhuyſen, 1671, in 12. Extat etiam cum Danielis le Clerc & Joh. Jac. Mangati Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Johan. Anton. Chovet, 1685, in fol.

THOMAS WILLIS,

⊙ *Natus honeſto loco, circa A. C. 1620. Patre Philoſophiæ Magiſtro in Academia Anglorum Oxonienſi creato: ipſe verò primùm Theologiæ operam dedit in eadem Academia: ſed poſtea mutato conſilio ad Medicinam converſus, ejus Doctor & Profeſſor Philoſophiæ Naturalis Oxoniæ renunciatus eſt: circa A. C. 1667 Londinum ad Medicinam faciendam evocatus, mirum dictu quàm citò, quantâq; cum laude inclaruerit: ubi etiam obiit A. C. 1677, ætatis ſuæ circiter 57.*

☽ Diatribæ duæ Medico-Philoſophicæ: I, de Fermentatione, ſeu, de Motu inteſtino particularum, in quovis corpore. II, de Febribus, ſive, de Motu earundem in Sanguine Animalium. Acceſſit Diſſertatio Epiſtolica de Urinis. Hagæ-Comitis, ap. Adrian. Ulacq, 1659, in 8. Londini, 1660, in 8. Ibidem, apud Johan. Martyn, 1662, in 8. quæ Editio ab ipſo Authore recognita & multiplici Auctuario locupletata eſt. Hagæ Comitis, 1662, in 12. Amſtelodami, 1663, in 12. Ibidem, 1665, in 12. Ibidem, 1669, in 12. Lugduni Batavor. apud Jacobum Moukee, 1680, in 8. Hæ poſtremæ duæ Editiones prioribus longè emendatiores & auctiores ſunt.

⊙ Cerebri Anatome. Cui acceſſit Nervorum Deſcriptio & Uſus. Londini, apud Johann. Martyn & Johan. Alleſtry, 1664, in 8. Ibidem, 1670, in 8. Amſtelodami, apud Gerbrandum Schagen, 1664, in 12. Ibidem, 1667, in 12. Extat etiam cum Daniel. le Clerc & Joh. Jacob. Mangeti Bibliotheca Anatom. Genevæ, apud Johannem Antonium Chovet, 1685, in fol.

⊙ De Ratione Motus Muſculorum. Ibidem, apud Eosdem, annis & formis iisdem. Extat etiam cum Daniel. le Clerc & Joh. Jac. Mangeti Bibliotheca Anatom. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

⊙ Pathologiæ Cerebri, & Nervoſi Generis Specimen. In quo agitur de Morbis convulſivis, & de Scorbuto. Oxonii, 1667, in 4. Amſtelodami, apud Daniel. Elzeverium, 1668, in 12. Ibid. 1670, in 12.

⊙ Affectionum, quæ dicuntur Hyſtericæ & Hypochondriacæ, Pathologia Spaſmodica vindicata, contra Reſponſionem Epiſtolarem Nathanael. Highmori. Cui acceſſerunt Exercitationes Medico-Phyſicæ duæ. I. De Sanguinis accenſione. II. De Motu Muſculari. Londini, 1670, in 8. Lugduni Batavor. apud Cornel.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 1040 sur 1339

©BIUM

nel, Driehuysen, & Felicem Lopez, 1671, in 12.

De Anima Brutorum, quæ Hominis vitalis ac sensitiva est, Exercitationes duæ. Prior Physiologica ejusdem naturam, partes, potentias, & affectiones traditi: Altera Pathologica Morbos, qui ipsam, & sedem ejus primariam, nempe Cerebrum & nervosum genus afficiunt, explicat, eorumque Therapeias instituit: cum Figuris æneis. Londini, 1672, in 4. Amstelodami, apud Johannem à Someren, 1674, in 12.

⊙ Pharmaceutice Rationalis, sive, Diatriba, de Medicamentorum Operationibus in humano corpore. Cum Figuris æneis. Oxonii, 1674, in 4. Hagæ-Comitis, apud Arnoldum Leers, 1675, in 12. Editio postrema priori emendatior est.

⊙ Pharmaceutice Rationalis, sive, Diatriba de Medicamentorum Operationibus in Humano corpore. Pars secunda. Oxonii, 1675, in 12. Hagæ-Comitis, apud Arnold. Leers, 1677, in 12. Extat etiam cum ejusdem Authoris Operibus omnibus. Genevæ, apud Samuelem de Tournes, 1676, in 4.

⊙ Opera omnia. In quibus continentur: I. Diatribæ duæ Medico-Philosophicæ, quarum prior agit de Fermentatione: altera de Febribus; quibus accessit Dissertatio de Urinis. II. Cerebri Anatome. Nervorumq; Descriptio & Usus; quibus accessit Viri cujusdam Clariss. de Ratione Motus Musculorum Tractatus singularis. III. Pathologiæ Cerebri & Nervosi generis Specimen, in quo agitur de Morbis Convulsivis & de Scorbuto. IV. Affectionum, quæ dicuntur Hystericæ & Hypochondriacæ Pathologia Spasmodica vindicata, contra Responsionem Epistolarem Nathan. Highmori. Cui accesserunt Exercitationes Medico-Physicæ duæ I. de Sanguinis accensione. II. de Motu Musculari. V. de Anima Brutorum, quæ Hominis Vitalis ac Sensitiva est, Exercitationes duæ, quarum prior Physiologica est: altera Pathologica, Morbos, qui ipsum Cerebrum & Nervosum genus afficiunt, explicans. VI. Pharmaceutice Rationalis, sive, Diatriba de Medicamentorum Operationibus in Corpore humano. Genevæ, apud Samuel de Tournes, 1676, in 4.

⊙ THORKILL ARNGRIM

Observatio de Sulphuris fodinâ Islandicâ. Extat Act. Hafniens. Volum. III. N. 87.

de Alga Sacchariferâ, Oskabiorno, petrificatis &c. Ibid. Vol. eod. N. 88. & 94.

de variis Lapillis Islandicis. Ibid. Vol. eod. N. 95.

de Rosmaridente, & Ebeno fossili Islandico. Ibid. Volum. IV. Num. 78.

TIBERIUS

De Mulomedicina, Capita aliquot. Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi sunt Græcè quidem Basileæ, apud Johan. Valderum,

rum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione Johannis Ruellii, Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1530, in fol.

TIMANNUS GESSELIUS, *Ultrajectinus*

Calculorum ingens multitudo. Vesicæ superficies crustâ lapideâ obducta. Calculus perforatus. Calculi admiranda magnitudo, Epistola. Extat cum Johan. Beverovicii Lib. de Calculo, Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

TIMOTHEUS BRIGTHUS, *Cantabrigiensis*

Hygieine, seu, de Sanitate tuendâ, Medicinæ Pars prima. Francof. apud Joh. Wechelum, 1588, in 8. apud Palthenium, 1598, in 16.

Therapevtica, hoc est, de Sanitate restituendâ, Medicinæ Pars altera. Francof. apud Johan. Wechelum, 1589, in 8. apud Palthenium, 1598, in 16.

⊙ TIMOTHEUS CLARKIUS

Observatio de Lienis resectione in cane vivo. Extat Ephem. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. IV & V. Num. 164.

de Lienis resectione in homine vivo. Ibid. Ann. eod. N. 165.

TIMOTHEUS WILLISIUS, *Londinas*

Propositiones Tentationum, sive, Propædevmata de Vitis & fœcunditate compositorum naturalium: quæ sunt elementa Chymica. Animæ rationali sane sapienti, Genio lectoris dicta, dicata. Londini, apud Johannem Legatt, 1615, in 12. Ibid. 1618, in 8.

TOBIAS ADAMI

Thomæ Campanellæ Libr. de Sensu rerum recensuit, & evulgavit.

TOBIAS ALDINUS, *Cesenas*

Exactissima Descriptio rariorum quarundam Plantarum, quæ continentur Romæ in Horto Farneliano, Romæ, apud Jacobum Mascardi, 1625, in fol.

⊙ TOBIAS ANDREÆ

Breve Extractum actorum in Cadaveribus Bilsianâ methodo præparatis. Extat cum Ludovici de Bils Responsione ad Epistolam ejusdem Tob. Andreæ, quâ ostenditur verus usus Vasorum Lymphaticorum. Duisburgi, 1659, in 4. Marpurgi Cattorum, ap. Johannem Schadewitzium, 1678, in 4.

TOBIAS COBERUS

⊙ De Lacte & Pultibus, quibus Infantes passim sustentantur. Gorlicii, 1593, in 8.

☽ Observationum Castrensium & Ungaricarum Decas prima Austriaca. Francof. è Collegio Paltheniano, 1606, in 8.

⊙ Observationum Castrensium & Ungaricarum, Decas secunda. Silesiaca. Ibid. ex Eodem anno, & formâ iisdem.

⊙ Observationum Castrensium & Ungaricarum Decas tertia. Ibidem ex eodem, anno & formâ iisdem.

⊙ Ob-

©BIUM

⊙ Observationum Medicarum Castrensium Hungaricarum Decades tres. In usum publicum conjunctim recusæ. Cum Indice & Præfatione Henrici Meibomii. Helmstadii, ap. Fridericum Lüderwaldum, 1685, in 4.

⊙ TOBIAS CZASCHELIUS

Observatio de Abscessu hepatis in gravida, morte repentinâ terminato. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. III, N. 267.

de Fragis recentibus in fœtu enixo inventis. Ibid. Ann. eod. Num. 268.

TOBIAS DORNCREILIUS

☽ Dispensatorium novum, continens, ad omnia propemodum humani Corporis pathemata, remedia selecta ac comprobata; aliorum quoq; Auctorum Formulis ac Remediorum Descriptionibus, titulis complendis, auctum. Ulyssææ, apud Michaelem Crönerum, 1600, in 4. Et cum ejusdem Authoris Tractatu de Purgatione. Hamburgi, apud Frobenium, 1604, in 12. Lipsiæ, apud Eliam Rhefeldium & Johannem Grosium, 1623, in 12. Jenæ, apud Christianum à Saher, 1645, in 12. Huic editioni accessit quoque Taxa sive Pretium Medicamentorum tam simplicium, quàm compositorum Chymicorum atque Galenicorum, quæ hodie in plerisque aut saltem præcipuis per Germaniam Pharmacopoliis ad usum comparata prostant, ad modum Taxæ Wittebergensis per Capita & secundùm ordinem Alphabeticum recensita. Cui quàm fieri potest etiam convenienter respondent:

I. Taxa Medicamentorum Pharmacopœiæ Augustanorum annexa.
II. Taxa Medicamentorum Reformationi Noricæ superaddita.
III. Taxa Reformationi Wormacensi adjecta.
IV. Taxa Lunæburgensis, Dispensatorio Dornckreilii olim affixa.
V. Specificatio Medicamentorum Pharmacopœiæ Hamburgensis.

Johan. Stockeri Empiricam edidit.

☽ Medulla totius Praxeos Medicæ Aphoristica, ex monumentis Excellentissimorum Medicorum extracta. Erfurti, typis Armstenio-Smidanis, 1656, in 4.

De Purgatione Tractatus, Medico futuro tum maximè necessarius, tum apprimè utilis. In quo non tantùm ex mente Hippocratis & Galeni de dextro Purgationis usu agitur; verùm etiam cur Purgantia familiarem sibi humorem attrahant, vera causa excutitur. Omnium insuper Purgantium, tam Compositorum, quàm Simplicium Doses usitatæ diligenter annotantur. Annexo præterea modo, secundùm quem uniuscujusque purgantis compositi exacta dosis facili negotio investigari vel corrigi possit? Hamburgi, 1604, in 12. Extat etiam cum ejusdem Tobiæ Dornckreilii Dispensatorio novo. Jo-

vo. Jenæ, apud Chriſtianum à Saher, 1645, in 12.

TOBIAS KNOBLOCHIUS, *Marcobretanus*

Diſputationes Anatomicæ, & Pſychologicæ, recens editæ, & plurimis in locis locupletatæ, Figuris etiam variis & novis illuſtratæ. Additis humani corporis affectibus præcipuis. Onoltzbachii, apud Paulum Helwigium, 1608, in 4. 1612, in 8. Lipſiæ, 1612, in 8.

De Cerebri Vulnere, & de Scirrho Uteri in prægnante, Epiſtola. Extat cum Greg. Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingular. Lib. IV prioribus. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4. pag. 495.

☽ Hippocratis Coi Aphoriſmi, Græco & Latino ſermone expreſſi, breviter & nervoſe ſecundùm rationis & experientiæ ductum enodati, & eo digiſti ordine, ut non ſolùm quilibet Morbo ſuos adjunctos habeat Aphoriſmos; verùm etiam, præter ſuccinctas Annotationes, adpoſitis ubique ſplendeat Regulis Practicis, & allegatis teſtimoniis probatiſſimorum Authorum, tam priſcorum, quàm neotericorum, quorum in Republica Medica ſumma ubique eſt authoritas, veritas, & cum conſenſu experientia. Noribergæ, apud Wolfgangum Endterum, 1641, in 8.

TOBIAS KOBERUS

De Lacte & Pultibus, quibus Infantes paſſim ſuſtentantur. Gorlicii, 1593, in 8. V. Tob. Cober.

TOBIAS LUDOVICUS KOLHANS

☽ Literæ de Spiritu Animali, ad Johannem Danielem Horſtium, olim privatim ſcriptæ, nunc rogatu Amicorum divulgatæ. Sine loco ubi, & apud quem proſtent, 1658, in 8.

TOBIAS PIRIBACHIUS, *Viennenſis*

Conſultatio Medica de curando Melancholico. Extat Orationum Argentinenſium Tomo I, pag. 516, edit. Argentorat. apud Lazarum Zetznerum, 1611, in 8.

TOBIAS ROELSIUS

De certis quibusdam Plantis, Epiſtola. Extat cum Caroli Cluſii Rariorum Plantarum Hiſtoria. Antverpiæ, apud Johan. Moretum, 1601, in fol.

TOBIAS TANDLERUS

⊙ *Natus Dresdæ A. C. 1571, Patre Chriſtophoro Tandlero, Architecto ſuâ ætate peritiſſimo: creatusq. 1599 Witteberga Magiſter Philoſophiæ & Poeta laureatus, nec non 1600 eâdem Univerſitate Doctor Medicinæ, quo ipſo die ſimul nuptias celebravit cum D. Hieronym. Nymanni Medic. Profeſſoris relictâ Viduâ, 1605 Mathematum inferiorum, &, elapſo triennio, Botanicæ atq. Anatomiæ Profeſſor declaratus eſt. Obiit Witteberga A. C. 1617, ætatis ſuæ 46.*

Diſſertationes Phyſicæ-Medicæ: I, de Spectris, quæ vigilantibus obveniunt. II, de Faſcino, & Incanta-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 1044 sur 1339

tione, III, de Melancholia, & hujus amolitione, IV, de Melancholicorum vaticiniis aliisq; mirandis operibus. V, de Noctisurgio. Quibus accesserunt non minus deliderata D. Hieronymi Nymanni de Imaginatione, Oratio: & D. Martini Bierman de Magicis actionibus Ἐξήτασις. Wittebergæ, apud Zach. Schuterum, 1613, in 8.

⊙TOBIAS VOGELIUS

Mnemosynologia, sive, de Memoria, Libellus Medicus Theoretico-Practicus. In quo essentia Memoriæ consideratur, deque causis eam lædentibus, seu Oblivionem producentibus, cum succincta Methodo, quomodo cùm præservetur, tum selectissimis remediis curetur, agitur. Jenæ, apud Johan. Gollner, 1676, in 12.

TOBIAS WHITAKERUS

☽ Tractatus de Uvæ sanguine, naturâ & usu, Diæteticè & Pharmaceuticè. Francofurti, apud Wolfgangum Hoffmannum, 1655, in 8. Hagæ Comitis, apud Samuelem Broun, eodem anno, & formâ eâdem.

TOLETANUS

Rosarium Philosophorum, ex compilatione omnium Philosophicorum Librorum. Extat Volumine tertio Theatri Chemici, & cum Tractatibus septem de Lapide Philosophico, à Justo à Balbiam editis. Lugduni Batavorum, apud Christoph. Raphelengium, 1599, in 8.

TRICASSUS CERASARIENSIS, *Mantuanus*

Enarratio principiorum Chiromantiæ. Ex qua facilime patere possunt omnes significationes quorumcunque Signorum Chiromanticorum obsolutissimũ. Item Chiromantia incerti Autoris. Operâ Balduini Ronsei, *Gandavensis*, in lucem edita. Cum Ejusdem in Chiromanticen brevi Isagoge. Noribergæ, apud Joh. Montanum, & Ulricum Neuberum, 1560, in 4.

TROTULA, *quæ &* EROTIS

Curandarum Ægritudinum Muliebrium ante, in, & post Partum, Liber unicus, nusquam antea editus, quo fœminei sexus accidentes morbi & passiones, Infantum & Puerorum à partu cura, Nutricis delectus, ac reliqua iisce adnata, dispositiones utrique sexui contingentes, experimenta denique variarum ægritudinum, cum quibusdam Medicamentis Decorationi corporis inservientia, edocentur. Extat cum Medicis Antiquis Latinis, Venetiis, apud Aldi Filios, 1547, in fol. pag. 71.

⊙TROPHIMUS SERRIER

Pyrethologia seu de Febribus, Londini, 1663, in 8.

Observationes Medicæ: pluribus præsidiis Galenicis & Chymicis ornatæ, amplâ & perneccssariâ Theoriâ, novisque opinionibus illustratæ. Lugduni, apud Antonium Jullieron, 1673, in 12.

TURA

TURA de CASTELLO, *Bononienſis*

Recepta Aquæ Balnei de Porrecta. Extat Operis Veneti de Balneis pag. 46. & Venetiis, apud Bernhardinum Venetum de Vitalibus, 1519, in fol. cum Chirurgia Guidonis, Bruni, Rolandi, &c.

TURRISANUS de TURRISANIS *aliàs* DRUSIANUS *Florentinus, Plus-quam-Commentator dictus propter ſubtilitates & argutias. Auditor & Diſcipulus Thaddæi. Claruit ſecundùm Trittemium A. C. 1300. Gaſſarum verò, A. C. 1343. Obiit Bononiæ octogenarius. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.*

Plusquam-Commentum in Parvam Galeni Artem. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1504, in fol. apud Juntas, 1543, 1557, in fol. cum duplici Textus interpretatione, antiquâ ſcilicet & Leoniceni, & Ejusdem Libello de Hypoſtaſi. Opus utile, quod olim Jul. Martianus Rota pluribus auxit & emendavit: nunc verò, additis quibusdam ad eandem rem pertinentibus, recognitum, atque aptiùs exornatum. Ea autem ſunt: Hali, qui eandem Galeni Artem primus expoſuit: Johannitii ad eandem Introductio. Gentilis, qui primum ejusdem Artis Librum partim explicando, partim dubitando declaravit. Nicolai Leoniceni Quæſtio de tribus doctrinis, in Capita diviſa.

Turiſani in Artem parvam Expoſitio Mss. Extat in noſtra Bibliotheca.

TUSSANUS DUCRETUS, *Cabilunenſis*

De Arthritide vera Aſſertio, ejusque curandæ Methodus, adverſus Paracelſiſtas. Lugduni, apud Barth. Vincentium, 1575, in 8.

Commentarii duo: unus, de Febrium cognoſcendarum & curandarum ratione: alter, de earundem Criſibus. Lauſannæ, apud Franc. le Preux, 1578, in 8.

V.

VALENTINUS de ANDOSILLA

De Peſte. Pamplonæ.

VALENTINUS ANDREAS MOELLENBROCK

Medulla totius Praxeos Medicæ Aphoriſtica, ex monumentis Excellentiſſimorum Medicorum extracta. Erffurti, typis Armſtadio-Smidianis, 1656, in 4.

⊙ De Variis, ſeu, Arthritide vagâ ſcorbuticâ, Tractatus. Lipſiæ, apud Hæredes Gottofred. Groſſii, 1663, in 8. Ibidem, apud Joh. Groſſium & Socium, 1672, in 8. Hæc altera Editio auctior & emendatior eſt. Additis in fine Indicibus Capitum, Authorum & Verborum.

⊙ Cochlearia Curioſa. Cum Indi-

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 1046 sur 1339

ce Rerum & Verborum locupletiſſimo. Ibidem, apud Eosdem, 1674, in 8.

⊙ Obſervatio de Variolis Fœtus in Utero. Extat Ephemerid. Acad. Natur. Curios. Germ. Ann. I. N. 53.

de Hypercatarſi à Medicamentis Mercurialibus. Ibid. Ann. eod. N. 54.

de Omento putrefacto. Ibid. Ann. eod. N. 87.

de Mictione cruenta. Ibid. An. eod. N. 88.

de Mictione chyloſa. Ibid. An. eod. N 89.

de Prædictione futurorum ex Dentibus. Ibid. An. eod. Num. 100.

de Cati ex ore mulieris nativitate. Ibid. An. eod. N. 109.

de Carne crudâ vomitu rejecta. Ib. An. II N. 18.

de Sudore pingui & oleoſo. Ibid. Ann. II. N. 19.

de Fluxu alvi pingui, ſeu, Pinguedine merâ per alvum excretâ. Ibid. An. eod. N. 20.

de Remedio certo in incontinentia Urinæ. Ibid. Ann. eodem, Num. 21.

de Cordis inverſione. Ibid. Ann. eod. N. 76.

de Manuum tremore & feſtucarum collectione in Febribus acutis non ſemper lethali. Ibid. Ann. eod. N. 90.

de Venâ à pulmonibus rejectâ. Ib. An. eod. N. 91.

de Pilulis poſt annum Vomitu adhuc integris rejectis. Ibid. An. eod. N. 92.

Obſerv. de morte ex potu Spiritûs Vini. Ibid. Ann. I V & V. Num. 17.

de repentina morte à Veneno latente. Ibid. An. eod. N. 18.

de inopina morte. Ibid. Ann. eod. N. 19.

de Gonorrhœæ cauſa & curatione. Ibid. Ann. eod. N. 20.

VALENTINUS CARCHESIUS

Epiſtola unica. Extat in Ciſta Medica Johannis Hornungi.

VALENTINUS EMERICUS, *Cervimontanus*

De Hernia, Diſputatio. Extat Decade IV. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ Joh. Jac. Genathius, 1620, in 4.

VALENTINUS ESPICH

De Errore externo, Oratio & Quæſtio. Additâ Diſputatione de Melancholia, cùm gradus Doctoris aſſignaretur Joſepho Stubendorff. Wittebergæ, apud Zachariam Lehmannum, 1591, in 4.

⊙ VALENTINUS HENRICUS VOGLERUS

⊙ *Natus eſt Helmſtadii A. C. 1622, Patre Gottofredo, itidem Medicinæ Doctore, primùm Archiatro Brunſvicenſi, & deinde in Academia Helmſtadienſi Medicinæ Profeſſore ordinario: initio Oppenheimii Medicinam exercuit: poſtea demum in patria 1652 Medicinæ Doctor, ejusdemq;*

demq; Professor declaratus : ibidem obiit A. C. 1677, ætatis suæ 55.

Institutionum Physiologicarum Liber. Quo natura Elementorum, Mistionis, ac Temperamenti, dilucidatur. Helmestadii, apud Henric. Davidem Müllerum, 1661, in 4.

Diæteticorum Comentarius. Cum Disputatione de Vi Imaginationis in Pestilentia producendâ. Helmestadii, ap. Eund. 1667, in 4.

De Naturali in bonarum doctrinarum studia propensione: Delectu Ingeniorum, Studiorum hodiernorum corruptelis, earumq; Causis, Dissertationes V. Ibidem, apud Eundem, 1672, in 4.

Physiologia Historiæ Passionis Jesu Christi, nempè de Angore, Sudore, Spineâ Coronâ, Vino myrrhâ condito & Aceto felleo, item de Solis obscuratione, Siti, Hyssopo, Aceto, Clamore, Repentina Morte, Terræ Motu, Humoribus ex latere fluentibus & Conditura Corporis. Helmestadii, apud Henricum Davidem Müllerum, 1673, in 4.

De Valetudine Hominis Cognoscendâ Liber. Ibidem, apud Eund. 1674, in 4.

De Rebus Naturalibus ac Medicis, quarum in Scripturis sacris fit mentio, Commentarius. Accessit Ejusdem Physiologia Historiæ Passionis Jesu Christi. Ibidem, apud Georg. Wolffgang. Hammium, 1682. in 4.

VALENTINUS JUNIOR

Observatio admiranda de Ejectione Membranarum sanguinolentarum per secessum, formam Viperæ referentium. Venetiis, 1621, in 8.

⊙ VALENTINUS LOBERUS

Anchora Sanitatis, dialogicè fabricata. Cui annexa est Mantissa de Venenis, & eorum Antidotis. Francofurti & Hamburgi, apud Joh. Naumannum, 1671, in 8. Francof. 1679, in 8.

VALENTINUS LUBLINUS, *Polonus*

Johan. Baptistæ Montani varia Opuscula collegit. Vid. Autorem.

VALENTINUS POLIDAMUS

Claruit circa A. C. 1526. Justus in Chronol. Medic.

Libri aliquot de Re Medica: nempè, de Pulsibus, cum propriis, & dilucidis Interpretationibus, Lib. I. De Urinis, Lib. II. De Capitis dolore, cum experimentis & adhortationibus ad Ægrum. Medicinæ Encomium. Epistolarum Libellus. Basileæ. apud Robertum Winter, 1540, in 8.

VALENTINUS RYLANDUS, *Suevo-Lavinganus*

De Cancro gravissimo Linguæ, Observatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Cent. III. Oppenheimii, apud Joh. Theod. de Bry, 1614. in 8, pag. 349.

De Procreatione Hominis, & Procreantis matris purgatione, Disputatio. Extat Decade I. Disputat.

Lindenius renovatus sive Johannis Antonidae Van der Linden De Scriptis Medicis ... - page 1048 sur 1339

quas collegit & edidit Basileæ Joh. Jac. Genathius, 1618, in 4.

VALENTINUS VALENTINIUS

Apologia, suam Pilularum compositionem bonam esse. Anconæ, 1589, in 4.

VALERIANUS CENTANNIO, *Vicentinus*

Galeni Libr. de Parvæ Pilæ exercitio interpretatus est.

VALERIUS BALDUTIUS, *Mondulfensis*

Tumorum omnium præternaturalium curandorum Methodus: nec non Febrium putridarum curandarum ratio, in quatuor distincta Libros. Venetiis, apud Thom. Balionum, 1612, in 4.

De Putredine, Libri duo. Urbini, apud Ragusios, 1608, in 4.

VALERIUS CHARSTADIUS, *Stetinensis Pomeranus*

Disputationes Medicæ tredecim, in augustissima & perinclyta Argentoratensium Universitate, consensu amplissimæ Facultatis Medicæ, propositæ. Argentorati, apud Josephum Rihelium, 1626, in 4. Ibidem, 1634, in 12.

☽ Synopsis universæ Medicinæ dogmaticæ, brevi & perspicuâ methodo in duodecim Disputationibus adumbrata. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1634, in 12. Ibidem, 1678, in 4.

VALERIUS CORDUS

☽ *Natus est Simesusii in Hassia A. C. 1515, Patre Euricio Cordo, Medico & Poetâ insigni: laboriosas sæpe peregrinationes unius simplicis medicamenti investigandi causâ suscepit: omnia loca metallica, præsertim Misniæ & Saxoniæ perscrutatus, herbasq; mirifico studio, inquisivit: fuit primus Author Dispensatorii, sive, Antidotarii Noribergensis. Obiit Romæ A. C. 1544, ætatis suæ 29.*

☽ Annotationes in Pedacii Dioscoridis, *Anazarbæi*, de Medica Materia, Libros quinque, longè aliæ, quàm antehac sunt evulgatæ. Historiæ Stirpium, Libri quatuor posthumi, nunc primùm in lucem editi. Adjectis etiam Stirpium Iconibus, & brevissimis Annotatiunculis. Sylva, qua rerum Fossilium in Germania plurimarum, Metallorum, Lapidum, & Stirpium aliquot rariorum notitiam brevissimè persequitur, nunquam hactenus visa. De Artificiosis Extractionibus, Liber. Compositiones Medicinales aliquot non vulgares. His accedunt, Stochornii & Nessi in Bernatium Helvetiorum ditione Montium, & nascentium in eis Stirpium Descriptio Benedicti Aretii. Item, Conradi Gesneri de Hortis Germaniæ, Liber recens, unà cum Descriptione Tulipæ Turcarum, Chamæcerasi montani, Chamæmespili, Chamænerii, Conizoidis. Omnia summo studio atque industriâ Conradi Gesneri collecta, & Præfationi-

factionibus illuſtrata. Tiguri, apud Andr. Geſnerum, 1561, in fol.

Diſpenſatorium Pharmacorum omnium, quę in uſu potiſſimùm ſunt. Ex optimis Auctoribus, tam Recentibus, quàm Veteribus, collectum, ac Scholiis utilibus illuſtratum, in quibus imprimis ſimplicia diligenter explicantur. Norimbergæ, apud Johan. Petrejum, 1535, in 8. Pariſiis, apud Jac. Gazellum, 1548, in 12. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1568, in 16. Cum Petri Coudenbergii Scholiis & correctionibus. Norimbergæ, ap. Lochnerum, 1592, in fol. Ibidem, apud Paulum Kaufmannum, 1589, in fol. Ibidem, ap. Eundem, 1612, in fol. Operâ & ſtudio Collegii Medici Inclytæ Reipubl. Noribergenſis, emendatius, ac ſelectis Compoſitionibus auctius publicatum. Et ibidem, itidem operâ & ſtudio Collegii Medici Inclytæ Reip. Norimbergenſis emendatius ac ſelectis compoſitionibus auctius redditum, & quartò publicatum, apud Johannis Andreæ Endteri & Wolffgangi Junioris Hæredes, 1666, in fol. Lugduni-Batavorum, ap. Joh. Maire, 1627, in 12. cum Petri Coudenbergii & Matthioli & Lobelli Scholiis, Emendationibus, & Auctariis. Acceſſit hac editione, præter Guiliel. Rondeletii, de Theriaca, Tractatũ emendatiorem, & Formulas ſelectiorum Pharmacorum, quorum poſt Val. Cordum uſus paſſim receptus eſt, auctiores, alius Franciſci Diſſaldei ejusdem argumenti Libellus. Et ibidem, apud Eund. 1652, in 12. Cui editioni præter nominatorum Authorum additos Libellos acceſſit etiam ſub fin. Franciſci Joelis Methodus Medendi.

De Haloſantho, ſeu, Spermate Ceti, vulgò dicto, Liber. Extat cum Opere de Omnium Foſſilium genere, à Conr. Geſnero edito. Tiguri, apud Jacob. Geſnerum, 1565, in 8.

Epiſtola ad Andr. Aurifabrum de Trochiſcorum Viperinorum adulteratione. Extat eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 534.

Stirpiũ Deſcriptionis, Liber quintus, quas in Italia ſibi viſas deſcribit, & in præcedentibus vel omnino intactas vel parcius deſcriptas, à morte præventus perficere non potuit. Argentorati, 1563, in fol.

VALERIUS MARTINIUS, *Venetus*

Totius Medicinæ Practicæ exactiſſima Collectio. In qua tria inſunt Promptuaria, nempè Promptuarium cujuslibet eductionis ſanguinis rectè agendæ. Promptuarium ſingulæ vacuationis cacochymicæ rectè adminiſtrandæ. Promptuarium cujusque cruditatis rectè dignoſcendæ, rectèque curandæ. Ad quæ accedit Certitudinis Medicinæ curioſa & accurata Conſtitutio. Venet. apud Joh. Bapt. Combum, 1628, in fol.

Praxeos Medicæ Laconiſmi, quibus Enchiridion & Opuſcula inſunt. Ibid. 1636, in 4.

Enchiridion. In quo de univerſa

Febrium,

Febrium, earumqne Symptomatum naturâ, cognitione, exactâque curatione agitur. Quod in duas dividitur Partes, cum multarum difficilium Quæstionum enodatione pluriumque curationum affectuum valde exitialium, ægrotantium salute, adhibitarum, exhibitione. Venetiis, ap. Marcum Anton. Brogiollum, 1636, in 4.

Opuscula. In quibus de Vesicantium, Sinapismorum, Cucurbitularum siccarum, Ligaturæ dolorificæ, Frictionum, Lotionumque crurum ac pedum rectâ administratione. Ac de Asthmate, & Orthopnœa, Pleuritidi legitimæ lethali supervenienti, admistâ, rectè curandâ. Atque de Definitionis Veneni Pestilentis, jam statutæ, faciliori dilucidatione, accuratè agitur. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiollum, 1636, in 4.

Subtilitatum Veriloquia. In quibus proprietatum totius substantiæ, quæ occultæ specificæque sunt, patefactio promulgatur. Itidem de Colore, Luce, Lumine, Perspicuo, Transpicuo, Opaco, ac de aliis Visioni inservientibus accurate agitur. Ad quæ Epistola de Monstri generatione accedit, Venetiis, ap. Ducalem Pinellianum, 1638, in fol.

Magia Physica fœcunda, cœlesti divinoque cultu perfusa, trium noviſſimarum totius substantiæ sapientiarum, simulq; Claves reconditissimæ adytorum naturæ omnium proprietatum divinarumque formarum hucusque occultarum. Opus cunctis Studiosis curiosissimum, utilissimumque, in quatuor Libros distinctum. In quibus de tota substantia, ac de tribus ejus noviſſimis sapientiis accuratissimè agitur. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiollum, 1639, in 4.

Ejusdem Magiæ Physicæ fœcundæ Pars II & III. Venetiis, 1641, in 4.

De Veneno pestilenti, ac de Pestilentia, accurata, curiosa & utilissima Tractatio, unico Libro absoluta & illustrata. Præterea Affectionum valde Malignarum venturamque Pestem præcedentium ac prædicentium natura undique perpenditur. Venetiis, apud Jacobum Sarcinam, 1633, in 4.

VALERIUS de VALERIIS, *Venetus*

Aureum Opus. In quo omnia ea breviter explicantur, quæ scientiarum omnium parens Raymundus Lullius, tam in scientiarum Arbore, quàm Arte generali tradit. Augustæ Vindelic. apud Mich. Manger, 1589, in 4.

VALESCUS de TARANTA

☽ *Natus est Monspelii circa A. C. 1382; Medicinam magnâ laude & multorum fructu insigni fecit: in quo genere studii cùm 36 annos continuasset, quæcunq; & lectione, & quotidianis experimentis didicerat, in unum congessit Volumen, quod Philonii nomine circumfertur. Tradunt etiam, Archiatrum fuisse Regis Gallorum.*

lorum. Obiit circa A. C. 1418. ætatis ſuæ 36.

☽ Philonium Pharmacevticum & Cheirurgicum, de Medendis omnibus, cùm internis, tum externis humani corporis affectibus, ante CXXC annos concinnatum: nunc verò, poſt Guidonis Deſiderii editionem, locis infinitis emendatum, variè auctum, Notiſque illuſtratum, operâ & ſtudio Johannis Hartmanni Beyeri. Venetiis, apud Hæredes Octaviani Scoti, 1521, & 1532, in fol. Francofurti, apud Nicol. Baſlæum, 1599, in 4. Lugduni, 1500, in 4. apud Alemannum Trechſel. 1490, in fol. & apud Jac. Myt, 1526, in 8. Nunc verò cum Præfatione Georg. Wolffg. Wedelii ab eodem iterum editum, cum Indice Rerum membrabilium itemque Capitum. Francofurti & Lipſiæ, apud Johan. Adamum Käſtnerum, 1680, in 4.

Medicinalium Obſervationum Exempla rara cum Annotationibus Dodonæi. Extant cum ejſdem Dodonæi Obſervationibus. Coloniæ, ap. Maternum Cholinum, 1581, in 8, p. 289. Hardervici, 1621, in 8.

VARRO

De Re Ruſtica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, ſeu, de Re Ruſtica ſelectorum Lib. xx. Græcis, Cõſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Joh. Alex. Braſſicani operâ in lucem editis. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1538, in 8.

UDALRICUS BINDER, *Germanus*

